Inſtitutio quando eſt nulla ob incapacitatem hæredis ſubſtituti, admittuntur nulla habita ratione inſtitutionis, & conditionis inſtitutioni adiectæ, deciſ.26. num.55.

Inſtituta turpi perſona per fratrem, & dato illi ſubſtituto vulgari, qui nulla infamia macula notari valet eſt valdè controuerſum. An frater per querelam rumpat teſtamentum in totum, vel potius ſubſtitutus debeat ipſe in totum obtinere, deciſ.26. num.1.

INSTRVMENTVM publicum facit probationem probatam, deciſ.28. num.5.

Inſtrumentū qui habet pro ſe, debet obtinere, deciſ.63. nu.2.

Inſtrumētū publicū habet exequutionem paratā, dec.12.n.1.

Inſtrumenti liquidi productio non poteſt prohiberi poſt concluſum in cauſa, quando per illud conſtat rem aliter ſe habere, quam credebatur, & opponebatur, deciſ.7. num.17.

Vbi de publico inſtrumento non conſtat nulla dicitur orta obligatio, ſi de publico inſtrumento ex diſpoſitione ſtatuti conſtare debet, deciſ.51. num.1.

Per publicum inſtrumentum conſtare illud dicitur, quod fuit conuentum in publico inſtrumento à parte confecto, firmum remanere, deciſ.51. num.41.

INTENTIO partium de tempore contractus eſt attendenda, & non euentus, deciſ.51. num.106.

Intentio partium fuit apponere pœnam in odium moroſi vbi fuit conuentum, quod pœna eſſet ſoluenda à parte deficiente, parti obſeruanti, deciſ.51. num.108.

INTERDICTVM retinendæ datur ei, qui animo retinet poſſeſſionem, deciſ.67. num.20.

Interdictum retinendæ habet in ſe naturaliter interdictum recuperandæ, deciſ.67. num.21. Maximè ſi habita notitia ingreſſus fuiſſet aditus Iudex, & petita manutentio, deciſ.67. num.22.

INTERESSE lucri ceſſantis, & damni emergentis non debetur ſine mora, deciſ.21. num.1. & niſi fuerint probata requiſita Pauli de Caſtro, etiam ſi ageretur de intereſſe debito Minoribus, deciſ.21. num.6.

Intereſſe damni emergentis non poteſt conſequi, niſi probetur in indiuiduo damnum conſequutum fuiſſe ex eo, quia non habuit pecunias, deciſ.20. num.8.

Intereſſe damni emergentis ita demum creditori debetur,

ſi ipſe

Digitized by Google

INDEX.

ſi ipſe aliquod damnum incurrat ob ceſſationem ſolutionis factam à debitore, deciſ.75. num.5.

INTERPRETATIO illa debet ſemper ſumi, per quam Teſtamentum ſuſtineatur, deciſ.26. num.56.

Interpretatio ſemper illa capienda eſt, per quam Statutum vnum effectum contra ius commune, & non duplicem operetur, deciſ.22. num. 4.

Interpretatio lata fieri debet etiam in materia odioſa, & ſtricta, quatenus verborum proprietas patitur, etiam in ſtatutis, deciſ.23. num.7. & 8.

Interpretatio illa ſemper ſumi debet, vt diſpoſitio de ſuperfluitate redargui nequeat, deciſ.56. num.3.

INVENTARII exceptio non debet attendi à Iudice, vbi cognoſcit illud non eſſe legitimè factum, vel alia de cauſa hæredem non gaudere illius beneficio, deciſione 49. num.11.

Inuentarij beneficio non poteſt quis vti, niſi declarat quod velit ſoluere debita patris de bonis remanſis in hæreditate eius patris, deciſ.49. num.5.

INVESTITVRA facta cum clauſula vſque in tertiam generationem, non inducit ius accreſcendi, deciſ.66. num.6.

Inueſtitura ſecunda intelligitur facta ſecundum naturam primæ, deciſ.66. num.8.

Inueſtiri quis non poteſt in præiudicium comprehenſorum in prima inueſtitura, deciſ.7. num.19.

IVS QVAESITVM alicui per primam inueſtituram non poteſt tolli per ſecundam alteri factam, deciſ.7. nu.20.

In inueſtitura ſemper cenſetur appoſita clauſula ſaluo iure tertij, deciſ.7. num.21.

Inueſtitus primus debet præferri in Emphiteuſi, deciſ.7. n.4.

IVDICES Vicariarum Ciuitatis Lucen. debent petere conſilium ab aliquo Doctore Ciuitatis Lucen. deciſ.35. nu.7. Verum quod ſit in facultate iudicum Vicariorum conſulere Doctorem quem magis velit, dummodo non conſulat Doctorem & Territorium Lucenſe, ibidem num.8.

Iudex procedens abſque cognitione cauſæ dicitur nulliter procedere, deciſ.36. num.4.

Iudex appellationis tenetur confirmare ſententiam nullam, etiam omiſſa cognitione nullitatis, quando conſtat de bono iure, & in ſecunda ceſſat prior cauſa nullitatis, deciſ.12. num.4.

Etiam ſi nullitas proueniat ex defectu iuriſdictionis, deciſ.12. num.5.

Iudices hodie pro quocunque crimine procedunt per inquiſitionem, deciſ.9. num.8.

Iudex negligens dicitur facere litem ſuam, deciſ.13. num.15.

Iudex non dicitur negligere quando pars non petit, deciſ.13. num.15.

Iudex inferior poteſt de nullitate laudi à Principe confirmati cognoſcere, quando nullitas laudi prouenit ex defectu iuriſdictionis, deciſ.18. num.21. Intellige verum ſi abſolutè, & generaliter ſit permiſſum dicere de nullitate, non autem quando eſt datus particularis modus reclamandi aduerſus laudum emanatum, ſuper compromiſſo confirmato à Principe, deciſ.18. num.22.

Iudex inferior poteſt de nullitate laudi à Principe confirmati cognoſcere, quando de nullitate, & iniuſtitia laudi notoriè conſtat, deciſ.18. num.24.

Iudices Rotæ Lucenſis procedunt ſummariè, & ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, quæ ex actis, & probationibus apparet, deciſ.20. num.16.

Iudices appellationum poſſunt ſententiam in totum reformare licèt pars ab aliquo tantum capite ſententiæ appellaſſet, deciſ.71. num.5.

Iudex malè iudicans excuſatur propter contrariam opinionem Doctoris, deciſ.24. num.14.

Iudex poteſt ſe fundare in actu à parte impugnato, deciſ. 27. num.23.

Quando in Rota Lucenſi non reperitur niſi vnus Iudex, tunc non poteſt procedi in cauſa, ſed ſolum ei data eſt facultas interloquendi ſuper admiſſione recurſuum, deciſ.22. num.9.

Iudices poſſunt ſæpè ex officio facere, quod partibus denegatur, deciſ.27. num.24.

IVDEX nulliter procedens dicitur agere vti priuatus, deciſ.67. num.15.

IVDICIVM motum à perſona, cui non competit actio dicitur nullum, deciſ.1. num.5.

Iudicium exequutiuū, & ſummarium nō poteſt retardari per exceptionem requirētem altiorem indaginem, deciſ.5. n.2.

In iudicio inſolutū non poteſt cognoſci de iniuſtitia ſententiæ, deciſ.49. num.6.

IVRA nouiter reperta de iure communi poſſunt in cauſa pupillorum, & locorum piorum produci etiam poſt concluſum in cauſa, deciſ.70. num.29.

IVRAMENTA quacunque quandocunque ante ſententiam a Iudice præſtari poſſunt, deciſ.52. num.12. Intellige ſi ante concluſum in cauſa petita ſint, dec.52. n.13.

Iuramento debent præcedere debitæ monitiones, & interrogationes faciendæ à Iudice, deciſ.52. num.14.

Iuramentum de calumnia requiritur, in interpoſitione recurſus, deciſ.54. num.4.

Ad iurandum de calumnia requiritur ſpeciale mandatum, deciſ.54. num.5.

Iuramentum calumniæ vbi non fuit præſtitum tunc demum annullat proceſſum, ſi fuerit petitum, deciſ.13. num.17.

Iuramentum in ſupplementum facit plenam probationem, deciſ.42. num.2.

IVRISDICTIO poteſt de conſenſu partis ſanari, quando Iudex non caret funditus iuriſdictione, deciſ.64. nu.10.

IVRI ACCRESCENDI non eſt locus, quando Emphiteuſis fuit conceſſa pluribus à principio, ſed mortuo vno ex primis acquirentibus ſine filijs eius portio redit ad Dominum directi, deciſ.66. num.1. Intellige niſi fuiſſet conceſſa pluribus in ſolidum, quia tunc eſſet locus iuri accreſcendi. deciſ.66. num.2.

Ius accreſcendi inter Collitellarios an inducatur per dictionem quiſque & quando, deciſ.66. num.3.4. & 5.

Ius accreſcendi non inducitur ex clauſulis poſitis in parte exequutiua inueſtituræ, quando Clauſulæ appoſitæ in diſpoſitione dictæ inueſtituræ non inducunt ius accreſcendi, deciſ.66. num.19.

Iuri accreſcendi non eſt locus, quando filij etiam viuente patre faciunt partem in Emphiteuſi, ſed mortuo vno, eius portio redit ad Dominum directi, quia vnicuique pro virili conceſſa fuit, deciſ.25. num.6.

Iuri accreſcendi eſt locus in Emphiteuſi pro canone correſpondenti fructibus inueſtiti, etiam ſi pluribus à principio immediatè fuerit conceſſa, deciſ.25. num.12. Maximè in Emphiteuſi modici valoris, quo caſu magis expedit Domino, quod portio deficientis alijs accreſcat, cum obligatione ſoluendi integrum canonem, quam quod ad ſe reuertatur, deciſ.25. num.13.

Ius accreſcendi inducitur ex dictione diſtributiua cuiuslibet, deciſ.25. num.16.

Digitized by Google

INDEX.

Iut accreſcendi non habet locum in emphiteuſi titulo lucratiuo acquiſita, dec. 25. num. 27.

Require Dictio diſtributiua, cuiuslibet.

IVS QVAESITVM alicui per primam inueſtituram non poteſt tolli per ſecundam alteri factam, dec. 7. num. 20.

IVS SVPERVENIENS poſt concluſum in cauſa, licèt de preterito non conualidat iudicium nulliter motum, dec. 1. num. 6.

Ius ſuperuenire poſt ſententiam & poſt concluſum in cauſa paria ſunt, dec. 1. num. 7.

IVS dicitur vbi mediante actu aliquod acquiritur, deciſ. 51. num. 164.

IVSTITIA nulla maior eſt, quam conuentiones, & pacta ſeruare, dec. 51. num. 6. & 187.

LAceratio liberculi non probat fuiſſe laceratas ſolutiones Canonis, ſi quando fuit proteſtatum de caducitate incurſa ob non ſolutionem Canonis, non fuit allegata ſolutio, ſed deducta diuerſa excuſatio, dec. 4. num. 46.

LAESIO enormiſſima ex diſpoſitione c. Rotæ Lucenſæ 58. in 2. pagina non poteſt aliter probari, quam ex actu, dec. 13. num. 33. intellige verum ſi nullitas, ſeu enormiſſima læſio deduceretur agendo, ſecus ſi excipiendo & replicando, dec. 18. num. 34. Verius tamen eſt quod d. c. Rotæ 58. comprehendit vtrumque caſus, videlicet quando deducitur excipiendo, & replocando, deciſ. 18. num. 35.

Læſio enormiſſima ſi poſſet excipiendo probari, & non agendo ſequeretur quod d. c. Rotæ 58. eſſet ſuperfluum cum vnuſquiſque excipiendo proponere, & probare tentaret, quod agendo ei non eſſet permiſſum quod non eſt dicendum, dec. 18. num. 36.

Læſionis alia probatione non eſt opus in omiſſis, in iudicijs per tutores, quia ex ipſa omiſſione apparet de læſione, deciſ. 53. num. 18.

Læſioni enormiſſimæ etiam cum iuramento renunciari non poteſt, deciſ. 20. num. 7.

LAVDVM vbi eſt à partibus approbatum eſt exequendum, deciſ. 53. num. 1.

Laudum eſt nullum ex defectu iuriſdictionis quando per arbitros non fuit ſeruata forma compromiſſi, deciſ. 53. num. 2.

Laudum vbi eſt à partibus approbatum non poteſt amplius de illius nullitate dubitari, deciſ. 53. num. 4.

Laudi acceptatio, ſeu emologatio operatur, vt laudum quamuis nullum valeat in vim pacti, deciſ. 53. num. 5.

Contra laudum non poteſt opponi niſi infra tres dies ex diſpoſitione cap. Rotæ Lucen. deciſ. 53. num. 3.

De nullitate laudi prolati inter coniunctos dici non poteſt, deciſ. 23. num. 1.

Quod per Laudum ſententiatur ab Arbitris valet, & tenet ac ſi per partes in concordia factum fuiſſet, deciſ. 23 num. 24.

Contra laudum non poteſt opponi in Curia Lucenſe niſi ex defectu iuriſdictionis, doli veri, & doli præſumpti, deciſ. 23. num. 25.

Laudum vbi eſt ab vtraque parte acceptatum non poteſt prætextu erroris reſcindi, deciſ. 45. num. 3.

Laudum vbi eſt ab vtraque parte acceptatum, & confirmatum dicitur res iudicata, & exequutionem meretur, deciſ. 45. num. 1.

Laudum vbi eſt ab vtraque parte acceptatum obligat ſicut tranſactio, deciſ. 45. num. 2.

LEGATVM vſusfructus factum à Marito vxori ſeruanti vitam vidualem, quod ſit temporale colligitur ex eo, quod in caſu, quo Mulier nuberet voluit habere certam quantitatem pecuniarum pro dote, deciſione 13. numero 3.

Legatum dotis habet exequutionem paratam, deciſione 5. num. 1.

Pro legato Domus Maternæ non poteſt agi hypothecaria, niſi doceatur Domum contra quam hypothecaria agitur ſit Domus materna, deciſ. 11. num. 5.

Legatum conditionale conditione impleta debetur, deciſ. 17. num. 1.

Legatum factum filiæ poteſt ſolui patri, deciſ. 17. num. 2. Intellige verum ſi Pater ſit legitimus adminiſtrator dicti legati, deciſ. 17. num. 3.

Legatum factum pro augumento Dotis non debetur niſi ſequuto matrimonio, deciſ. 17. num. 6.

Legatum factum in pecunia vxori non poteſt conueniri per Maritum, quod ſoluatur in ſtabilibus, deciſ. 17. numero 15.

Legatum vt peti poſſit etiam hæreditate non adita debet inquiri hæres, vt adeat infra menſem ex diſpoſitione ſtatuti Lucen. deciſ. 17. num. 19. Intellige verum ſecundum ſtatutum antiquum, deciſ. 17. num. 20.

LEGITIMA eſt debita fratri in caſu inſtitutionis turpis perſonæ, deciſ. 26. num. 6.

Legitima debita fratri in caſu inſtitutionis turpis perſonæ eſt quarta pars hæreditatis, deciſ. 26. num. 3.

In legitima debita fratri non eſt tanta ratio, quando inſtituitur turpis perſona, quanta in legitima debita filijs, & propterea de vno ad alium caſum inferri non valet, deciſ. 26. num. 8.

LEGITIMARVM perſonam ſtandi in Iudicio quilibet habet, niſi ſit excommunicatus, bannitus, furioſus, & patiatur ſimiles defectus inhabilitatis, deciſione 33. num. 1.

LEX, ſiue ſtatutum, vbi mandat aliquid fieri, ſemper intelligitur, ſi fuerit petitum, deciſ. 13. num. 11.

Lex pœnalis, licèt non debet extendi, ſed potius reſtringi, tamen vbi extenſio reſpicit fauorem Reipublicæ, debet non minus extendi lex odioſa, ac lex fauorabilis, deciſone 9. num. 28.

Lex generalis reſtringitur, & limitatur à ratione finali, deciſ. 51. num. 27.

Legi non derogatur per non vſum, ſed per contrarium vſum, deciſ. 51. num. 151.

LIBER extimi ceſſantibus adminiculis contra tertium planè non probat, deciſ. 25. num. 38.

Liber priuati ſtantibus coniecturis facit aliquam fidem pro ſcribente, deciſ. 68. num. 4.

LIBERALIS in neceſſitatibus nemo exiſtit, deciſ. 68. num. 1.

LIBERTAS non ſoluendi collectas non inducitur ex diuturna non ſolutione collectæ, niſi probetur requiſitio, & denegatio reſpectiuè, deciſ. 51. num. 158.

LICENTIAE de qua in cap. 170. ver. cæterum lib. 4. ſtatutorum Lucenſium dicitur ſatisfactum, vbi quis ingreditur poſſeſſionem de licentia illius, qui ab vno anno citra fuit in poſſeſſione, deciſ. 67. num. 34.

Licentiæ, de qua in dicto cap. 170. ver. cæterum l. 4. ſtatutorum Lucen. dicitur ſatisfactum eo ipſo, quod quis aliquid

Digitized by Google

INDEX.

quid poſſedit vigore hypothecæ ſibi debitæ, deciſione 67. num.32.

LIQVIDATIONIS *materia reputatur difficilis probationis, deciſ.30. num.2.*

LOCATIO. *Ex locatione non acquiritur, niſi ſimplex detentatio, deciſ.7.num.9.*

LVCRVM. *Potentia lucri propinqua non probatur ex eo, quod ſimus in Ciuitate Mercantili, in qua paſſim inueniuntur occaſiones, pecunias ad lucrum collocandi, deciſ. 21.num.7.*

LVDVS *pilene dicitur Auuiamentum incertum, deciſione 29. num.3.*

Non ſufficit habere ædificia apta ad ludendum, niſi adſint, & homines, qui illud exerceant, deciſione 29. numero 5.

M*Agiſtratus, qui non dedit tutorem, vel Curatorem, ita demum tenetur, ſi interpellatus fuerit, deciſione 13. numero 16.*

MALAE *fidei poſſeſſorem condemnatur non ſolum ad fructus perceptos, ſed etiam ad illos, qui percipi potuerunt, deciſ.48. num.4.*

In mala fide quis conſtitutum per litem motam, deciſ.44. num.3.

Malum non præſumitur contra virum bonæ vocis, & famæ, deciſ.4 num.45.

MANDATVM *ſpeciale requiritur ad effectum declarandi caducitatem, deciſ.4. num.15.*

Mandatum ſpeciale requiritur etiam ad inſtandum pro caducitate ſecundum Beroum conſilio 151. num.18. lib.1.

Sed Doctores allegati per Beroum hoc non probant, ſed ſolum dicunt ſpeciale mandatum requiri ad effectum declarandi caducitatem incurſam, deciſ.4. num.21,

Mandatum poteſt produci etiam poſt concluſum in cauſa, quando par non oppoſuit de defectu mandati, niſi poſt concluſum in cauſa, deciſ.7.num.15.

Mandatum poteſt produci vſque ad ſententiam, & ſufficit de eo doceri, quando de illo opponitur, deciſione 7. numero 18.

Mandatum de immittendo debet præcedere expulſionem manu militari, deciſ.67. num.10.

Mandatum habens ad faciendum, poteſt etiam promittere pœnam, deciſ.65. num.21.

Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum, & nihilominus ſi mandatum fuerit contractum geri, poterit iurari pro obſeruantia contractum, deciſ.65. num.22.

Mandatum primum cenſetur reuocatum per ſecundum, deciſ.65. num.28. Intellige verum, niſi ſit factum in perſona eiuſdem, & ſit generalius primo, quia tunc cenſetur factum ad augendam facultatem, & non ad illam minuendam, ſeu reuocandam, deciſione 65. numero 29.

Geſta ſine mandato ſunt nulla, deciſ.34. num.2.

Per mandatum ſecundum cenſetur reuocatum primum, deciſ.65. num.28. & 29.

MANVTENTIO *debetur primo poſſeſſori, ſi non habuit ſe pro ſpoliato, deciſ.67. num.17.*

Manutentio datur ei, qui animo retinet ciuilem poſſeſſionem, deciſ.67. num.20.

Ille præfertur in manutentione, qui de priori, & de meliori docet poſſeſſione, deciſ.67. num.2. & 43.

Manuteneri debet in poſſeſſorio ſummariſſimo, qui eſt in poſſeſſione per 40. dies ante emanatum præceptum ex diſpoſitione cap. Rotæ Lucenſ.59. deciſione 55. num.1.

Manutentio de iure communi conceditur illi, qui per Iudicem reperitur in poſſeſſione rei, de qua controuertitur, deciſ.55. num.2.

Manuteneri quis non poteſt in poſſeſſione. In qua tempore motæ litis non reperitur, deciſ.55. num.3.

MARITVS *non poteſt facere aliquod pactum ſuper dote in præiudicium vxoris, nec illius conditionem efficere deteriorem, deciſ.5. num.5. & deciſ.17. num.16.*

MATRE *excluſa à ſucceſſione inteſtati, cenſetur excluſus etiam filius, deciſ.14. num.10.*

Matris votum eſt bona filys quærere, & non illis præiudicare, deciſ.77. num.5.

MEDIA *declarantur ab extremis, deciſ.56. num.6.*

Media perſona ſublata non poteſt ſequens perſona admitti, deciſ.14. num.8.

Medium inhabile impedit extrema coniungi, deciſione 14. num.9.

MELIORAMENTA *obligari, & hypothecari non poſſunt, quando adeſt pactum, quod melioramenta facta in re locata finita locatione vendi debeant locatori, & abradi non poſſint à ſolo, deciſ.74. num.5.*

Melioramenta facta in re locata non poſſunt abradi etiam abſque dicto pacto, deciſ.74. num.6.

Melioramenta facta in ſolo alieno ſi non poſſunt de per ſe ſtare, non poſſunt obligari, deciſ.74. num.9.

Melioramenta facta in ſolo alieno, ſi ſint vnita ſolo, & non poſſunt de per ſe ſtare fiunt propria ſoli, deciſione 74. num.8.

Melioramenta faciens in ſolo alieno nullum ius acquirit ſuper dictis melioramentis, ſed ſolum efficitur creditor Domini ſoli circa valorem, & precium illorum, & potuit vti retentione, donec valor illorum ſit ſibi ſolutus, deciſ. 74. num.10.

Melioramenta facta in re Emphiteutica veniunt in generali obligatione, deciſ.74. num.13. & 18.

Intellige verum, quando melioramenta ſunt addita rebus Emphiteuticis, & poſſunt vt quid diuerſum ab Emphiteuſi cenſeri, & de per ſe ſtare, deciſione 74. numero 14.

Melioramenta facta iuxta rem Emphiteuticam, & quæ poſſunt de per ſe ſtare, pleno iure Emphiteutæ acquiruntur, & ad hæredes illius tranſeunt, deciſ.74. num.15.

Melioramenta quando de per ſe ſtare non poſſunt, pars rei cenſetur, deciſ.74. num.16.

Melioramenta, & bona conceſſa in Emphiteuſim non veniunt, in generali obligatione, quando fuit expreſsè conuentum, quod illa non poſſent alienari, deciſione 74. numero 19.

Maximè quando faciens generalem obligationem decederet decoctus, adeò vt nullam supereſſet ſpes luitionis, deciſ. 74. num.20.

MENOCHIVS *conſ.636. num.36. lib.7. dum dicit, quod hæres mediatus teſtatoris, qui tempore teſtamenti natus non erat non poteſt dici informatus intentionis teſtatoris reprobatur, & declaratur, deciſione 76. numero 199.*

MERCATORES *plures licèt per longum temporis ſpacium abſtinuerint à prætendendo obſeruantiam contractus, & pœnam recipiunt, non tamen ex hoc libera poteſtas ipſorum, ſeu aliorum reſtricta fuit, quominus ad libitum*

Digitized by Google

I N D E X.

tum porrent quocunque tempore in caſibus occurrentibus vti facultate ſibi à iure conceſſa, ac malè potius contractus obſeruantiam, quam ſolutionem pœnæ, deciſione 51. num. 160.

Intellige verum in facultate mera, ſecus in facultate præcedente ex contractu, deciſione 51. num 161. & declara, vt ibi.

MERVS exequutor, Vide in verbo. Exequutor merus.

MESSIS. Meſſium tempore currit inſtantia, deciſ. 11. num. 8. & declara, vt num. 9.

Meſſium tempore ex diſpoſitione ſtatuti Lucen. cap. 12. lib. 1. non poteſt procedi in cauſis ciuilibus, deciſ. 11. num. 10.

MINOR non habet legitimam perſonam ſtandi in Iudicio ſine curatore, deciſ. 36. num. 1.

Minores non poſſunt prætendere intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, niſi ſint probata requiſita Pauli de Caſtro, deciſ. 21. num. 6.

Minor, qui non appellauit in tempore à ſententia non reſtituitur aduerſus ipſum temporis lapſum, & ſententiam, niſi doceat delactione, videlicet quod habeat tale quid, propter quod in cauſa appellationis poſſit obtinere, deciſione 49. num 9.

Minor reſtituitur aduerſus ſententiam vna de duobus cauſis; vel quia probationes omiſit, quas ſi feciſſet in tempore ſuo, ſententiam reportaſſet pro ſe, vel quia ex iniquitate ſententiæ fuit læſus, deciſ. 49. num. 10.

Minor ſi poſt 14. ann. eſſet pupillus teſtari non poſſet, quia pupillus non habet teſtamenti factionem, deciſ. 26. num. 27. & 28.

Minor debet in integrum reſtitui, & pendente iudicio admittitur ad ſoluendam Datiam, deciſ. 53. num. 7. & hoc ſiue agat, ſiue conueniatur, dicta deciſ. 53. num. 8.

Minori habenti Tutorem non conceditur reſtitutio, niſi diſcuſſo Tutore, deciſ. 53. num. 9. & 15.

Minor non reſtituitur in integrum niſi in ſubſidium, deciſ. 53. num. 10.

Minores in integrum reſtitui indiſtinctè in iudicialibus etiam in his, quæ à tutoribus geſta, & commiſſa fuere tenent multi Doctores, deciſ. 53. num. 11. & 14. & hoc tam ante, quam poſt litem conteſtatam, dicta deciſione 53. num. 12.

Minor non reſtituitur in integrum contra inſtantiam peremptam, & hoc eſt ſpeciale in cauſa perempta, deciſione 53. num. 13.

Minor an in integrum reſtitui poſſit, niſi prius agat contra Tutorem, contra quem poteſt regreſſum habere, licèt ſit inter Doctores valdè controuerſum, nihilominus magis communis opinio eſt, quod in minoris ſit electione, An velit contra Tutorem habere regreſſum, vel in integrum reſtitui malit, deciſ. 53. num. 16.

Minor non reſtituitur niſi ſit læſus facilitate propria, deciſ. 53. num. 17. Sed quod ad hoc vt Minor reſtituatur ſufficiat quod ſit læſus, nec requiratur quod ſit læſus facilitate propria, ibidem num. 19. & 20.

MOLENDINVM. Molendina duo, ſeu duo furni ſi extent in loco, & non ſolum particulares, ſed etiam Populus ipſe pro maiori parte, vno dumtaxat ex eis aſſiduè per longiſſimum temporis ſpatium vſus fuerit non propterea ex huiuſmodi vſu, ſeu conſuetudine altero non vtendi inducitur neceſſitas, ſeu reſtrictio liberæ poteſtatis eiuſdem populi, vel particularium, quin poſſint pro libito eorum voluntatis vti altero furno, ſeu Molendino, deciſ. 51. num. 155.

MONASTERIVM Sancti Franciſci eſt incapax hæreditatis, deciſ. 26. num. 64.

Monaſterium, ſiue Conuentus Sancti Franciſci, quando non fuit ſimpliciter inſtitutus, ſeu ſubſtitutus, ſed fuit inſtitutus Conuentus, ſeu eius protectores, quatenus inſtitutio, ſeu ſubſtitutio reſpectu Monaſterij, vti incapacis non teneret, valeret tamen reſpectu ipſorum protectorum, qui ſunt capaces, deciſ. 26. num. 67.

MORA eſt de ſui natura malum, ac delictum, deciſ. 51. num. 84.

Ex Mora non poteſt conſequi præmium, deciſ. 51. num. 85.

Mora fauorem non meretur, ſed odium, deciſ. 51. num. 81.

Ex ſua Mora, & Contumacia non poteſt quis commodum reportare, deciſ. 51. num. 43.

Mora non eſt damnoſa debitori, quando creditor potuit ſolutionem recipere & non recepit, deciſ. 21. num. 2.

Mora ſimplex non ſufficit, vt debeatur intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis ſed amplius requiritur, quod cum Mora concurrant copulatiuè requiſita Pauli de Caſtro in l. 3. §. nunc de aliqua, ff. de eo quod certo loco, deciſ. 21. num. 3.

Mora ſine requiſitis Pauli de Caſtro in vſuris non poteſt aliquid operari, nec de ſtylo, nec de conſuetudine, deciſ. 21. num. 9. etiam fauore minorum, deciſ. 21. num. 6.

MORS probatur per teſtes etiam ſine citatione partis receptos, deciſ. 11. num. 4.

Mors omnia ſoluit, deciſ. 7. num. 8.

Mors concludenter probari debet vbi agitur ad fideicommiſſum vigore mortis alicuius, deciſ. 70. num. 1.

Mors non probatur per epiſtolam alicuius, deciſ. 70. num. 7.

Mors non probatur per vnicum teſtem, deciſione 70. numero 8.

Mortuus quis præſumitur, quando non reperitur, deciſ. 70. num. 18. Intellige verum adhibitis diligentijs, deciſ. 70. num. 19.

Mors alicuius non dicitur probata ex eo, quod adhibitis diligentijs non reperiatur, deciſ. 70. num. 20.

Mortuus, vt quis præſumatur ex eo, quod adhibitis diligentijs non reperiatur, requiritur, quod ſit lapſum quinquennium à die, quo cœpit dubitari de morte, deciſione 70. numero 21.

Mors non præſumitur ex eo, quod quis non reperiatur, & iuerit in longinquas partes, quia hoc eſt ſupponere id de quo dubitatur, deciſ. 70. num. 22.

Mors probatur per leniores probationes vbi de modico præiudicio agitur, vt puta de commodo pecuniario, deciſ. 70. num. 23.

Mors, vt probetur per præſumptiones, vbi agitur de commodo pecuniario præſumptiones debent eſſe idoneæ, deciſ 70. num. 26.

MVLIER non poteſt adire hæreditatem abſque conſenſu propinqui ex diſpoſitione ſtatuti Lucen. deciſ. 1. num. 3.

Mulier non ſufficit quod egerit vti hæres, ſed debet docere adiuiſſe hæreditatem cum conſenſu propinqui, deciſ. 1. num. 4.

Mulieres non poſſunt ſoluere abſque conſenſu propinqui, & decreto Iudicis, deciſ. 16. num. 2.

Mulier vidua prohibetur facere quemcumque contractum abſque ſolemnitatibus ex diſpoſitione ſtatuti Lucen. deciſ. 16. num. 3.

Mulieribus quando eſt prohibita facultas aliter ſe obligandi, quam ſit ordinatum per ſtatutum tunc cenſetur excluſa etiam facultas diſtrahendi, deciſ. 49. num. 6.

Mu-

Digitized by Google

INDEX.

Mulier vidua prohibetur ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſis, ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs obligatos liberare, deciſ.16. num.7.

Mulieres non poſſunt obligare earum dotes abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, deciſione 72. num.1.

MVTASSE ſibi cauſam poſſeſſionis præſumitur vxor, vbi per mortem viri eſt factus locus reſtitutioni dotis, deciſ.8. num.4.

NARRATIVA verba principaliter & propter ſe emiſſa, quando exprimunt certam cauſam in actu obligatorio inducunt probationem, & confeſſionem quæ ſuperant omnes alias probationes, deciſ.11.num.6.

NECESSITAS. Qui in neceſſitate ſe poſuit ſibi imputare debet, deciſ.3. num.24.

NEGANS. mutuum non admittitur ad probandam ſolutionem, deciſ.31. num.2.

Negans debitum poteſt in caſu, quo de eo ſit conuictus excipere de ſolutione, deciſ.31. num.4.

Negans ſcripturam eſſe ſuam, licèt conuictus non audiatur quoad pœnam negationis, tamen ſi dicat ſoluiſſe, auditur ſuper ſolutione, vt ſolutio facta proficiat ſibi, quod ſoluit, deciſ.31. num.5.

NEMO auditur ſine intereſſe, deciſione 54. num.1.

NEPOS non poteſt ſuccedere eius patruo ab inteſtato, niſi per repreſentationem ſui patris, deciſ.14. num.6.

NOMINATVS. & graduatus beneficium debet petere, per ſe, vel per alium ſuo tamen nomine ſi velit obtinere, alioquin collatio alteri facta tenebit, deciſ.43. num.18.

Nominans, & quiſque alius licèt poſſit vti Defenſor Rei comparere, tamen hoc procedit in iudicio moto, ſeu mouendo contra nominatum, non autem contra ipſum nominantem, deciſione 7. num.13.

NOTARIVS. rogatus ſimpliciter cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas, deciſ.65. num.24.

NOTORIVM. dicitur, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, deciſ.9. num.35.

NOVATIO. & Mutatio primæ obligationis, licèt non inducatur expreſsè, ſufficit tamen ex præſumptionibus, & coniecturis colligi, deciſ.24. num.37.

Nouatio non dicitur facta, niſi ex coniecturis manifeſtè appareat partes voluiſſe facere nouationem, deciſ.24. numero 38.

Nouatio non poteſt dubitari quin ſit inducta ex coniecturis quando coniecturæ colliguntur ex verbis ipſius ſcripti, deciſ.24. num.39.

Per ſecundam promiſſionem intelligitur receſſum à prima obligatione, & inducta nouatio, deciſ.24. num.33.

Contractum quando ad inuicem non compatiuntur tunc primum nouatur, & à primo intelligitur receſſum per ſecundum licèt de nouatione non ſit dictum, deciſione 24. numero 35.

Promiſſio facta pro reſiduo eius, quod quis debebat vigore primi ſcripti inducit nouationem, deciſ.24. num.37.

Nouatio cenſetur inducta per verba omne debitum de præterito ſit ſolutum, deciſ.24.num.40.

Nouatio inducitur ex incompatibilitate actus, deciſione 51. num.111.

Nouatio non fit per ſubſequentem ſtipulationem pœnalem in contractibus onerofis, deciſ.51.num.73.

Nouatio hodie non inducitur, niſi inter partes hoc fuerit expreſsè actum, deciſ.51.num.74.

Etiam in pœnali ſtipulatione, deciſ.51. num.75.

Nouatio præcedentis obligationis nunquam fit ex eo, quod poſtea fuerit conuentum pro eiuſdem implemento, ſeu perfectione, deciſ.51. num.77.

Nouatio non cenſetur inducta ex appoſitione pœnæ, deciſione 51. num.87.

Nouatio non inducitur, vbi in ſecunda ſtipulatione continetur pœna, deciſ.51.num.90.

Nouatio per appoſitionem pœnæ in contractibus non fit, niſi volente creditore, deciſ.51. num.96.

Ad effectum inducendæ nouationis non eſt conſideranda impoſitio pœnæ, ſed illius commiſſio, deciſ.51. num.103.

Nouatio ſi induceretur ad voluntatem debitoris, quoties eum contraxiſſe pœniteret, & potius eligeret pœnam ſoluere quam contractum implere, numquam haberet locum concluſio Bartoli, quam communiter Doctores ſequuntur. Quod nempè pœnæ adiectio poſt principalem obligationem onerofam, nouationem non inducant, prout etiam falſa eſſet regula Baldi in rubrica, C.de his, quæ pœnæ nomine, num.33. poſt principium, vbi dicit quod in contractibus per appoſitionem pœnæ non fit nouatio, niſi volente creditore, deciſ.51. num.109.

Nouatio nunquam cenſetur inducta, quando partes de tempore contractus habuerunt potius affectionem ad ipſummet contractum, quam ad exactionem pœnæ, ſed potius videtur corroborata promiſſio, deciſ.51. num.113.

Nouatio vt inducatur ex coniecturis, coniecturæ debent eſſe claræ, & manifeſtæ, deciſ.51. num.115.

Nouatio non cenſetur inducta ex adiectione pœnæ, quando contrahentes conuenerunt, Quod ſi debitor non ſolueret in certo tempore, eſſet in facultate creditoris recedere à contractu, vel cogere debitorem ad ſoluendum pretium, deciſ.51. num.120.

Nouatio facilius cenſetur inducta ex adiectione pœnæ, vbi pœna apponitur pro expenſis, & intereſſe, deciſ.51. num.124. Contrarium tamen probatur verius ibidem numero 125.

Nouatio non cenſetur inducta in contractibus onerofis etiam ſi ſtipulatio pœnalis ſit appoſita pro totali intereſſe, deciſ.51. num.125.

NOVERCA non tenetur dotare priuignam, deciſ.71. num.7.

NVLLITAS ex defectu iuriſdictionis, ſi fuerit ſemel oppoſita, & reiecta tacitè per ſententiam non poteſt amplius opponi, deciſ.23. num.27.

De Nullitate laudi à Principe confirmati dici non poteſt, quando Princeps non ſolum confirmauit concordiam, & laudum, ſed etiam prohibuit quod partes poſſent dicere de nullitate appellare, recurrere, reductionem petere, & facere his ſimilia, deciſ.18. num.19.

De Nullitate laudi elapſo tempore à ſtatuto aſſignato ad reclamandum, dari non poteſt, etiam ſi nullitas proueniat ex defectu iuriſdictionis Arbitrorum, quando à ſtatuto eſt aſſignatum certum tempus ad reclamãdum à laudis emanatis ſuper compromiſſo à Principe confirmato, deciſ.18. num.25.

Super nullitate laudi pars non poteſt audiri etiam intra tempus præfixum ad dicendum de nullitate, niſi prius deponat pœnam conuentam, quãdo inter partes fuit expreſsè actum quod non poſſet dici de nullitate laudi, quauis de cauſa, & ſub quouis prætextu, deciſ.18. num.28.

Digitized by Google

INDEX.

Nullitas etiam notoria cenſetur excluſa, quando ſtatutum præcisè mandat laudа omninò exequutioni demandari, non obſtante qualibet exceptione & nullitate, quouis modo, & ſub quouis prætextu propoſitæ reijciuntur, deciſ. 23. num. 18.

De Nullitate, quæ reſultat ex actis poteſt opponi in Iudicio exequutionis laudorum ex diſpoſitione ſtatuti Lucen. deciſ 23. num. 19.

Nullitas ex defectu iuriſdictionis ſemper allegari poteſt, deciſ. 23. num. 27.

Sententia nulla poteſt confirmari ſi ceſſat in ſecunda prior cauſa nullitatis, deciſ. 12. num. 3.

Nullum quod eſt, nullum poteſt producere iuris effectum, deciſ. 52. num. 15.

NVMERVS pluralis comprehendit plures, deciſ. 76. num. 53.

Numerus pluralis in iure ſecundum ſubiectam materiam ponitur in ſingulari, & in vno tantum verificatur, deciſ. 76. num 176.

Require, Pluralis loquutio,

OBLATIO, ſeu reſtitutio non eſt facienda, quando non fuit à parte oppoſitum de oblatione, ſeu reſtitutione, deciſ. 16. num. 15.

Oblatio ſeu reſtitutio non eſt facienda, quando contractus eſt nullus ex defectu ſolemnitatis, deciſ. 16. num. 14.

De obligatione mercantili vbi conſtat per publicum inſtrumentum eſt in facultate Actoris agere coram DD. Iudicibus Mercatorum, vel coram quocunque alio Iudice competente, deciſ. 2. num. 2.

Obligatus ad factum vltra intereſſe ex diſpoſitione ſtatutorum Lucen. debet condemnari etiam in quarta parte pœnæ promiſſæ, deciſ. 2. num. 11.

Obligatus principaliter & inſolidum non dicitur fideiuſſor ſed Reus principalis debendi, deciſ. 24. num. 19.

Diſpoſita in ſimplici fideiuſſore non habent locum in obligato principaliter, & inſolidum, deciſ. 24. num. 20.

Obligatio nulla dicitur orta ex conuentione illa, de qua non conſtat per publicum inſtrumentum ſi ex diſpoſitione ſtatuti requiratur publicum inſtrumentum, deciſone 51. num. 1.

Obligatio vbi non adeſt, ibi nec vlla exequutio concedi poteſt, deciſ. 51. num. 2.

Obligatio ſimplex contracta pro dotibus comprehendit vſuras, & omnia alia acceſſoria, deciſ. 65. num. 25.

Obligatio ſeu promiſſio facta ſub aliqua conditione purificata, verificata conditione obſeruari, & exequi debet, deciſ. 75. num. 1.

Obligari, & hypothecari non poteſt res prohibita alienari, deciſ. 74. num. 2.

OBLIVIO præſumitur per Decennium, deciſ. 4. numero 40.

Obliuio in teſtibus ad plus præſumitur per ſeptennium, deciſ. 4. num. 41.

OBSERVANTIA ſubſequuta affert interpretationem illius, quod alias dubium erat, deciſ. 77. num. 4.

Obſeruantia ſubſequuta dicitur Regina omnium interpretationum, vt certiſſima omnium diſpoſitionum interpres, deciſ. 77. num. 4.

Obſeruantia ſubſequuta dat interpretationem ſtatutis dubijs, deciſ. 9. num. 18.

OCCIDENS deſcriptum in libro bannitorum excuſatur, deciſ. 9. num. 6.

OMNE qui dicit nihil excludit, deciſ. 24. num. 34.

ONVS REALE inducitur, quando dicitur bona deueniant, deciſ. 76. num. 115.

Onus reale extendit fideicommiſſum de perſona ad perſonam, deciſ. 76. num. 115.

OPINIO Doctoris licèt videatur æquior, tamen in iudicando non eſt recedendum à communi opinione, maximè ſi communis opinio haberet fundamentum Gloſæ, deciſ. 10. num. 9.

Opinio Gloſæ communiter à Scribentibus recepta, & melioribus rationibus fulcita, quam ſit deciſio aliqua ſemper debet ſequi, licèt contra eam fuerit ſemel iudicatum, deciſ. 10. num. 24.

Opinio Senatus debet præferri opinioni aliorum, deciſione 16. num. 25. Intellige verum quando ageretur de opinione Senatus, & alicuius Doctoris particularis, Cæterum ſi de opinione Senatus, ſeu de opinione alicuius Collegij, & de opinioni communi, quia tunc præfertur communis opinio, deciſ. 10. num. 26.

Opinio æquior contra communem eſt communi opinioni præferenda, deciſ. 10. num. 27. Contrarium tamen verius, num. 28.

Opinio minus vera ratione æquitatis tunc debet ſequi quando concurreret æquitas ſcripta, & in caſu quo talis æquitas non fuiſſet conſiderata ab ijs, qui communem ſequuti fuerunt, deciſ. 10. num. 29.

Opinio Caſtren. quod vltra moram ad obtinendum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis requirantur nonnulla requiſita ab eo conſiderata eſt magis communiter recepta, deciſ. 21. num. 5.

OPPOSITIONES tranſactionem impugnantes ſi admitterentur fruſtra tranſactiones fierent, & renangaretur Mundus, deciſ. 2. num. 9.

ORDO iudiciorum ſolitus, & neceſſarius ſeruandus eſt, deciſ. 43. num. 7.

PACTVM generale ad omnia extenditur omniaque comprehendit, deciſ. 24. num. 35.

Iuſtitia nulla maior eſt, quam pacta ſeruare, deciſ. 51. num 6. & 187.

Pactum quod Melioramenta facta in re locata, finita locatione vendi debeant locatori, & abradi non poſſint à ſolo operatur, quod dicta melioramenta obligari, & hypothecari non poſſint, deciſ. 74. num. 5.

Pactum appoſitum ratione moræ intelligitur appoſitum fauore creditoris diligentis, non autem fauore debitoris moroſi, deciſ. 51. num. 82.

PAPA ſi dicat caſſo electionem, quia nihil iuris habes in electione, non per hoc intelligitur ita iudicaſſe ſuper ius, quin alias ſuper dicto iure principaliter agi poſſit, præter, & abſque eo, quod obſtet res iudicata, deciſ. 4. numero 7.

PARIA ſunt ſuccedere non poſſe, & non eſſe in rerum natura ad hoc, vt ſubſtitutio hæreditas deferatur, deciſ. 26. num. 52.

PATER non eſt legitimus adminiſtrator legati facti eius filiæ pro augmento dotis, deciſ. 17. num. 5.

Patris culpa non nocet filijs in emphyteuſi acquiſita pro ſe, & filijs expreſſis eorum nominibus, deciſ. 25. num. 2.

I N D E X.

PAVLI *Apoſtoli dictum. Quod nemo ſupergrediatur fratrem ſuum non loquitur de fratribus tantum, ſed de omnibus Chriſti fidelibus, decif.*10. *num.*21.

PAVLVS *de Caſtro conſil.*33. *lib.*1. *declaratur, decif.*17. *num.*21.

*Paulus de Caſtro in l. contractus, num.*9. *C. de fide inſtrumentorum loquitur in caſu, in quo inter partes fuit conuentum quid totus tenor ſcripti priuati reduceretur in publicum inſtrumentum, decif.*51. *num.*56.

PEREGRINVS *conſ.*63. *num.*6. *verſic. ſecundo reprobat quæ in contrarium dixerat in ſuo tractatu de fideicomm. art.*14. *num.*18. *decif.*76. *num.*128.

PERPETVVM. *De dictione in perpetuum, Vide quæ dixi in ver.* DICTIO *in perpetuum.*

PETITIO *declaratur, & reſtringitur ex proſequutis, decif.*59. *num.*20.

PETITORIVM. *Vbi conſtat de bono iure in petitorio non curamus de poſſeſſorio, decif.*4. *num.*36.

PLACERE, *quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, decif.*10. *num.*40.

PLVRALIS *loquutio reſpicit concurſum plurium, decif.*76. *num.*176.

*Pluralis loquutio in iure ſecundum ſubiectam materiam ponitur in ſingulari, & in vno tantum verificatur, decif.*76. *num.*176.

Pluralis loquutio etiam ſi ſit concepta per dictiones vniuerſales, nihilominus verificatur in vno tantum, quando vnus ſolus de pluribus nominatis ſupereſt, deciſione 76. *numero* 177.

Pluralis loquutio in vno ſolo verificatur, quando militat eadem ratio in vno, quæ in pluribus, deciſione 76. *numero* 178.

PLVS, & MINVS *non faciunt differre ſpecie, decif.*9. *num.*13.

POENA *carceris eſt maior, quam laborare in agro, ſeu in quolibet opere publico, decif.*28. *num.*3.

*In Pœnis legalibus ſemper eſt locus pœnitentiæ vſque ad ſententiam, decif.*47. *num.*6.

*Pœna intelligitur ſemper appoſita in odium moroſi, quando fuit conuentum quod pœna ſoluatur à parte deficiente parti obſeruanti, decif.*51. *num.*108.

*Pœna ſubrogatur in locum obſeruantiæ contractus, decif.*5. *num.*112. *Maximè vbi apponitur pro obſeruantia contractus, ibidem num.*4. & 73.

*Pœna appoſita in contractu non poteſt intelligi appoſita fauore vtriuſque ſed tantum, ad fauorem creditoris, & in odium debitoris, qui defecit implere pro parte ſua, quando contrahentes conuenerunt, quod ſi debitor non ſolueret in certo tempore, eſſet in facultate creditoris recedere à contractu, vel cogere debitorem ad ſoluendum precium, decif.*51. *num.*119.

Pœna non eſt propriè pœna, ſed aſſumit naturam intereſſe, quando apponitur pro expenſis & intereſſe, deciſione 51. *num.*123.

Pœna non debet eſſe vbi non adeſt delictum, deciſione 90. *num.*1.

*Pœna ſuccedit loco intereſſe, decif.*51. *num.*71. *Maximè vbi apponitur pro obſeruantia contractum, deciſione* 51. *num.*72.

*Pęna cenſetur appoſita ad maiorem corroborationem, & cautelam obligationis, decif.*51. *num.*76.

*Pœna cenſetur appoſita fauore vtriuſque partis, decif.*51. *num.*78. *Contrarium verius, num.*80. 102. & 119.

Pœna vbi eſt appoſita fauore vtriuſque partis cenſetur per appoſitionem pœnæ inducta nouatio, deciſione 51. *numero* 79.

*Pœna non poteſt cenſeri appoſita fauore moroſi, decif.*51. *num.*80.

*Pœna non poteſt continere fauorem illius, qui in eam poteſt incedere, decif.*51. *num.*83.

*Pœna ad punitionem, & non ad præmium tendit, decif.*51. *num.*86.

*Pœna ſemper videtur appoſita fauore creditoris, & non vt neceſſitet eum ad petitionem pœnæ, decif.*51. *num.*88.

Pœna cenſetur appoſita fauore vnius tantum, & non in odium vnius tantum, deciſione 51. *num.*92. *Maximè vbi pœnæ expreſſè eſt facta mentio, deciſione* 51. *numero* 93.

*Pœnæ ad fauorem creditoris appoſitæ poteſt per creditorem renunciari, quando ipſe eſt paratus obſeruare contractum, & poteſt petere perfectionem contractus, non obſtante oblatione pœnæ, decif.*51. *num.*94. & 95.

Pœna in contractibus vltro citroque obligatorijs cenſetur appoſita fauore vtriuſque partis, deciſione 51. *numero* 97.

*Pœna ex eius natura cenſetur appoſita ad fauorem obſeruantis, & in odium contumacis, decif.*51. *num.*98.

*Pœnæ adiectio refertur ad vtrumque ex contrahentibus ex quo tam vnus, quàm alter, poteſt ex ſui parte implere, vel non implere, decif.*51. *num.*100.

*Quando emptor & venditor poſſunt ex diuerſis cauſis incidere in pœnam ob promiſſa non ſeruata, tunc in pœna ſimpliciter appoſita debet ſubintelligi clauſula, ſingula ſingulis congruè referendo, decif.*51. *num.*101.

*Aliud eſt conſiderare pęnam ab initio, dum imponitur, aliud verò poſtquam eſt commiſſa, nam primo caſu poteſt dici appoſita fauore, & odio, vtriuſque partis, ſecundo verò caſu ad fauorem ſolius obſeruantis, & in odium ſolius contumacis, decif.*51. *num.*102.

*Pœna impoſita offendenti ſcholarem matriculatum habet locum etiam in offendente ſcholarem, quem Rector iuſſerat matriculari, licèt adhuc non eſſet matriculatus, decif.*9. *num.*5.

*In Pœnis arbitrarijs attenditur tempus condemnationis, & non delicti, decif.*9. *num.*19. *Sed quod attendatur tempus delicti, & non condemnationis, num.*21.

*In pœnis arbitrarijs attenditur tempus condemnationis, & non delicti, quando à principio non erat certa pœna determinata, ſed erat in arbitrio Iudicis pœnam imponere, vel non imponere. Cæterum ſi arbitrium conſiſteret in minorando pęnam ordinariam, quia tunc attenditur tempus delicti, decif.*9. *num.*22.

*Pœna impoſita Iudici aliquid non facienti. Intelligitur habere locum, ſi fuerit petita, decif.*13. *num.*4.

*In Pęnam quarti pluris, tunc quis condemnatur, quando ſuccubuit, decif.*15. *num.*1.

*Pęna quarti pluris dicitur legalis, quia impoſita à lege, decif.*15. *num.*7.

*Pœna legalis non incurritur niſi in caſu quo quis reportauit ſententiam contra ſe, decif.*15. *num.*8.

*In Pœnis legalibus ſemper eſt locus pęnitentiæ vſque ad ſententiam, decif.*15. *num.*9.

*Pęna quando eſt promiſſa cum iuramento, tunc qui incidit in pęnam non debet condemnari in quartam partem pęnæ, ſed ad totam pęnam, decif.*2. *num.*11.

*A pęnis arbitrarijs non datur appellatio, decif.*3. *num.*9.

Pęna-

Digitized by Google

Pœnalis diſpoſitio in quibus terminis procedat, ex qualitate pœnæ appoſitæ declaratur, deciſ.51. num.33.

Pœnalis diſpoſitio non habet locum in caſu, in quo pœna applicari non poteſt, deciſ.51. num.34.

POENITENTIAE eſt locus etiam parte inuita, antequàm contractus ſit redactus in publicum inſtrumẽtum, ſi contrahentes conuenerint conuenta inter ipſos eſſe redigenda in publicum inſtrumentum, deciſ.51. nu.3. & 52.

Intellige tamen verum ſi partes apertè conuenerint contractus aliter non valere, ibid. num.53. Item intellige ſi ageretur de contractu, qui de ſui natura ſcripturam requireret, deciſ.51. num.54.

Pœnitentiæ non eſt locus in promiſſione de vendendo, deciſ.51. num.60.

Pœnitentiæ eſt locus in contractibus innominatis, deciſ.51. num.61.

Fallit primò quando contractus innominatus ordinatur ad nominatum, deciſ.51. num 62.

Fallit ſecundò; quando in contractu innominato interuenit ſtipulatio, deciſ.51. num.63.

Pœnitere tunc demum, licèt in contractibus innominatis vni ex contrahentibus, quando alter non obſeruauit ex parte ſua. Cæterum ſi alter ex contrahentibus obſeruaret promiſſa per eum, quia alter pœnitere non poſſet. deciſ.51. num.65. & 66.

Pœnitentiæ an ſit, vel non ſit locus ante celebrationem inſtrumenti pendet à voluntate partium, prout ſcilicet vnius, vel alterius intentionis fuerint eo tempore, quo conuentio inter ipſos firmata fuit, deciſ.51. num.67.

Pœnitentiæ ſemper eſt locus in pœnis legalibus ante ſententiam, deciſ.47. num.6.

POSITIONIBVS non reſpondere, & reſpondere minus legitimè paria ſunt, deciſ.27. num.11.

Statutum Lucanum 69. lib.1. diſponens, quod de inſtantia detrahatur tempus, per quod pars fuit contumax in reſpondendo poſitionibus procedit, quando non fuit reſponſum, ſecùs quando fuit reſponſum, ſed minus legitimè, deciſ.27. num.12.

POSSESSIO non poteſt eſſe penes duos inſolidum, deciſ.37. num.9.

Poſſeſſio antiquior præſumitur iuſtior, deciſ.67. num.3.

Poſſeſſio iuſtior cæteris paribus eſt præferenda, deciſione 67. num.4.

Poſſeſſio capta alio exiſtente in poſſeſſione non eſt manutenibilis, deciſ.67. num.6.

Poſſeſſio capta authoritate Iudicis dicitur iuſta, & manutenibilis, deciſ.67. num.7.

Poſſeſſionem alienam intrans de mandato, & authoritate Iudicis priuat illum, qui per prius poſſidebat ſua poſſeſſione tam ciuili, quàm naturali, abſque alia eiectione, deciſ.67. num.8. Intellige verum ſi Iudex ritè, & rectè proceſſit, ſecus ſi nulliter, deciſ.67. num.9.

Poſſeſſio data à Iudice non citato poſſeſſore, eſt nulla, & per talem immiſſionem non dicitur quis priuatus poſſeſſione, quàm animo retinebat, deciſ.67. num.11. & 12.

Poſſeſſionem alterius ingrediens authoritate Iudicis nulliter procedentis, dicitur turbare, & ſpoliare, & tali caſu ſpoliatus eſt illico reſtituendus, deciſ.67. num.14.

Poſſeſſio quando eſt vacua poteſt apprehendi abſque vitio ſpolij, deciſ.67. num.18. Intellige verum niſi retineretur animo, deciſ.67. num.19.

Si ego poſſideam ciuiliter, & alius ingreſſus ſit naturalem poſſeſſionem, pro recuperanda iſta naturali datur ei, qui animo retinet poſſeſſionem interdictum retinendæ, quia ratione ciuilis datur ſibi manutentio, deciſione 67. numero 20.

Poſſidere quis præſumitur ex cauſa, de qua apparet, deciſ.67. num.26.

Poſſeſſio vbi eſt probata reſpectu totius corporis ſtandum eſt dictæ generali poſſeſſioni, donec de ſpeciali melius probetur, deciſ.55. num.9.

Quando aliquis poſſidet cum titulo, & alius non habet titulum, & poſſidet cum eo, dicitur iſte qui non habet titulum poſſidere iure familiaritatis, deciſ.67. num.27.

Poſſidere quis præſumitur de licentia legitimi poſſeſſoris, quando non conſtat de violento ingreſſu, deciſione 67. num.28.

Poſſidens aliquid vigore hypothecæ ſibi debitæ dicitur ſatisfeciſſe licentiæ, de qua in cap.170. lib.4. ſtatutorum Lucenſium, in verbo Cæterum, deciſione 67. num.32. & 36.

POSSESSORIVM. De Poſſeſſorio non curatur vbi conſtat de bono iure in petitorio, deciſ.4. num.36.

In Poſſeſſorio ſummariſſimo quis debet manuteneri. Require Manutentio.

In Poſſeſſorio ſummariſſimo ille obtinet, qui per probationes magis concludentes, & neceſſarias ſuam poſſeſſionem probat, deciſ.55. num.5.

In Poſſeſſorio ſummariſſimo ille obtinet qui de antiquiori docet poſſeſſione, deciſ.55. num 7.

In poſſeſſorio ſummariſſimo poſſeſſor titulatus præfertur poſſeſſori non titulato, deciſ.55. num.8.

Ad obtinendum in poſſeſſorio ſummariſſimo ex diſpoſitione, c.Rotæ Lucen.59. requiritur quod quis poſſederit per quadraginta dies ante petitam manutentionem, deciſ.67. num.1. & 5.

Poſſeſſio 40. dierum, quæ requiritur ex diſpoſitione, c.Rotæ Lucen.59. debet eſſe obtenta, & adepta de licentia legitimi poſſeſſoris, deciſ.67. num.24.

In Poſſeſſorio ſummariſſimo non admittantur exceptiones teſtium, deciſ 67. num.40.

POTENTIA lucri propinqua nõ probatur ex eo, quod ſimus in Ciuitate Mercantili, in qua paſſim inueniuntur occaſiones pecunias ad lucrum collocandi, deciſione 21. num.7.

RAECEDENTIA declarant ſequentia, deciſione 51. num.18.

PRAECEPTVM. A præcepto de exequendo non datur recurſus, deciſ.35. num.1. Intellige niſi fuiſſet exceſſus modus in exequendo, ibidem num.2.

Præceptum de exequendo præſumitur conceſſum in tempore debito, dec.ſ.35 num.5.

Præceptum de non offendendo factum vltra pœnas comminatas à ſtatuto dicitur exceſſiuum, & rigoroſum, deciſ.65. num.1.

Præceptum de dimittendo conceditur locatori contra conductorem, etiam durante locatione, quando locator indiget re conducta pro proprio vſu, deciſ.50. num.1.

A prouincia de præcepto ſiue territorio exequendo affirmatiua recurrens, ſi ſuccumbat condemnam in expenſis, & in quarta parte intereſſe, deciſ.12. num.14.

Præiudicium modicum non poteſt dici, vbi inter pauperes agitur de commodo pecuniario, deciſ.70. num.24.

PRAEMIVM non poteſt conſequi ex mora, deciſ.51. num 85.

PRAESCRIPTIONEM decennalem obijciens contra

tra

I N D E X.

tra aliquem tenetur probare illum fuiſſe præſentem in loco, deciſ. 68. num. 10.

Intellige, niſi ille contra quem obijcitur præſcriptio eſſet de eadem prouincia, de qua eſſet creditor, quia hoc caſu præſumitur præſentia, & qui ſe fundat in abſentia debet illam probare, deciſione 68. num. 11.

Præſcriptio non habet locum in depoſito, deciſione 68. num. 15.

Præſcriptio ex diſpoſitione Statuti Lucen. eſt expreſsè prohibita, deciſione 1. num. 15.

PRAESENS ad hoc, vt quis præſumatur ex depoſitione Statuti Lucen. 101 lib. 1. requiritur quod habeat domicilium in loco, vbi prætenditur quod fuerit præſens, deciſ. 68 num. 13.

Præſentiam probare per ſpacium decem annorum eſt impoſſibile niſi probaretur de continua carceratione, deciſ. 68. num. 12.

PRAESENTATIO inſtrumenti facta in manibus Cancellarij Principis non excludit præſentationem factam Principi, deciſ. 18. num. 9.

PRAESVMPTIONES, quæ non ſunt in ſua ſpecie profectæ, nec ſimul iunctæ faciunt aliquam probationem, deciſ. 70. num. 17.

Præſumptio ſolutionis deſumpta ex diuturnitate temporis eliditur quando ex coniecturis apparet non conſtare de ſolutione, deciſ. 52. num. 9.

PRIMIPILVS eſt Theſaurarius omnium introituum Principis, deciſ. 73. num. 4.

Primipilus eſt præferendus omnibus creditoribus anterioribus, deciſ. 73. num. 4.

PRIMOGENITVRAE ratio eſt potiſſima coniectura quod ſubſtitutio facta decedenti ſine filijs non expiret, licèt quis deceſſiſſet cum filijs, deciſione 76. numero 87.

PRIMVS acquirens poteſt alienare bona emphiteutica de conſenſu domini directi in præiudicium vocatorum, & comprehenſium in inueſtitura, deciſ. 66. num. 16.

PRINCEPS. Quæ pendent ad Principis placitu reputantur caſus fortuiti, deciſ. 29. num. 4.

PRINCIPALIS præſumitur habuiſſe ſcientiam eorum, quorum ſcientiam habuit Procurator ipſius in tantum, vt contra dictam præſumptionem nulla probatio admitti valeat, deciſ. 58. num. 3.

PRIOR in tempore potior in iure, deciſ. 11. num. 1. & deciſione 57. num. 3. & deciſ. 73. num. 1.

PRIVILEGIVM quod competit ſocio non poteſt extendi ad fratrem etiam ex maioritate rationis, deciſ. 10. num. 15.

Priuilegiare fratres ſicut ſocios ſicuti voluiſſent hoc expreſsè dixiſſent, prout fecerunt, quando illud ſocio conceſſerunt, deciſ. 10. num. 16.

PROBATIO plena actoris eneruatur per ſemiplenam probationem Rei, quando probationes tendunt ad diuerſum finem, deciſ. 14. num. 15.

Non probat hoc eſſe quando adhoc contingit à bene, deciſ. 66. num. 9.

PROCESSVS inordinatus ſubſtinetur vbi debitum eſt verum, deciſione 12. num. 2.

Proceſſus ſine iuramento calumniæ non valet ſi iuramentum fuerit petitum, deciſ. 13. num. 17.

Proceſſus in infinitum dari prohibetur, deciſione 23. numero 30.

PROCVRATOR vbi eſt conſtitutus ad aliquem actum cenſetur datur etiam mandatum ad præambula, & præcedentia neceſſaria, deciſione 65. num. 18.

Procurator vbi eſt conſtitutus ad aliquid gerendum cenſetur conſtitutus ad faciendum alios actus conſuetos in expeditione illius actus, etiam ſi alias requirerent ſpeciale Mandatum, deciſione 65. num. 19.

Procurator conſtitutus ad vendendum, vel donandum poteſt in inſtrumentum donationis, vel venditionis facere apponere omnia pacta pœnalia, alias in inſtrumentis conſueta apponi, deciſione 75. num. 20.

PRODVCTIO actorum ſufficit, quod ſit facta à parte, vt per illam ſit acquiſitum ius parti, deciſione 27. numero 17.

Productio facta in parte, & partibus non releuat in productione proceſſus proprij, deciſ. 27. num. 20.

PROHIBITIO alienationis quando ſtat conſequutiuè ad præcedentem fideicommiſſum non ampliat fideicommiſſum, ſed illa reſtringitur ad terminos præcedentis fideicommiſſi, deciſ. 76. num. 48.

Intellige verum quando prohibitio eſſet nuda ſecus ſi veſtita, deciſ. 76. num. 48.

Prohibitio de non alienando ſi ſit poſita in parte diuerſa & ſeparata ampliat fideicommiſſum, deciſione 76. numero 49.

Prohibitio de non alienando ſi ſit poſita incontinenti poſt fideicommiſſum, & in prohibitione, ſeu ratione adiecta prohibitioni non adſint verba, quæ ſuadeant Teſtatorem fideicommiſſum ampliare voluiſſe, vltra caſum expreſſum reſtringitur ad caſum fideicommiſſum ſupra expreſſum, deciſ. 76. num. 50.

Prohibitio de non alienando etiam incontinenti appoſita poſt ſubſtitutionem præcedentem inducit abſolutum & perpetuum fideicommiſſum ad fauorem illorum de familia, & agnatione Teſtatoris, quando in prohibitione alienationis, ſeu in caſu prohibitionis adiecta ſunt verba, quæ demonſtrent Teſtatorem voluiſſe facere vnum abſolutum, & vniuerſale fideicommiſſum, prout eſt, quando ea de cauſa prohiberet Teſtator ailenationem, quia vellet bona continuò, ſemper, & in perpetuum remanere in familia, deciſ. 76. num. 51.

Prohibitio facta in vno caſu non poteſt extendi ad alium caſum, maximè contrarium, deciſ. 76. num. 52.

Prohibitio alienationis dicitur realis, quando Teſtator, ideo prohibuit alienationem, quia voluit bona in familia remanere, deciſ. 76. num. 55.

Prohibitio alienationis vbi eſt realis imponit onus ipſi rei prohibitæ alienari, adeò vt in quemcumque tranſeat, tranſeat cum illo onere fideicommiſſi, & cenſeantur grauati ad reſtituendum ne dum primi hæredes inſtituti ſed eorũ filij, & deſcendentes, omneſque illi, qui rem illam poſſident, deciſ. 76. num. 56. & 57.

Prohibitio alienationis ad certas perſonas, & ad certum caſum reſtricta, extenditur ad alias perſonas, & ad alios caſus, quando huiuſmodi prohibitioni eſt adiecta ratio, quia voluit bona ſemper, & continuò remanere in familia, deciſione 76. num. 58.

Prohibitio ipſa alienationis in materia fideicommiſſi non tantum conſideratur, quantum ratio adiuncta per Teſtatorem, quia voluit bona ſemper & in perpetuum conſeruari in ſua familia, deciſ. 76. num. 58.

Prohibitio alienationis cum qualitate, vt bona nunquam exeant de familia, operatur fideicommiſſum generale tam in caſu mortis primorum inſtitutorum ſine

Digitized by Google

ſorum ſine filijs, quàm eorum filiorum ſine filijs, deciſ. 76. num. 92.

Probibitio alienationis facta cum cauſa, quia Teſtator voluit bona ſemper continuè, & in perpetuum remanere in familia non ſolum ſeruit pro coniectura perpetui fideicommiſſi, ſed conſtituit generale, & abſolutum fideicommiſſum ad fauorem illorum de familia, deciſ. 76, num. 121.

Probibitus alienare dicitur grauatus ad reſtituendum bona, deciſ. 76, num. 123.

Probibitio alienationis vbi eſt concepta per verba vniuerſalia, videlicet tam ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria comprehendit tam alienationem inter viuos, quàm alienationem per vltimam voluntatem, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, deciſ. 76. num. 125.

Probibitio alienationis vbi eſt facta hæredibus, & ſucceſſoribus in infinitum, etiam mediante ſucceſſione ab inteſtato arguit, quod in caſu mortis cuiuſlibet eorum fuerit conſtitutum fideicommiſſum ad fauorem agnatorum de familia, deciſone 76. num. 126.

Pro hibitio alienationis ſi fuerit à principio valida, & prout dicitur veſtita, & poſtea fuit adiecta ratio, Quia Teſtator voluit bona, ſemper, & perpetuò remanere in familia conſtituit perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum inter illos de agnatione, ita vt quilibet de agnatione, ſeu familia, qui bona poſſidet, teneatur ea reſtituere Agnato proximiori de familia, deciſone 76. numero 127.

Probibitio alienationis bonorum cenſetur facta ob affectionem quam habet Teſtator erga bona, deciſone 76. numero 130.

Probibitio de non alienando dicitur à principio valida & veſtita, quando in caſu alienationis Teſtator alios vocauit, deciſ. 76. num. 132.

Probibitio alienationis recipit ſuum veſtimentum ex vocatione alienius facta in caſu alienationis, ita & taliter, quod ex ratione poſtea probibitioni adiecta, videlicet. Quia voluit bona ſemper, & perpetuò remanere in familia, poteſt importare fideicommiſſum etiam in caſu mortis, deciſ, 76. num. 134.

Probibitio alienationis, valida, & veſtita redditur, ex annullatione actus alienationis, deciſione 76. numero 135.

Probibitio alienationis dicitur valida, & veſtita à principio, quando Teſtator in caſu alienationis appoſuit pœnam alienanti, deciſ. 76. num. 138.

Probibitio alienationis, cum pœna priuationis in caſu alienationis non operatur fideicommiſſum, niſi in caſu contrauentionis, cum non poſſit dari priuationis caſus, niſi viuo alienante, deciſ. 76. num. 139.

Pœna priuationis in caſu alienationis in probibitione oppoſita, licèt non inducat fideicommiſſum niſi in caſu contrauentionis tamen non poteſt negari quin ex ea indumentum probibitionis reſultet, deciſione 76. numero 140.

Probibitio alienationis vbi eſt conſequutiua ad fideicommiſſum ex ſubſtitutione inductum, non induxit nouum fideicommiſſum à primo diuerſum, ſed fideicommiſſum iam inductum corroborat, deciſione 76. numero 141.

Probibitus dicere de nullitate cenſetur probibitus illam proponere, & allegare etiam excipiendo, deciſione 23. num. 2.

Probibitio dicendi de nullitate comprehendit etiam exceptionem notoriæ iniuſtitiæ, deciſione 23. num. 14.

Probibitio facta cum clauſula, quia voluit bona in familia, & agnatione conſeruari in perpetuum, inducit nouum & abſolutum fideicommiſſum, deciſione 76. numero 141.

Probibitio alienationis non poteſt dici facta conſequutiuè vbi adeſt clauſula intermedia, deciſione 76. numero 147.

Probibitio alienationis non poteſt dici ſtare acceſſoriè, & conſequutiuè ad fideicommiſſum præcedentem, vbi non regitur ab eodem verbo, quo regitur ſubſtitutio præcedens, deciſ. 76. num. 148.

Probibitio alienationis vbi eſt realis, & facta hæredibus & ſucceſſoribus excludit inſtitutionem illius, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat, deciſione 76. numero 172.

Probibita alienatione neceſſaria, cenſetur probibita etiam alienatio tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, deciſione 76. num. 173.

Probibitio alienationis concepta per dictiones vniuerſales negatiuas operatur probibitionis alienationis, etiam per viam vltimæ voluntatis, deciſ. 76. num. 174.

Probibitio alienationis vbi eſt facta fauore maſculorum de familia, cenſetur probibita etiam alienatio per vltimam voluntatem tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, deciſ. 76. num. 175.

Probibitio alienationis vbi reſpicit omnes probibitos, Verba vniuerſalia vni ex eis appoſita, in alijs quoque repetita cenſetur, deciſ. 76. num. 179.

Probibitum, quod reperitur à ſtatuto dicendum eſt eſſe conceſſum à iure communi cum alias ſtatuta eſſent ſuperflua, deciſ. 10. num. 7. & 30.

PROMISSIONI SVÆ nemo poteſt contrauenire, deciſ. 64. num. 1.

Promiſſio facta coram Notario importat ſtipulationem, deciſ. 64. num. 2.

Promiſſio facta per mulierem ad effectum, vt ſequatur Matrimonium valet abſque ſolemnitatibus, dummodo non promittat dotem expreſſè obligari probibitam, deciſ. 71. num. 3. & 4.

A prima promiſſione dicitur receſſum per ſecundam obligationem, deciſ. 24. num. 32.

Promiſſio facta pro reſiduo eius, quod quis debebat vigore primi ſcripti inducit nouationem, deciſione 24. numero 36.

Promiſſio facta ſub fide habet vim iuramenti, deciſione 51. num. 134.

Promiſſio facta ſub fide idem importat, quod clauſula rato manente pacto, deciſ. 51. num. 135.

Promiſſio de vendendo eſt tantæ efficaciæ, vt pœnitentiæ locus eſſe non poſſit, deciſ. 51. num. 60.

PROPRIETAS. A Proprietate ſermonis non eſt recedendum, deciſ. 76. num. 54.

PROROGATIO inſtantiæ debet fieri intra terminum inſtantiæ, non autem ipſa finita, deciſone 27. numero 5.

Prorogari non poteſt, quod non eſt, deciſione 27. numero 6.

Prorogatio eſt dilationis nondum elapſæ extenſio, deciſ. 27. num. 7.

Prorogare terminum Iudex non tenetur, quando aſſignatio termini pendet ab eius arbitrio, deciſ. 22. num. 3.

PRO-

Digitized by Google

I N D E X.

PROTECTORES SANCTI FRANCISCI. Require Monaſterium Sancti Franciſci.

PROTESTATIO contrariâ facto non releuat, deciſ. 51. num. 46.

PROVISIO hominis plus operatur, quam prouiſio legis, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, deciſ. 76. num. 137.

DE PROXIMO faciendum habetur pro facto in fauorabilibus, deciſ. 9. num. 25.

PVBERTAS incipit poſt decimumquartum annum in maſculo, deciſ. 26. num. 15.

PVBLICATIO bonorum non eſt cauſa, vt bannitus ammittat iura ſuæ Ciuitatis, ſed benè hoc operatur facultas à Statuto data, vt is impunè offendi poſſit, deciſ. 9. num. 30.

PVPILLARIS ætas durat vſque ad 14. annum in maſculo, deciſ. 26 num. 14.

Pupillaris ætas ex diſpoſitione Statuti Lucen. 58. l. 2. videtur aucta vſque ad annum 18. deciſ. 26. num. 23. declara tamen & intellige, vt ibi num. 24. & 25.

Pupillus non habet teſtamenti factionem, deciſione 26. numero 28.

PVRI, ac PVRIFICATI idem eſt iudicium, deciſione 75. num. 2.

QVALITAS bonorum in materia fideicommiſſi nulla alia de cauſa conſideratur, niſi quia ex illa conſideratur affectio, & intentio diſponentis, deciſ. 76. num. 69. & 70.

Qualitates & verba in vna oratione poſita, ex veroſimili mente Teſtatoris in alia repetita cenſetur, etiam ſi verſemur in oratione ſeparata, deciſ. 76. num. 183.

Qualitas hæredis debet probari in filio, quando agitur contra filium vti hæredem, deciſ. 8. num. 1.

Ex qualitate pœnæ appoſitæ declaratur quibus in terminis procedat diſpoſitio pœnalis, deciſ. 51. num. 33.

QVAERELA fratris de inofficioſo teſtamento fratris eſſet eluſoria ſi totum ſubſtituto reddi debet, deciſ. 26. num. 2.

Querela inofficioſi per fratrem propoſita ſecundum Theſaurum ſubſtitutus omnia debet habere, & legata perſoluere tertia bonorum parte inter fratrem querelantem, & hæredem inſtitutum diuidenda relicta, deciſione 26. numero 4.

QVILIBET. Require Dictio quilibet.

QVISQVE dictio non inducit ius accreſcendi inter collibellarios, deciſ. 66. num. 3.

Quiſque verbum non eſt diſtributiuum, ſed collectiuum, quod non tribuit actum inſolidum, deciſ. 66. num. 4. & declara vt num. 5.

QVODCVNQVE dictio. Require dictio Quodcunque.

RATIFICASSE videtur filius venditionem factam à Patre recipiendo pretium rei venditæ ab eius patre, deciſ. 14. num. 5.

Ratificata non poteſt dici venditio facta de aliqua re per receptionem pretij, quando venditio non fuit facta nomine meo, & ego ſciebam dictam rem ad me ſpectare, deciſ. 14. num. 11.

RATIO CONSERVANDAE AGNATIONIS non reſtringitur ad caſum à Teſtatore expreſſum, ſed inducit fideicommiſſum ad fauorem totius agnationis Teſtatoris, vbi conſtat Teſtatorem ſemper, & omni tempore voluiſſe agnationem ſuam non reſpectu vnius lineæ, ſed in perpetuum conſeruari, deciſ. 76. num. 36.

Ratio conſeruationis agnationis expreſſa non ſufficit ad inducendum fideicommiſſum niſi alia concurrant, deciſ. 76. num. 72.

Rationes plures quando allegantur, quarum vna ſufficit ad corroborationem intentionis allegantis non eſt credendum, quod aliæ fuerint ita exacte examinatæ, & perpenſa, vt in eis, tanquam in re firmata, & deciſa debeat fieri ſolidum fundamentum, deciſ. 10. num. 35.

Ratio & mens Statuentium eſt ſequenda, etiam ſi verba repugnant, deciſ. 51. num. 32.

Ratio motiua Statuti vbi non concurrit ceſſat illius diſpoſitio, deciſ. 59. num. 12.

Ratio alia vbi aſſignari non poteſt illa, quæ redditur habetur pro expreſſa, deciſ. 3. num. 15. & 16.

Ratio conſeruandæ agnationis vbi eſt generalior dicto, neceſſarium eſt, quod dictum amplict, & fideicommiſſum ad limites rationis extendat, & comprehendat omnes eos caſus, quos comprehendit ratio ipſa, deciſione 76. numero 33.

Ratio finalis Teſtatoris ad faciendum fideicommiſſum, vbi fuit perpetua conſeruatio bonorum in familia, non poteſt reſtringi ad limites præcedentis fideicommiſſi in caſu, quo hæres decederet ſine filijs, ſed extendit fideicommiſſum etiam ad caſum mortis filiorum primi inſtituti ſine filijs, & ſic deinceps, deciſione 76. numero 34.

Ratio conſeruandæ agnationis reſtringitur ad caſum à Teſtatore expreſſum, quando talis ratio conſeruandæ agnationis conſideratur, & exprimitur à Teſtatore in certo particulari caſu tantum, ita vt appareat illum non reſpexiſſe ad vniuerſam agnationem omni tempore conſeruandam, ſed limitate ad certum caſum tantum, deciſ. 76. num. 35.

Ratio finalis, & intentio diſponentis colligitur ex proœmio, deciſ. 46. num. 2.

Ratio eadem vbi viget, ibi idem ius eſſe debet, deciſione 51. num. 26.

Ratio finalis reſtringit, & limitat legem generalem, deciſ. 51. num. 27.

Ratio finalis moderatur diſpoſitiones ſicut habent æquum & gubernacula nauem, deciſ. 51. num. 28.

RECONDVCTIO tacita in prædio Ruſtico habet locum donec conductor remanet in conductione ſciente, & patiente locatore, & talis reconductio habetur perinde, ac ſi de ea appareret publicum inſtrumentum ex diſpoſitione Statuti Lucen. deciſ. 19. num. 10.

RECTOR Hoſpitalis, licèt teneatur ſingulis annis rationem reddere, intelligitur tamen verum ſi fuerit requiſitus, deciſ. 13. num. 12.

RECVRSVS interpoſitus coram Rota poteſt proſequi coram eadem Rota, quando precibus porrectis Excellentiſſimo Conſilio, pendente recurſu fuit renunciatum, deciſ. 50. num. 3.

Recurrere non poteſt qui nullum ſentit grauamen à ſententia, deciſ. 24. num. 26.

Recurſus ex defectu iuriſdictionis debet interponi infra quinque dies à die latæ ſententiæ, deciſione 58. numero 1.

Recurſus non poteſt interponi abſque iuramento calumniæ, deciſ.54. num.4.

Recurſus interpoſitus à coniuncta perſona nomine coniuncti debet ratificari ab eo, cuius nomine interpoſitus fuit, deciſ.54. num.6.

Recurſus eſt ſpecies appellationis, deciſione 54. numero 7.

Recurſui renuncians abſoluitur à quarto pluri, deciſ.61. nu.2. & deciſ.15. num, 2.

Recurſui ab exceſſu non eſt locus, niſi quando conſtat Iudicem in aliquo exceſſiſſe, aut de nouo grauaſſe, Cæterum ſi non prætenderetur exceſſiſſe, & de nouo grauaſſe, ſed grauaſſe in totum, quia tunc eſt locus recurſui ordinario, deciſ.56. num.1.

Recurſus ordinarius nunquam intentaretur, ſi quando Iudex in aliquo non exceſſit aut de nouo non grauauit poſſet intentari recurſus ab exceſſu, cum iſto caſu ſoluatur minor datia, & ſic principalis diſpoſitio facta de recurſu ordinario remaneret omnino ſuperflua, deciſione 56. numero 2.

Recurſum interponens abſque legitima cauſa condemnatur in expenſis, deciſ.12. num.13.

Recurſus à pronuncia de præcepto ſiue termino exequendo affirmatiua, ſi in tali recurſu ſuccumbat vigore cap. Rotæ Lucen. condemnatur in expenſis, & in quarta parte intereſſe, & valoris cauſa loco pœnæ, deciſione 12. numero 14.

Recurſus non datur à ſententia, quæ diffinit totum negotium, nec expectat aliam ſententiam poſt ſe, ſed à tali ſententia datur appellatio, deciſ.43. num.2.

Recurſus datur tantum in illis caſibus in quibus appellari non poteſt, deciſ.43. num.3.

Recurſus ſuccedit loco appellationis, deciſione 43. numero 4.

Mu tum intereſt an recurſus, vel, Appellatio detur, deciſ. 43. num.5.

In recurſu aliter proceditur, quam in appellatione, deciſione 43. num.6.

Recurſus tantum, & non appellatio datur ab exequutione ſententiarum, & à pronuncijs, ſeu ſententijs quouis modo latis in cauſis exequutionum ſententiarum, deciſ.43. num.8. & 9.

Recurſus non datur, ſed appellatio vbi non agitur de exequutione ſententiæ, ſed de illius moderamine, deciſione 43. num.10.

Recurſus interpoſitus à perſona non habente legitimum mandatum dicitur nulliter interpoſitus, deciſione 43. numero 1.

Recurſus eſt nullus vbi non eſt ſoluta integra datia, deciſ.43. num.3.

Reeurrens abſque legitima cauſa, ſed ſolum ad effectum dilatandi iudicium in expenſis condemnatur, deciſione 34. num.8.

Recurſus non datur à præcepto de exequendo, deciſione 35. num.1.

Intellige niſi eſſet exceſſus modus in exequendo, deciſione 35. num.2.

Recurſus qui interponitur ab exceſſu habet locum etiam, vbi agitur de damno irreparabili, deciſ.56. num.4.

Intellige verum quando damnum irreparabile prouenit ab exceſſu, ſiue nouo grauamine, non autem quãdo damnum, & grauamen proueniret ex alia cauſa, vt quia quis prætenderet ſe grauatum in toto, ex quo fuiſſet conceſſa exequutio ſententiæ nulla, & his ſimilia, deciſione 56. numero 5.

Ex conceſſione exequutionis ſententiæ nullæ non poteſt conſiderari aliquod damnum irreparabile ad effectum, vt ſit locus recurſui ab exceſſu, cum illud reparari poſſit per recurſum ordinarium, deciſ.56. num.7.

Recurſus non datur ab arbitrarijs, deciſione 3. numero 9.

In Recurſu non poteſt iudicari ex nouis actis, ſed tantum ex actis primæ inſtantiæ, deciſ.29. num.9.

REFORMARI ſententia in totum poteſt à iudicibus appellationum licèt pars ab aliquo tantum capite ſententiæ appellationem interpoſuerit, deciſione 72. numero 5.

RELATVM verè, & propriè dicitur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus contineri, deciſ.59. num.18. & dicitur in referente ſpecificè, & expreſsè, deciſione 59. num.18.

Confeſſio hæredis vbi habet relationem ad teſtamentum debet potius ſtari teſtamento relato, quam confeſſioni referentis, deciſ.79. num.189.

Vbi conſtat de ſubſtantia fideicommiſſi ex teſtamento ſic quoque ex teſtamento relato colligitur veritas, & intentio referentis, deciſ.76. num.190.

Referente ſtandum non eſt vbi agitur de ſubſtantia, & præexiſtentia illius, quod in relato continetur, niſi in quantum de relato conſtet, deciſ.76. num.191.

Referenti ſtandum eſt, vbi agitur de declaratione illius, quod in relato conſtare non ambigitur, deciſione 76. numero 192.

Relato ſtari non poteſt, quod illa, quæ in eo non ſunt, neque reperi poſſunt, deciſ.76. num.193.

REMANERE verbum ſignificat actum ſucceſſiuum & permanentem, & propterea eſt aptum de ſui natura inducere fideicommiſſum. deciſ.76. num.28.

Bona non remanerent ſemper, & perpetuò in agnatione, & familia, ſi filij, & deſcendentes primorum hæredum ad reſtituendum grauati non eſſent, eo modo, quo erant grauati eorum patres, deciſ.76. num.20.

REMISSIO penſionis fit conductori, quando in re conducta recipit damnum abſque eius culpa, deciſione 20. num.1.

REMISSIO mercedis regulariter non fit emphiteutæ ſicut fit in ſimplici locatione, deciſ.20. num.3. Intellige verum in Emphiteuſi propriè ſumpta, videlicet quando ſoluitur quod minimum in recognitionem Dominij. Cæterum quando ſoluitur penſio correſpectiua fructibus, quia tunc cum participet potius de natura locationis, quam Emphiteuſis, etiam in tali emphiteuſi fit remiſſio, ſicut in locatione, deciſ.20. num.4.

Remiſſio mercedis fit in Emphiteuſi largo modo ſumpta, quando non percipiuntur fructus ſoliti, ſed pauciores, & minores dimidia, deciſ.20. num, 5.

Remiſſio fit in Emphiteuſi, etiam quando quis impeditur vti re Emphiteutica facto tertij, deciſione 20. numero 12.

Remiſſio fit ementi Gabellam alicuius Ciuitatis cum omnibus commodis, & incommodis, quia reſidebat ibi Papa, ſi contingat Papam ab illa Ciuitate recedere cum per receſſum Papæ à dicta Ciuitate commoda Gabellæ diminuantur, non obſtante, quod eſſet conuentum, quod remiſſio aliqua ex cauſa peti non poſſit, cum illa ſpes Reſidentiam fuiſſet cauſa

finalis

Digitized by Google

finalis emptionis dicta Gabellæ, deciſione 20. numero 13.

Super Remiſſione canonis poteſt iudicari, licèt illa non fuerit petita, ſed fuerit petita reſolutio contractus, ſi infra terminum à Statuto ad probandum aſſignatum fuerit articulatum, & probatum non fuiſſe recollectos fructus ſolitos, & minus dimidia, deciſione 20. numero 14.

Remiſſionis ſubſtantiam ſufficit fuiſſe articulatam intra terminum, vt extra terminum poſſit peti, & declarari, deciſ. 20. num. 17.

Remiſſio non poteſt peti, vbi agitur exequutiuè, deciſione 20. num 23.

RENVNCIATIO non comprehendit caſum valdè inſolitum, & non cogitatum etiam ſi ſit iurata, deciſ. 20. num. 6.

Renunciatio caſuum fortuitorum. Intelligitur de caſibus fortuitis quæ communiter & generaliter omnibus accidunt, & non de illis, qui ex plenitudine Poteſtatis Principis proueniunt, deciſ. 20 num. 12.

Renunciatio litis excuſat à condemnatione quarti pluris, deciſ. 47. num. 5.

Renuncians exceptionibus non poteſt poſtea modo aliquo excipere, deciſ. 34. num. 41.

Renuncians beneficio alicuius Statuti non poteſt illo iuuari, deciſ. 64. num. 5.

Renuncians Recurſui abſoluitur à quarto pluri, deciſione 15. num. 2.

Renuncians, vel cedens liti non dicitur propriè ſuccumbere, deciſ. 15. num. 3.

REQVISITA Pauli de Caſtro ad obtinendum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis quæ ſint, deciſ. 21. num. 4. & 5.

RESCRIPTVM. Vbi in ſupplicatione petitur tranſactionem, ſeu laudum confirmari à Principe, ad effectum vt ledentur lites, ſi Princeps reſcribat Concedimus vt petitur ex tali reſcripto arguitur, quod mens, & intentio Principis fuit, vt concordia per eum ſic firmata, amplius in dubium reuocari non poſſet, deciſione 18. numero 17.

Reſcriptum impetrans in priuatam ſui vtilitatem poteſt ante citationem aduerſarij pœnitere, & eo non vti, deciſ. 50. num. 4.

Reſcripto à me impetrato non poteſt meus aduerſarius me inuito vti, quando ante citationem de meo aduerſario factam illud obtinuiſſe pœnitui, deciſ. 59. num. 5.

Reſcripta recipiunt declarationem à ſupplicatione partium, deciſ. 73. num. 11.

RESERVATIONES in ſententia fieri permittuntur, quando per illas non impeditur exequutio, ſed illis non obſtantibus deciditur totum negocium, deciſione 23. num. 44.

RES IVDICATA debet exequutioni mandari, deciſ. 38. num. 2.

Rem iudicatam parum eſſet habere niſi exequutioni demandaretur, deciſ. 37. num. 3.

Res iudicata quando obſtet. Require exceptio rei iudicatæ.

Res iudicata vbi adeſt, nihil aliud ſupereſt niſi, quod exequutioni demandetur, deciſ. 2. num. 1.

Res iudicata, obſtat vbi, de aliqua re fuit cognitum, & terminatum per ſententiam rotalem, deciſione 3. num. 18.

Res iudicata parit exceptionem litis finitæ, deciſione 3. numero 19.

Res iudicata etiam non exequuta facit ius inter partes, & transfert in Victorem Dominium, vel quaſi, deciſione 4. num. 31.

Res iudicata vbi adeſt non poteſt amplius de negotio deciſo cognoſci, deciſ. 72. num. 1.

Res iudicata vt habeat vim rei Iudicatæ, quæ requirantur, deciſ. 73. num. 10.

Rei iudicatæ appellatione venit ſententia ipſa, & cauſa per ſententiam iudicis terminata, deciſ. 73. num. 12. Intellige verum impropriè, ſecùs propriè, deciſ. 73. num. 13.

RESTITVTIO in integrum contra ſententiam, quæ tranſitum fecit in iudicatum non poteſt peti à minore in iudicio inſoluti, ſed debet peti in alio Iudicio ordinario, deciſ. 49. num. 7.

Require Minor.

Reſtitutio in integrum non conceditur minori aduerſus ſententiam, niſi probet ex ea fuiſſe læſum, deciſione 49. num. 8.

Reſtitutio vbi eſt facienda de neceſſitate vxor poteſt liberare maritum abſque ſolemnitatibus Statutarijs, deciſ. 16. num. 11.

Intellige verum quando maritus ſolueret ſuæ vxori dotem cum legitimis ſolemnitatibus, quia tunc vxor tenetur & cogitur ei facere quietantiam, Cæterum ſi ſolutio eſſet facta mulieri nulliter, & contra formam Statuti, deciſ. 16. num. 12.

Reſtitutio in integrum, an & quando concedatur minori habenti Tutorem. Vide in verbo Minor.

RETENTIO datur vxori mortuo viro ſuper eius bonis pro dote conſequenda, nec non pro fructibus, arredio, & quolibet augumento, deciſ. 8. num. 3.

Require Vxor.

REVS auditur etiam ſuper exceptionibus contrarijs, deciſ. 31. num. 3.

Reus criminis quis non poteſt dici ante condemnationem & bannum, deciſ. 9. num. 32.

Reus quis non dicitur ſtatim, quod accuſatur, ſed quando conuincitur, deciſ. 9. num. 33. Intellige verum, quando non adeſſet certitudo delicti, ſed tantum præſumptio, & indicia, deciſ. 9. num. 34.

Reus criminis, & probannito habetur quis ad effectum, vt non poſſit excludere à ſucceſſione ſorores, quando quis de tempore delatæ hæreditatis commiſerat aliquod crimen, per quod veniebat bannendus, licèt de eo tempore non eſſet declaratus bannitus, deciſione 9. numero 37.

Reorum ſemper eſt fugere, deciſ. 15. num. 13.

RIPA in l. ita ſtipulatus, num. 64. in 3. membro, ff. de verborum obligat. declaratur, deciſ. 51. num. 104. & latè ſupra à num. 78. cum pluribus ſequentibus.

ROTA ROMANA ſæpè diſcuſſo negotio recedit ab eo, quod alias in aliqua deciſione incidenter, & perfunctoriè dixit, deciſ. 10. num. 37.

Rota Romana in ſuis deciſionibus ſæpè ſæpius ſententiam in melius mutauit, deciſ. 10. num. 38.

Rota Romanæ authoritas præfertur authoritati aliarum Rotarum, deciſ. 10. num. 10.

INDEX.

SALVIANVM. Extrema Saluiani quæ ſint, deciſ. 28, num. 4.
Saluianum ſine hypotheca ſubſiſtere non poteſt, deciſ. 74. num, 1,
SATISFACTVS præſumitur qui ceſſauit per ſpatium 20. annorum inter abſentes prætendere ſuum creditum vbi debitor iurat ſoluiſſe ex diſpoſitione ſtatuti Lucen. deciſ. 52. num. 2,
SCIENTIA Principis non poteſt argui ex exhibitione inſtrumenti facti in manibus Cancellarij Principis, deciſ, 18. num. 8. Contrarium tamen num. 9. & 12.
Scientia latæ ſententiæ præſumitur in Procuratore, qui die latæ ſententiæ in Iudicio comparuit, deciſ. 58. num. 2.
Scientia in principali præſumitur eorum, quæ geſſit procurator, Vide Principalis.
SCRIPTVRA priuata recognita habet vim publici inſtrumenti, deciſ. 24. num. 29.
Scriptura priuata habetur pro publica ſi non fuit contra eam aliquid in termino ad opponendum oppoſitum, deciſ. 3. num. 4.
SEMPER, perpetuò, & continuò ſunt dictiones aptæ ad inducendum abſolutum, & perpetuum fideicommiſſum, deciſ. 76, num. 124.
SENTENTIA lata ex pluribus cauſis ſufficit ſuſtineri ex vna, quæ vera ſit, deciſ. 10, num, 36.
Sententia lata extra terminum inſtantiæ eſt nulla, deciſ. 45, num. 4.
Sententia iuſta eſt confirmanda, deciſ. 40. num. 2.
Sententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij operatur, quod Actoris iura non pereant, & quod poſſit Actor iterum de iuribus ſuis experiri, deciſ. 14, num. 17.
Sententia non poteſt dici lata extra petita quando illud, ſuper quo fuit pronunciatum acceſſoriè, & virtualiter ex natura actionis, vel alias comprehendebatur, & petitioni ſuberat ex quo tacitè inerat, deciſ. 17. num. 23. Maximè vbi agitur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, deciſ. 17. num. 24.
Sententia lata perempta inſtantia eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, deciſ. 27. num. 2.
Sententia dicitur iuſtificata ex probationibus factis per illum, qui illam obtinuit, & ex renunciatione facta litis per partem, deciſ. 63. num. 1.
Sententia à qua non fuit appellatum tranſit in iudicatum, deciſ. 4. num. 1. & deciſ. 49. num. 1.
Sententia ſemper præſumitur iuſta, & data ex ea cauſa ex qua dari potuit de iure, deciſ. 49. num, 12.
Sententia lata poſt peremptam inſtantiam non meretur exequutionem, deciſ. 27, num, 1.
Sententia lata perempta inſtantia eſt nulla ex defectu iuriſdictionis etiam nulla facta oppoſitione peremptionis inſtantiæ, deciſ. 27. num. 3.
A Sententia, quæ diffinit totum negotium, & non expectat aliam ſententiam non datur recurſus, ſed appellatio, deciſ. 43. num. 2.
Sententia, quæ diffinit totum negocium non dicitur ſimplex interloquutoria, ſed diffinitiua, deciſ. 43, num. 1.
Sententia Rotalis facit rem iudicatam, deciſione 39. numero 1.
Sententia lata ſuper exceptione rei iudicatæ per proceſſum ad vlteriora videtur tacitè reuocata, deciſione 4. numero 2.
Sententia non poteſt declarari nulla in deciſione, ſi de illius nullitate non ſit facta mentio in ſententia, deciſione 4. num. 4.
Poſſunt iſta ſimul ſtare quod ſententia ſit valida, & nihilominus ſit procedendum ad vlteriora, ex quo ſententia non fuit intimata, & ſic ſententia non fecit tranſitum in iudicatum, deciſ. 4. num. 11.
Sententia caducitatis nullum poteſt habere effectum vbi illius exequutio non fuit petita, nec exequibilis fuit pronunciata, deciſ. 4. num. 30.
Sententia nulla poteſt confirmari ſi ceſſet in ſecunda prior cauſa nullitatis, deciſione 12. num. 3.
Sententia nulla ex defectu citationis poteſt confirmari, & reformari per Iudicem appellationis ſiue nullitatis, quando conſtat de bono iure in meritis, deciſ. 12. num. 6.
Maximè vbi pars non ſciret aliud allegare niſi, quod non fuit citata, nec deduceret aliquod releuans, quod dixiſſet, vel propoſuiſſet, ſi citata fuiſſet, deciſione 12. num. 7.
Sententia, & votum, ſeu conſilium ſapientis inſimul commiſcentur, quando ſententia fertur de voto, & conſilio ſapientis, adeò vt ſi ſententia ſit nulla, ſit etiam nullum Conſilium ſapientis, virtute cuius fuit lata ſententia, deciſ. 24, num. 7.
Sententia vbi eſt lata contra duos, quorum alter erat viuus, & alter mortuus, valet contra viuum, etiam ſi ſententia contra mortuum lata ſit nulla, deciſione 24. numero 15.
Sententia reſpectu perſonarum dicitur diuidua, ita, & taliter, vt quoad vnam perſonam poſſit eſſe valida, quo verò ad aliam inualida, deciſ. 24 num. 16.
Sententia lata contra patrem non afficit filium, niſi ſit hæres patris, deciſ. 24. num, 24.
Sententia lata contra mortuum eſt ipſo iure nulla, deciſ. 24. num. 1.
Sententia nulla non poteſt parte opponente confirmari; etiam ſi in meritis ſit iuſta, deciſ. 24. num. 2.
Sententia nulla poteſt confirmari ſi in meritis reperiatur iuſta, quando non eſt notoriè nulla, deciſione 24. numero 3.
Sententia in dubio eſt confirmanda, deciſione 24. numero 5.
Sententia quando eſt lata de conſilio ſapientis, eſt valdè dubium an debeat attendi tempus Conſilij, vel ſententiæ, deciſ. 24. num. 6.
Sententiæ tres conformes faciunt rem iudicatam, deciſ. 59. num. 1.
Sententia debet ferri, ſuper omnibus, quæ fuerunt in controuerſiam deducta, & non ſuper parte, alias eſt nulla, tam ex diſpoſitione iuris communis, quam ex diſpoſitione ſtatuti Lucen. deciſ. 59. num. 4.
Sententiæ nullæ non poſſunt exequi, deciſ. 59. num. 5.
Sententia ideo ſuper parte ferri non valet, ne ſi deinde ſuper altera parte nouum iudicium inſtituatur, poſſit in dubium reuocari id, quod iam fuiſſet per ſententiam terminatum, & vna & eadem res diuerſo iure cenſeretur; non apparente aliqua diuerſitatis cauſa inter partem, cuius reſpectu emanauit condemnatio, & aliam partem omiſſam, Ceſſante autem dicta ratione ceſſat diſpoſitio dictæ regulæ. & Ratio prædicta ceſſat vbi pars rei, de qua in ſententia, nihil dictum eſſet, haberet ſuam cauſam diſtinctam & ſeparatam, quia ſtante diuerſitate cauſæ non eſt inconueniens quod vna, & eadem res diuerſo iure cenſeatur, deciſ. 59, num, 11, 12. & 13.

Regu-

egula quod ſententia ſuper parte furni non valet, non procedit quoties Reus conuentus reſpectu partis rei petitæ oppoſuit aliquam exceptionem peremptoriam, deciſ. 59. num. 14.

Sententia iniuſta, & iniqua præſumitur, & retractanda venit ſine alio, quando per appellatum nihil fuit deductum aut probatum pro iuſtificatione ſuæ ſententiæ, deciſ. 69. num. 4.

Sententia plures ſimpliciter condemnans non dicitur inſolidum, ſed pro virili condemnare, deciſione 64. numero 13.

Sententia lata contra mortuum, vt valeat ſufficit quod ante mortem ſit concluſum in cauſa, & cauſa ad conſulendum transmiſſa, & conſilium datum, & firmatum, licèt non apertum, deciſ. 24. num. 9.

Sententia lata contra mortuum vt valeat, ſufficit quod actus ſit rectè geſtus cum viuo, vſque ad ſententiam excluſiuè, deciſ. 24. num. 10.

Sententia lata contra mortuum multò magis valere debet vbi ante mortem iam datum eſſet conſilium, & nihil aliud ſupereſſet niſi illius publicatio, deciſ. 24. num. 12.

Sententia in meritis iuſta debet confirmari, quando nullitates ſunt turbidæ, deciſ. 24. num. 28.

Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis nunquam tranſit in iudicatum etiam poſt tres conformes, & etiam ſi Statutum diſponat, quod de nullitate nullo modo dici poſſit, & præfigat tempus ad illam allegandam, deciſ. 58. num. 4. & 5. Contrarium tamen num. 6. & 7.

Sententia non poteſt dici nulla, quando Iudex noluit adhibere fidem teſtibus, licèt ex hoc poſſit dici notoriè iniqua, deciſ. 23. num. 39.

Sententia notoriè iniqua, eſt nulla cenſeri debeat, requiritur, quod Arbiter, ſiue Iudex in prolatione ſententiæ expreſſè, ac per modum cauſæ ſe referat ad acta, in actis laudum, ſeu ſententiam fundando, deciſione 23. numero 41.

Sententia lata ſine probationibus, vel quando apparet iniqua ex actis, ſi ad acta ſe non referat, non dicitur notoriè iniuſta ita vt ſit nulla, deciſione 23. numero 42.

Sententia ad hoc, vt notoriè dici poſſit iniuſta, iniuſtitia debet eſſe adeo patens vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, deciſ. 23. num. 43.

Sententia lata extra horam, & locum iuridicum, & partibus abſentibus eſt nulla, deciſ. 31. num. 6.

Sententia lata ante decretam copiam actorum eſt nulla, deciſ. 36. num. 3.

Sententia, à qua non appellatur facit tranſitum in iudicatum, deciſ. 37. num. 1.

Sententia, quæ fecit tranſitum in iudicatum debet exequi, deciſ. 37. num. 2.

Sententia lata ſuper proceſſu nullo non poteſt exequi, deciſ. 37. num. 4.

SEQVENTIA declarant præcedentia, deciſione 51. num. 19.

Sequentia declarantur per præcedentia, deciſione 4. numero 17.

SEQVESTRVM iure Dominij. Qui vult obtinere in ſequeſtro iure Dominij debet probare bona ſequeſtrata ad ſe ſpectare, & pertinere, & identitatem bonorum, deciſ. 69. num. 1.

SINGVLA quæ non proſunt ſimul tamen iuncta faciunt probationem, deciſ. 19. num. 6.

Singula quæ non proſunt multa collecta iuuant, deciſione 19. num. 6.

SOCIVS non poteſt obtinere exequutionem perſonalem contra ſocium, deciſ. 10. num. 14. Intellige verum circa ea, quæ reſpiciunt intereſſe commune ſocietatis, nam quoad ea quæ non reſpiciunt intereſſe commune Societatis ſocius poteſt obtinere exequutionem perſonalem contra ſocium, deciſ. 10. num. 19.

SOLVTIO facta coniunctæ perſonæ, vt puta filio pro patre, patri pro filio, marito pro vxore, & vxori pro marito regulariter non liberat ſoluentem, deciſione 17. num. 4.

Solutio non præſumitur niſi probetur, deciſione 4. numero 42.

Solutio à communiter accidentibus ſolet fieri à principali debitore, & non à fideiuſſore, deciſ. 52. num. 6.

Solutio præſumitur facta, vbi inſtrumentum reperitur cancellatum, deciſ. 52. num. 8.

Soluta vbi eſſet dos non ſolum inſtrumentum reperiretur cancellatum, ſed quod magis eſt dos fuiſſet conſtituta, ſciretur que de illius conſtitutione, & factum eſſet mulieri, vt moris eſt inſtrumentum pro reſtitutione, deciſ. 52. num. 8.

Solutionis præſumptio deſumpta ex diuturnitate temporis eluditur, quando ex coniecturis apparet non conſtare de ſolutione, deciſ. 52. num. 9.

Solutio dicitur probata ex diſpoſitione Statuti Lucen. vbi poſt lapſum decennium inter præſentes, & viginti inter abſentes debitor iurat ſoluiſſe debitum, niſi pro parte creditoris doceatur de aliqua interruptione, vel cauſa propter quam præſcriptio decennalis vel vicennalis in caſu ſuo non ſit decurſa deciſ. 68. num. 1.

Statutum Lucen. loquens de præſcriptione, procedit abſque difficultate concurrentibus aliquibus coniecturis circa ſolutionem, deciſ. 68. num. 3.

Solutio poteſt præſumi inter illos, inter quos fuit cauſa faciendi ſæpè computa prout accidit inter Dominum, & Colonum ſtante diuturnitate temporis, deciſione 68. num. 5.

Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio, deciſ. 74. num. 11.

Statutum Lucen. mandans probari ſolutionem per iuramentum debitoris poſt lapſum decennij inter præſentes, & vicennij inter abſentes procedit in debitoribus principalibus, non autem in eorum fideiuſſoribus, deciſione 52. num. 3.

SORORES de iure communi ſuccedunt eorum fratri ſimul cum eorum fratre ſuperſtite, deciſione 14. numero 4.

SPATIVM quinque dierum non poteſt dici breue ad effectum, vt arbiter poſſit dici inſtructus de cauſa, maximè ſi ſit peritus, & legalis, deciſ. 23. num. 34.

SPECIALIS prouiſio præfertur generali, deciſ. 58. num. 8.

SPOLIATVS à parte in primis, & ante omnia eſt reſtituendus, deciſ. 67. num. 16.

SPVRIVS ex diſpoſitione Statuti Lucen. conſequitur medietatem hæreditatis, vbi non adſunt filij legitimi, nec maſculi, nec fœminæ, deciſ. 26. num. 1. & 5.

STATVS præſens eſt attendendus, deciſione 51. numero 107.

STATVTVM Lucen. loquens de bannitis non reſtringitur ad bannitos in pecunia, ſed ſolum poteſt prætendi,

quod

Digitized by Google

quod non referatur ad bannitos in pecunia à librit 50. infr.ì deciſione 9. num. 14. Imò comprehendit non ſolum bannitos in pecunia, ſed & quoſcunque alios bannitos, deciſ.9. num.17.

Statuta debent ita interpretari, vt non contineant abſurdum, & irrationabile intellectum, deciſ.9. num.15.

Statutum vnum ab alio interpretatur, deciſione 9. numero 16.

Statutum loquens de bannitis comprehendit etiam illos, qui ſunt de proximo banniendi, quia talis extenſio tendit ad fauorem Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, deciſ.9. num.27.

Statuta non debent eſſe ſuperflua, deciſione 10. numero 8.

Statuti determinatio vbi adeſt vlterius inquiri non debet, deciſ.44. num.2.

Statuti caſus vbi adeſt inanis dicitur diſputatio, deciſ.28. num.11.

Statutum loquens de vxore, non extenditur ad ſororem, deciſ.13. num.6.

In Statutis non fit extenſio de perſona, ad perſonam, etiam ex identitate rationis, deciſ.13. num.7.

Statutum vbi mandat aliquid fieri, ſemper intelligitur ſi ſit petitum, deciſ.13. num.11.

Statutum loquens de contractu non habet locum in diſtractu, deciſ.16. num.30.

Statuta vbi procedunt per regulas, & fallentias omnes aliæ exceptiones & limitationes cenſentur excluſæ, deciſ.16. num.10.

Statutum diſponens quod legata poſſint peti hæreditate non adita, ſi loquatur per verba generalia, & comprehendat omnes cauſas, & perſonas dicitur noluiſſe obligare hæredes, vt hæredes, ſed vt cõmiſſarios bonis datos, qui debeant voluntatem Teſtatoris exequutioni mittere, ſine ſui tamen præiudicio, & de bonis Teſtatoris, deciſ.17. num.22.

Statutum Lucen. 109. & 110. tradens modum, & formam petendi exequutionem ſententiæ, loquitur in caſibus in quibus petitio exequutionis eſt neceſſaria, deciſ.4. nu.33.

Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi, & ſecundum illud ſunt intelligenda, deciſ.9. num.10.

Etiam ſi ſit contrarium iuris communis, ibid. num.11.

Statutum Lucen. priuans bannitos priuilegijs iurium municipalium non loquitur de bannitis in pœnam exilij temporalis, ſed tantum de bannitis in pœnam pecuniariam, deciſ.9. num.12.

Sed quod dictum ſtatutum loquatur generaliter de omnibus bannitis pro maleficio, deciſ.9. num.13.

Statutum diſponens illud idem, quod de iure communi diſpoſitione reperitur, ita debet intelligi, vt ab ipſo iure communi recipiat interpretationem paſſiuam, & omnes illas limitationes, & declarationes, quibus prædicta regula in terminis iuris communis reſtringitur, & limitatur, deciſ.59. num.6. & deciſ.108. nu.28.

Statutum dicitur ſuperfluum ſi non habet aliquid operari vltra ius commune, deciſ.59. num.7.

Statutum ſatis dicitur aliquid operari vltra ius commune, vbi Iudici contrauenienti imponit pœnam, deciſione 59. num.8.

Statutum quando nihil addit vltra ius commune adhuc ex ſola conſideratione ſuperfluitatis non poteſt inferri ad correctionem iuris communis, quo ad limitationes, quæ dantur ad regulam ſtatuti, quæ ſit conformis cum diſpoſitione iuris communis, ſed pœnis dicendum eſt huiuſmodi ſtatutum in hac parte fuerit editum ad iuris communis confirmationem, & maiorem corroborationem, ſeu adhoc vt illius diſpoſitio magis innoteſcat, & nulla dubitationi ſubiaceat, imò cuilibet contrariæ conſuetudini forſitan inductæ præualeat, deciſ.59. num.9.

Statutum ſuperfluum non dicitur ſi aliquid operetur in eius principali diſpoſitione, licèt in aliqua ipſius parte nihil operetur, deciſ.59. num.10.

Statuti verba vbi ſunt clara non eſt vlterius quærendum, deciſ.54. num.15.

Statutum mandans nomen Tutoris durare, vſque ad annum 18. hoc non facit ad effectum, vt minor iudicari debeat pupillus vſque ad annum 18. ſed ſolum, & dumtaxat vt nulla differentia inter Tutorem, & Curatorem conſtituatur ſit ſic tale ſtatutum facit ſolum differentiam verbalem inter nomen Tutoris, & Curatoris cum vnum cum altero confundat, non autem effectum, deciſione 26. numero 26.

Statutum Lucen. 61. lib. 1. mandans probari ſolutionem per iuramentum debitoris, vbi eſſet lapſum decennium inter præſentes, & vicennium inter abſentes procedit in debitoribus principalibus, non autem in eorum fideiuſſoribus, deciſ.52. num.3.

Statutum Lucen. 61. lib. 1. non habet locum, niſi quando ſumus in dubio an debitum ſit ſolutum, deciſione 52. numero 7.

Statuta de præſcriptionibus non vindicant ſibi locum in dote viuente marito, deciſ.52. num.10.

Etiam ſi dos ſit promiſſa, deciſ.52. num.11.

Statutum Lucenſem 61. lib. 1. loquens de præſcriptione procedit abſque difficultate ſtantibus coniecturis circa ſolutionem, deciſ.68. num.3.

Statuti verba debent intelligi in proprio ſignificatu, deciſ.68. num.16.

Statutum Lucenſe 61. l. 1. licèt loquatur de exceptione præſcriptionis decem vel viginti annorum, tamen non inducit præſcriptionem, ſed nouum modum probandi ſolutionem, deciſ.68. num.17.

Statutum Lucenſe 39. lib. 3. reſeruat ius probandi de iuſtiori æſtimatione, deciſ.29. num.6.

Statutum Lucenſe cap. 17. lib. 4. in ver. cæterum vt ſit locus neceſſe eſt, quod conſtet de dolo, vel ſaltem de lata culpa ingredientis poſſeſſionem alienam ſine licentia, deciſ.67. num.36.

Statutum de ſoluenda datia eſt odioſum, deciſione 60. numero 11.

Statutum de ſoluenda datia pro ſumma certa procedit quando ſimpliciter ſumma certa petitur, non autem quando bona pro ea aſſignari petitur, deciſ.60. num.10.

Statutum vbi requirit publicum inſtrumentum, ſi de conuentione non conſtet per publicum inſtrumentum nulla ex tali conuentione dicitur orta obligatio, deciſione 51. num.1.

Statutum Gabellæ Lucen. annullat contractus factos aliter, quam per publicum inſtrumentum, deciſione 51. numero 9.

Statutum Gabellæ Lucen. loquitur de illis venditionibus, de quibus tempore earum celebrationum poteſt ſolui Gabella, & vt perfectæ ſuum ſtatim ſortiuntur effectum, deciſ.51. num.12.

Statutum Gabellæ Lucen. requirens quod venditiones, & alienationes fiant per inſtrumentum publicum non procedit

Digitized by Google

INDEX.

cedit in venditionibus & alienationibus factis pro pretio taxando, & ſic in venditionibus, & alienationibus factis pro pretio taxando, & ſic in venditionibus, & contractibus conditionalibus, deciſ. 51. num. 16.

Statuti vna pars aliam non declarat in diuerſis diſpoſitionibus, deciſ. 51. num. 17.

Et declara vt num. 18. 20. & 21.

Statuti vna pars declarat alteram partem ab ea ſeparatam, deciſ. 51. num. 21.

Statutum vnum ab altero omninò ſeparatum interpretationem recipit, deciſ. 51. num. 22.

Statutum Gabellæ Lucenſe, licèt ex multis rationibus potuerit moueri ad ordinandum, quod contractus venditionum & alienationum fierent per publicum inſtrumentum, tamen finalis ratio fuit illa vt gabellæ facilius & citius exigi poſſit, deciſ. 51. num. 25.

Statutum quod contractus non valeat niſi fuerit celebratus per publicum inſtrumentum non habet locum, quando vigore ſcripturæ priuatæ agitur ad hoc, vt iuxta conuenta in exequutionem eiuſdem ſtatuti de contractu fuit inſtrumentum, deciſ. 51. num. 36.

Maximè ſi ab initio, & in limine contractus actum fuiſſet quod publicum conficeretur inſtrumentum, deciſione 51. num. 37.

Statutum vbi duo requirit, non ſufficit alterum interuenire, deciſione 51. num. 38.

Statutum requirens quod contractus omnes denuncientur officiali Gabellæ, cum comminatione, quod alias contractus ſint nulli, non annullat contractus, pro quibus tempore illius celebrationis non poteſt ſolui Gabella, ſed ſtat eſt denunciationem fieri eo tempore, quo Gabella eſt ſoluenda, deciſ. 51. num. 39.

Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus, deciſ. 27. num. 13.

Statutum ſemper intelligitur procedere, in caſu vero, & non in caſu ficto, deciſ. 27. num. 14.

Statutum Lucen. 69. l. 1. diſponens, quod de inſtanti adetrabatur tempus per quod pars fuit contumax in reſpondendo poſitionibus procedit quando non fuit reſponſum ſecus ſi illis fuit reſponſum, ſed minus legitimè, deciſione 27. num. 12.

Statutum reſeruans aliquas tantum exceptiones cenſetur excludere omnes aliàs exceptiones etiam habentes maiorem rationem expreſſis. deciſ. 23. num. 16.

Etiam ſi traheret rem ad iniquum, & contra naturam negocij, deciſ. 23. num. 17.

Statutum Lucenſe 152. lib. 1. dum ſe refert ad cap. 109. & 110. eiuſdem libri primi agentia de exequutione ſententiarum hoc facit reſpectu formæ, modi, ſeu ordinis procedendi in iudicio exequutionis, deciſione 23. num. 21.

Statuta prohibentia appellationem debent ſtrictè intelligi, deciſ. 43. num. 12.

Statutum ſuper conſilio conſultoris procedit in iudicibus qui ſunt intra Ciuitatem, non autem in iudicibus Vicariarum, deciſione 35. num. 6.

Statutum de compellendis communibus ad laborandum terras Ciuium præſupponit Dominium, vel ſaltem poſſeſſionem in Actore, deciſione 37. num. 8.

Statuta plura vbi vigent in eadem materia quaſi contraria modo diſponentia, vnum generale, & alterum ſpeciale, vltimum non tollit primum, ſed generale reſtringitur per ſpeciale. Require in verbo ſpeciale.

Statutum pœnale licèt non debeat extendi, ſed potius reſtringi, tamen ſi extenſio reſpiciat fauorem Reipublicæ debet extendi ſicut extenditur Statutum fauorabile, deciſ. 9. num. 27.

Statuta & Capitula Rotæ recipiunt omnes limitationes, & declarationes, quibus Regula de qua illa loquuntur, in terminis iuris communis reſtringitur, & limitatur, deciſ. 70. num. 28.

STIPVLATIONVM verba ſunt ſtrictè intelligenda, & vt minus obligent, quam fieri poſſit, deciſione 64. num. 14.

SVBSTITVTVS dicitur verè, & propriè hæres, deciſ. 76. num. 85.

Subſtitutionis verba vbi non referuntur ad perſonas, ſed ad bona, vt ſi fuerit dictum decedentibus inſtitutis, bona deueniant ad proximum agnatum inducunt onus reale, & efficiunt quod fideicommiſſum extendatur de perſona ad perſonam, deciſ. 76. num. 115.

Subſtitutio licèt ſit nominatim facta tamen ex coniecturis extenditur de perſona ad perſonam, deciſione 76. numero 116.

Subſtitutio facta ſpurio in caſu, quo decederet in minori ætate, non eſt mera pupillaris neque mera fideicommiſſaria, ſed compendioſa, verbis ſingularibus expreſſa, quia continet duo tempora, videlicet tempus pupillaris ætatis, & tempus pubertatis, deciſ. 26. num. 13.

Subſtitutio compendioſa indicatur vbi continet plura tempora non obſtante, quod ad aliquod certum tempus reſtricta ſit, dummodo tempus reſtrictum pupillarem excedat, deciſ. 26. num. 16.

In Subſtitutione compendioſa continetur vulgaris, deciſ. 26. num. 17.

Doctores loquentes in ſubſtitutione vulgari expreſſa procedunt etiam in compendioſa ſpurio facta, deciſione 26 num. 19.

Subſtitutus in teſtamento fratris, qui inſtituerat turpem perſonam, ſi ſubſtitutus nulla infamiæ macula notari valet, efficitur hæres directus, & conſequenter hoc caſu teſtamentum non rumpitur per querelam fratris, deciſione 26. num. 18.

Subſtitutio vulgaris contenta in compendioſa expirat per aditionem hæreditatis factam per Tutorem, deciſione 26. num. 31.

Subſtitutio vulgaris contenta in compendioſa non expirat per inualidam aditionem hæreditatis, deciſione 26. numero 32.

Subſtitutio vulgaris contenta in compendioſa expirat per aditionem hæreditatis, quando effectualiter adita eſt hæreditas, ita vt verè inſtitutus ſine moleſtia obtineat, ſecus ſi adierit, & non retineat; quia à iure probibeatur, nam tunc non expirat conditio vulgaris ſubſtitutionis, deciſ. 26. num. 33.

In ſubſtitutione compendioſa non poteſt contineri vulgaris collata in tempus, quod præſupponit hæreditatem eſſe hæredi acquiſitam, deciſione 26. num. 34.

Subſtitutio compendioſa non poteſt intelligi facta ſolum poſt emolumentum quæſitum ex illis verbis, Ad quem tota hæreditas peruenire voluit, ſed iſta verba nihil aliud verè, & propriè ſignificant, quam inſtitutionem hæredis, deciſ. 26. num. 35. & 36.

Subſtitutio compendioſa ſicut poſt ſimplicem vniuerſalis hæredis inſtitutionem continet etiam vulgarem, nec locum dumtaxat habet poſt emolumentum quæſitum, ita etiam continet vulgarem, vbi poſt inſtitutionem adiecta ſunt

iſta

iſta verba, ad quem tota hæreditas peruenire voluit, deciſ.26. num.41.

Subſtitutio vulgaris excluditur, vbi Teſtator expreſsè ſubſtituit poſt aditam hæreditatem, deciſione 26. numero 42.

Subſtitutionis compendioſa verba, vbi non demonſtrant expreſsè ſubſtituit poſt aditam hæreditatem, deciſione 26. num.42.

Subſtitutionis compendioſa verba, vbi non demonſtrant expreſsè ſubſtitutionem fuiſſe factam in caſu aditæ hæreditatis tantum, tunc ſemper pro ſubſtitutione vulgari eſt capienda interpretatio, deciſione 26. numero 43.

Subſtitutio facta ſub conditione, quando quis decederet antequam ætatem 16. annorum compleuerit non poteſt extendi ad alium caſum, videlicet, quando quis non eſt mortuus ante ætatem 16. annorum, ſed eſt incapax hæreditatis, deciſ.26. num.44.

Subſtitutio facta ſub conditione voluntaria non extenditur de vno caſu ad alium, deciſ.26 num.45.

Intellige verum in ſubſtitutione fideicommiſſaria contenta in compendioſa, non autem in vulgari in compendioſa comprehenſa, deciſ.26. num.46.

Subſtitutio vulgaris facta in caſu mortis ſine filijs ſecundum receptiſſimam ſententiam extenditur etiam ad caſum, in quo hæres inſtitutus non poteſt adire, vel non vult eſſe hæredem, deciſ.26. num.47.

Subſtitutio facta ſpurio hæredi inſtituto, caſu, quo ſine filijs decedat extenditur etiam ad caſum, in quo eſſet incapax hæreditatis, deciſione 26. num.48.

Subſtitutioni compendioſæ vbi eſt appoſita conditio mortis, abſque filijs, dicta conditio eſt referenda tantummodo ad fideicommiſſariam, in ea comprehenſam, non autem ad vulgarem pariter in ea contentam, imò vulgaris hoc caſu retinet ſuos effectus præter, & abſque eo, quod à tali conditione qualificari poſſit, deciſione 26. numero 50.

Subſtitutio facta alicui hæredi ſcripto in caſu mortis infra certum tempus, abſque conditione ſi ſine liberis verificatur in eo, qui eſt incapax, deciſione 26. numero 51.

Subſtituta quando eſt perſona non turpis turpi perſonæ ceſſat omne legis obiectum, deciſ.26. num.61.

Subſtitutio, quæ non poteſt valere iure directo, ſtante clauſula codicillari valet in vim fideicommiſſi, deciſione 26. num.62.

Subſtitutio vulgaris tranſit in fideicommiſſariam, quando conſtat de voluntate Teſtatoris, deciſione 26. numero 63.

Subſtituti capaces in totum ſuccedunt quando hæredes ſcripti non ſunt capaces, & hoc procedit tam in ſubſtitutione vulgari, quam in ſubſtitutione compendioſa facta perſona turpi hæredi inſtituta, deciſione 26. numero 69.

Subſtitutio vulgaris in compendioſa comprehenſa trahitur ad vniuerſam hæreditatem, prout inſtitutio primi gradus traheretur, quando Teſtator in tertia tantum parte hæreditatis ſuæ aliquem ſubſtituit nulla facta mentione de alijs ſubſtitutis, ac de alijs quotis hæreditatis, deciſ. 26. num.71.

SVCCEDERE non poſſe, & non eſſe in rerum natura, quoad hoc, vt ſubſtituto hæreditas deferatur paria ſunt, deciſ.26. num.52.

Ad ſucceſſionem is admittitur, qui habet qualitatem requiſitam ad ſuccedendum, deciſione 76. numero 1.

Non repugnant iſta, quod quis tanquam proximior ſuccedat alicui, & nihilominus non ſuccedat in aliqua re particulari, ex quo iam fuerit per Teſtatorem alteri tradita, deciſ.14. num.16.

SVCCVMBERE non dicitur renuncians vel cedens liti, deciſ.15. num.3.

SVMMA. Teſtes vbi deponunt de maiori & minori ſumma eligitur Minor ſumma, deciſione 77. numero 6.

TANTVM eſt dictio taxatam, & excludit caſus ſimiles, quando ſunt contra ius commune, & agitur de materia odioſa, deciſione 51. numero 4.

TEMERITAS punitur ſolum expenſarum condemnatione, deciſione 15. num.14.

TEMPVS ad redimendum non dicitur lapſum quando bona fuerunt vendita longè minus iuſto pretio, ſed dicitur factum perpetuum, deciſione 30. numero 3.

Tempus, per quod pars aduerſa fuit contumax in comparendo detrahitur de inſtantia, quando eſt conceſſa tenuta ex diſpoſitione ſtatuti Lucen.36. lib.1. deciſ.27. numero 8.

Tempus per quod pars eſt contumax in reſpondendo poſitionibus detrahitur de inſtantia ex diſpoſitione ſtatuti Lucen.69. lib.1. deciſ.27. num.10.

Tempus pupillaris ætatis quantum duret. Require in verbo Pupillaris ætas.

TERMINVS congruus ad aliquod factum implendum relinquitur arbitrio Iudicis, deciſione 3. numero 1.

Per aſſignationem termini ad opponendum quicquid partes volunt, & poſſunt videtur permiſſa exceptio notoriæ nullitatis & iniuſtitiæ, deciſione 23. numero 20.

TERTIVS Poſſeſſor non poteſt opponere contra actorem de iure emphiteutico tertij, deciſione 7. numero 14.

TESTAMENTVM. Vbi apparet de teſtamento non poteſt de inteſtato ſucceſſiue quæri, ſed qui prætendit ſe hæredem inſtitutum hoc ex facie teſtamenti probare debet, deciſ.14 num.12.

Teſtamentum vbi rumpitur per querelam inofficioſi res reducitur ad cauſam inteſtati, adeo vt rumpantur omnes ſubſtitutionis directæ, dec.26. num.9.

Intellige verum ubi teſtamentum rumperetur per præteritionem liberorum non autem ubi rumperetur per præteritionem fratris, deciſ.26. num.10.

Teſtamentum quæ mediante querela inofficioſi ob inſtitutionem ſpurij irritari prætenditur à furore, ſumit uires à ſubſtituto, qui turpis perſona non exiſtat, deciſione 26. num.20.

TESTATOR. Sicut aliquem hæredem uniuerſalem ſimpliciter inſtituendo, uult totam hæreditatem ad ipſum peruenire ita poteſt hoc poſt inſtitutionem exprimere dicendo hæredem inſtituo talem, ad quem totam meam hæreditatem peruenire uolo, deciſ.26. num.38.

I N D E X.

TESTATVS quis pro parte decedere non poteſt, & pro parte non, deciſ.26. num.65. & 72.

Teſtati pars trahit ſecum partem inteſtati, deciſione 26. numero 73.

TESTES periti plenè probant, deciſione 20. numero 1.

Teſtes examinati non poſſunt de nouo produci ſuper eiſdem articulis, vel de directo contrarijs, & ſufficit quod ſint eadem ſaltem in ſubſtantia, deciſ.32. num.1.

Teſtis vnicus & ſingularis non probat, deciſione 4. num.39.

Teſtes deponentes inuériſimilia redduntur ſuſpecti de falſo, & nihil probant, deciſ.24. num.12.

Teſtes duo plenè probant, deciſ.77. num.1.

Teſtes quando deponunt de maiori & minori ſumma tunc eligitur minor ſumma, deciſ.77. num.6.

Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam ſine citatione partis non probant, deciſ.11. num.3.

Teſtis deponens de credere ſuo non probat, deciſione 7. numero 6.

Teſtes variantes in circumſtantijs probant ſi in ſubſtantia conueniant, deciſ.67. num.38.

Teſtes licèt ſint circa aliqua ſingulares tamen plenè probant illud, in quo ſunt concordes, deciſione 67. numero 39.

Teſtis vnicus plenè probat contra inducentem, deciſ.67. num.41.

Intellige niſi alij teſtes affirmarent contrarium illius, quia tunc ſtatur depoſitioni plurium, & depoſitio illius vnici teſtis præſumitur erronea, deciſ.67. num.42.

Teſtis deponens de auditu a parte non probat, deciſione 70. num.6.

Teſtes quando ſunt plures pro vna parte, quam pro alia tunc ſtatur illis pluribus, maximè ſi reddant bonam rationem eorum depoſitionum, deciſione 55. numero 4. & 6.

THESAVRVS deciſ.119. reprobatur, deciſione 10. num.12.

TVNC & IN DICTVM CASVM ſunt dictiones reſtrictiuæ, deciſ.76. num.117.

Tunc, & in dictum caſum non ſunt verba taxatiua, ſed ſolum demonſtratiua caſus expreſſi, ita vt non excludant caſus ſimiles expreſſis, deciſ.76. num.117.

Tunc, & in dictum caſum non ſunt verba taxatiua, ſed ſolum demonſtratiua caſus expreſſi, ita vt non excludant caſus ſimiles expreſſ, deciſ.76. num.117.

Tunc & in dictum caſum; verba, non impediunt extenſionem, & ampliationem fideicommiſſi, quando ex coniecturis apparet de veriſimili mente Teſtatoris, deciſione 76. num.118.

Tunc, & in dictum caſum, verba, tunc excludunt caſus ſimiles, quando fuit dictum, Tunc, & in dictum caſum tantum ſeu dumtaxat, deciſ.76. num.119.

TVRRES pauciſſimæ reperiuntur in Ciuitate Lucæ ex innumeris, quæ antiquis temporibus aderant, deciſione 76. num.68.

VAlor rei immobilis ex quantitate fructuum probatur, deciſ.29. num.1.

Valor materialis ædificij augetur per augumenta, quæ in illo exercentur, deciſione 29. num.2.

Intellige verum in augumentis certis ſecus in incertis, deciſ. 29. num.3.

VARIETAS teſtium in non ſubſtantialibus non derogat eorum fidei, deciſ.67. num.37.

VENDI non poſſunt bona vili pretio vni ex creditoribus in præiudicium aliorum creditorum, deciſione 74. numero 12.

Venditio facta pro pretio taxando non dicitur pura, ſed conditionalis, deciſ.51. num.14.

Venditionis contractus non requirit ſcripturam, ſed ſolo conſenſu perficitur, deciſ.51. num.55.

Venditio conditionalis, licèt vſque ad purificationem conditionis non videatur perfecta, nihilominus pœnitentiam non admittit, deciſ.51. num.59.

Emptor, & venditor quando poſſunt ex diuerſis cauſis incidere in pœnam ob promiſſa non ſeruata, In pœna ſimpliciter appoſita debet intelligi clauſula ſingula ſingulis congruè referendo, deciſ.51. num.101.

Vendere qui poteſt bona fiſcalia poteſt etiam dare fideiuſſorem euictionis, & apponere omnia alia pacta pœnalia ſecundum morem Regionis, deciſ.65. num.23.

VERBA. Quia voluit bona, ſemper, & continuò conſeruari in familia ſunt apta de per ſe conſtituere perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum, & efficiunt, quod prohibitio ad certas perſonas, & ad certum caſum reſtricta extendatur ad alias perſonas, & ad alios caſus in quibus eadem ratio conſiderari poteſt, deciſione 76. numero 58.

Verba ſunt ſemper in potiori ſignificatu accipienda, deciſ. 15. num.5.

Verba ſunt ſemper naturaliter intelligenda, deciſione 15. num.5.

Verbum ſuccumbere non poteſt extendi ad renunciantem, deciſ.15. num.5.

Verba in pœnalibus debent ſemper propriè interpretari, deciſ.15. num.6.

Verba non poſſit audiri nullo modo ſunt adeo vniuerſalia, vt comprehendant omnem modum, & caſum propter quem poſſit in iudicio proponi nullitas, & ſic quando nullitas etiam excipiendo, & replicando proponeretur, deciſ.18. num.29. & 30.

Verbum quodcunque. Require dictio Quodcunque.

Verba clara tollunt omnem dubitationem, deciſione 54. numero 15.

Verba, ad quem totam hæreditatem peruenire voluit, verè, & propriè nihil aliud importans, quam hæredis inſtitutionem, deciſ.16. num.36.

Verba ſtipulationum ſunt ſtrictè intelligenda, & vt minus obligent, quam fieri poſſit, deciſione 64. num.14.

Verba ſtatuti debent intelligi in proprio ſignificatu, deciſ. 68. num.16.

VERGENTIA ad inopiam probatur ex præſentatione librorum in Curia Mercatorum, & ex longa carceratione, deciſ.28. num.1.

VIDVA prohibetur facere quemcumque contractum abſque ſolemnitatibus ex diſpoſitione ſtatutorum Lucenſium, deciſ.16. num.4. Item obligatos liberare ibidem num.7. Item non poteſt recipere ſolutionet abſque conſenſu propinqui, niſi cauſa mutui, depoſiti, & commodati, deciſ. 16. num.8.

VNA & EADEM RES non poteſt diuerſo iure cenſeri niſi ſtante diuerſitate cauſæ, deciſ.59. n.11. 12 & 13.

VOCATIO ſola facta de aliqua perſona in caſu alienationis non inducit fideicommiſſum in caſum mortis, deciſ. 76. num.133.

VO-

INDEX.

VOCES eorum, quorum non intereſt in iudicijs non audiuntur, deciſ.24. num.27.

VOLVNTAS teſtatoris in fideicommiſſis, & vltimis voluntatibus præcipuè ſpectatur, deciſ.76. num.2.

Voluntas teſtatoris eſt potius ſpectanda, quam verba maximè ſi ſit expreſſa, deciſ.76. num.3. & 4.

Voluntas Teſtatoris non ſolum expreſſa, ſed etiam tacita ex coniecturis colligibilis eſt ſeruanda, deciſione 76. numero 5.

Voluntas Teſtatoris eſt illa, quæ in teſtamentis, & fideicommiſſis totum facit, deciſ.76. num.7.

Voluntas Teſtatoris eſt illa, quæ facit quod ſcriptum in teſtamento valeat, deciſ.76. num.8.

VSQVE IN TERTIAM GENERATIONEM, Iſta clauſula ſi ſit appoſita in inueſtitura non inducit ius accreſcendi, deciſ.66. num.6.

VSVFRVCTV integro mulieri relicto ſi adſunt extranei intelligitur deducto vſufructu pro quarta Trebellianica, ſi verò adſunt filij intelligitur deducta legitima, deciſ.13. num.19.

Vſusfructus recipit ſeparationem à proprietate, deciſ.62. n.5.

Vſusfructus dotis maternæ, eſt reſeruatus patri tantum, & non ſuis creditoribus ex diſpoſitione Statuti Lucen. deciſ. 57. num. 1.

VTILITAS nulla conſiderari poteſt, vbi aliquid ſoluitur abſque aliqua recompenſatione, deciſione 51. numero 105.

Vtilitas publica expoſtulat facultates ſuas ſingulis agnationibus conſeruari, deciſ.76. num.185.

VVLGARIS SVBSTITVTIO, Require ſubſtitutio Vulgaris.

VXOR, vbi per mortem viri eſt factus locus reſtitutioni dotis cenſetur, mutaſſe ſibi cauſam ſuæ poſſeſſionis, & quod vbi prius poſſidebat bona mariti iure familiaritatis, cenſeatur illa cœpiſſe poſſidere nomine proprio, abſque declaratione, deciſ.8. num.4.

Vxori datur retentio, ſuper bonis viri illo mortuo pro eius dote conſequenda, deciſ.8. numero 2. etiam pro fructibus ibidem num.3.

Vxor non poteſt retinere omnia bona Mariti pro eius dote, ſed tantum pro rata, & quantitate crediti dotalis, deciſ. 60. num.6.

FINIS.

DECISIONES CIVILES ROTÆ LVCENSIS.

AVTHORE OCTAVIANO ZVCCARO I. V. D. VRBINATENSE EIVSDEM ROTÆ AVDITORE.

De Anno 1617.

IN CAVSA HÆREDVM D. OCTAVII PARDI, ET D. Zaccariæ Vanni cum D. Barbara Simuccura, & D. Cæſare eius viro.

ARGVMENTVM.

Mulier an poſſit adire hæreditatem abſque conſenſu propinqui?

SVMMARIVM.

Filius non præſumitur hæres patris, num. 1. Maximè ſi neget ſe eſſe hæredem patris, num. 2.

Mulier non poteſt ex diſpoſitione ſtatuti Lucẽſis adire hæreditatem abſque conſenſu propinqui, num. 3.

Mulier non ſufficit quod agat vti hæres, ſed debet docere adiuiſſe hæreditatem, num. 4.

Iudicium motum à perſona, cui non competit actio dicitur nullum, num. 5.

Ius ſuperueniens poſt concluſum in cauſa, licet de præterito non conualidat Iudicium nullum, num. 6.

Ius ſuperuenire poſt ſententiam, & poſt concluſum in cauſa paria ſunt, num. 7.

Aditio hæreditatis vt dicatur de actis, requiritur quod pars habuerit copiam illius cum termino ad opponendum, num. 8.

Agens ad fructus decurſos debet probare illum contrà quem agit poſſediſſe bona per totum tempus, pro quo agit ad dictos fructus, num. 9.

DECISIO PRIMA.

Dominus illuminatio mea & ſalus.

RESPONSVM vnanimi voto fuit bene fuiſſe iudicatum per D. Iudicem à quo ad fauorem hæredum q. D. Octauij Pardi, & D. Zaccariæ Vanni, dum illos abſoluit ab obſeruatione Iudicij, & male recurſum per D. Barbaram Simuccuram, & D. Cœſarem eius virum, ex
infraſcriptis. Nam quod attinet ad hæredes q.
D. Octauij res eſt clara, quod rectè fuerunt ab-
ſoluti ab obſeruatione præſentis Iudicij, quia
cum non fuerit probatum ipſos eſſe hæredes di-
cti Octauij, non potuit D. Barbara agere contra
eos, vti illius hæredes, pro fructibus Cenſus, de
1 quibus agitur, cum filius non præſumatur hæres
patris, propter beneficium, quod habet ab hære-
ditate paterna ſe abſtinendi; *Baldus in l. neceſſarijs*
num. 1. ff. de acq. hæred. cum alijs per Romanum in l. ſi
cum dotem §. transgrediamur nu. 11. vbi Imola nu. 26.
in fine ff. sol. matr. m. vbi de comm.

Et prædicta procedunt in caſu noſtro ſine dif-
ficultate ſtantè quod per dictos filios fuerit ex-
2 preſsè negatum ſe eſſe hæredes eius patris, vt poſt
alios, quos allegat *tradit. Menochius de præſumptio-*
nibus lib. 4. præſumpt. 99. num. 4. tomo 2.

Quo verò ad D. Zacchariam pariter diximus bene fuiſſe iudicatum dum fuit abſolutus ab obſeruatione Iudicij ex duobus.

Primò quia D. Barbara egit vti hæres D. Fran-
ciſcæ eius Matris, non obſtante, quod non adiuiſ-
ſet hereditatem, niſi in ipſa die, in qua fuit ſen-
tentiatum per D. Iudicem. Et nihilominus cum
3 ipſa eſſet mulier, quæ non poterat adire abſque
conſenſu Propinqui iuxtà diſpoſitiones ſtatuti
c. 39. *lib.* 2. non ſufficit quod egerit vti hæres, ſed
4 debebat docere ſe adiuiſſe hæreditatem, quod
cum non fecerit reliquum eſt, quod Iudicium fue-
5 rit nullum, tanquam motum à perſona, cui non
competebat talis actio *ad tex. in l. quoties, §. item ſi*
temporali, ff. de adminiſtratione tutelæ cum ſimilibus.

Et licet poſteà adiuerit, tamen cum aditio fue-
rit facta poſt concluſum in cauſa, & in ipſa die
ſententiæ. Iſtud Ius ſuperueniens licet de præte-
6 rito, non conualidauit Iudicium motum, *Bartol.*
in l. ſi mater, §. eamdem num. finali, ff. de except. rei iu-
dicatæ. Imola in l. filius qui patri col. 2. verſic. & ſe-
cundum hoc facit ad quæſtionem, ff. de vulg. & pupill.
Aretin. in l. hæredes quandocunque, verſic. & facit iſte
tex. ff. de acq. hæred. Paul. de Caſtro in l. ſi neceſſarias,

§. qui ante num. 1. ff. de pignoratitia actione, verſ. ad hoc ſemper allegatur. Bart. in l. ſi rem, §. fin. & ibi Apoſtillator ſub littera A, ff. de pignoratitia actione.

7 Et ratio eſt, quia à pari procedunt ius ſuperueniſſe poſt ſententiam & poſt concluſum in cauſa, *Gloſ. in l. tamimmus, C. de adult. Bald. in l. error, C. de iuris & facti ignorantia.*

Quibus accedit quod in dicta aditione nullũ potuit fieri fundamentum, ex eo quia fuit facta & producta in ipſa die ſententiæ, abſque eo, quod pars potuerit habere copiam illius, cum termino ad opponendum, prout requirebatur ad effectum,
8 vt dicta aditio potuiſſet dici do actis, *Marſilius ſing. 81. cum alijs per Aymonem de antiq. temporum par. 1. verſic. quaeritur, num. 6. & 7.*

9 Secundo, & vltimo fuit bene iudicatum ad fauorem dicti Zacchariæ, quia cum D. Barbara ageret pro fructibus decurſis, debebat probaſſe dictum Zachariam poſſediſſe dictam Domum per totum tempus, proque agebat ad dictos fructus contrà ipſum, quod cum ab ea non fuerit factum merito dictus Zaccharias fuit à D. Iudice à quo abſolutus ab obſeruatione Iudicij.

Atque ex his fuit reſponſum pro confirmatione ſententiæ D. Iudicis à quo.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SEBASTIANI FABRI de Onda cum Veneranda D. Iacoba de Naneſijs Dom. Horati o Tucciarellum, & D. Federicum eius filio.

ARGVMENTVM.

Exceptio reſpiciens merita cauſæ, & impugnatiua ſententiæ an poſſit opponi in Iudicio exequutionis, & oppoſita an attendatur?

SVMMARIVM.

Res iudicata vbi adeſt, nihil aliud supereſt, niſi quod ſententia exequutioni demandetur, num. 1.

De obligatione mercantili vbi conſtat per publicum inſtrumentum eſt in facultate actoris agere coram DD. Iudicibus Curiæ Mercatorum, vel coram quocunque alio Iudice competente, num. 2.

Habitator alicuius loci debet conueniri coram Iudice loci vbi habitat, num. 3.

Exceptiones declinatoriæ debent opponi contra primum actum contradictorium, & non in exequutione ſententiæ, num. 4.

Exceptio declinatoria eſt opponenda non ſolum ante litem conteſtatam, ſed etiam ante omnes alias exceptiones, num. 5.

Exceptiones declinatoriæ ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſ. 45. lib. 1. debent opponi infrà tres dies à die primæ comparitionis, alias pars intelligitur in Iudicem conſenſiſſe, num. 6.

Sententia notoriè iniuſta non debet, nec poteſt exequi, num. 7.

Exceptio reſpiciens merita cauſæ & impugnatiua ſententiæ non poteſt opponi in iudicio exequutionis, & oppoſita non attenditur, num. 8.

Oppoſitiones impugnatiuæ ſententiæ, ſi admitterentur in iudicio exequutiuo, tota exequutionum materia deſtrueretur, fruſtraque ſententiæ darentur, & eſſet reuangare Mundum, num. 9.

Exceptiones reſpicientes merita cauſæ & impugnatiuæ ſententiæ non poſſunt opponi in iudicio exequutiuo ſi de illis fuiſſet plenè cognitum, & illæ eſſent reiectæ, num. 10.

Obligatus ad factum vltra intereſſe ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſ. 70. l. 2. debet condemnari etiam in quarta parte pœnæ promiſſæ, num. 11.

Pœna vbi eſt promiſſa cum iuramento debet condemnari ad totam pœnam, & non in quarta parte, numero 12.

Statutum Principis ſæcularis non comprehendit caſum iuratum, num. 13.

In expenſis condemnatur, qui nullam habet cauſam litigandi, num. 14.

DECISIO II.

Dominus illuminatio mea.

BENE iudicatum ad fauorem D. Iacobæ, & aliorum litis conſortium à D. Iudice à quo dum pronunciauit ſentẽtiam latam ad fauorem dictæ D. Iacobæ, & litis conſortium fore & eſſe exequendam, & malè recurſum per D. Sebaſtianum concluſum fuit. Quia cum ſententia lata ad fauorem dictæ D. Iacobæ fuiſſet confirmata à Rota, & ſic feciſſet tranſitum in iu-
1 dicatum ex diſpoſitione *c. 29. Rota poſt principium,* nihil amplius ſupererat niſi quod exequutioni demandaretur *Clem. 1. de exequutione rei iudicatæ cap. quoad conſultationẽ de re iudicata l. finali, C. de tempor. appellat.*

Nec obſtat quod dicta ſententia non poterat pronunciari exequibilis, tamquam nulla ex defectu iuriſdictionis, ex quo fuit lata à Iudice incompetente, cum dicta cauſa, vti mercantilis debuiſſet tractari in Curia mercatorum, vt diſponitur per ſtatutum dictæ Curiæ *lib. 1. cap. 5.* quia quatenus iſta cauſa potuiſſet comprehendi inter expreſſas *in dicto cap. 5. quod tamen negatur.* Adhuc dictum fuit quod ſtante quod de obligatione dicti Seba-
2 ſtiani, qua nitebantur dicti actores, conſtabat per publicum inſtrumentum erat in facultate dictorum DD. Actorum agere vel coram DD. Iudicibus Curiæ Mercatorum, vel coram quocunque alio Iudice competente vt expreſsè diſponitur in eodem ſtatuto in illis verbis.

Dichiariamo ancora che doue dell'obligo, per il quale l'attore ſi fonderà à muouere la cauſa, e lite, che muouer voleſſe delle ſpecificate di ſopra, foſſe, ò ne appariſſe publico inſtrumento, ſia in ſuo arbitrio & ellettione à muouer la cauſa, e fare la lite ſua, ò al detto Tribunale delli Signori Giudici, e Conſuli, ò al Giudice ordinario, ò altro Giudice, che

com-

Digitized by Google

competente foſſe, non oſtante le coſe di ſopra proſſime ſpecificate.

Nec aliquid facit, quod cum dictus Sebaſtianus
3 eſſet habitator Burgi Mozzani debebat conueniri coram D. Vicario dicti Caſtri ex diſpoſitione ſtatuti *lib. 1. cap. 3.* quia quatenus illi cõpetijſſet tale priuilegium, illud in præſenti Iudicio allegare
4 non potuit, cum exceptiones declinatoriæ debent opponi contra primum actum contradictorium, & non in exequutione ſententiæ. *Doctores in c. inter Monaſterium vbi Felin. num. 4. & ſeq. de re iudicata, & Decius latè in c. 1. in 1. lectura num. 174. verſ. eſt tamẽ, de Iudicijs, & ante eos dixit Bartol. in l. fin. de except.*
5 vbi vult declinatoriam eſſe opponendam non ſolum ante litem conteſtatam, ſed etiam ante omnes alias exceptiones, etiam dilatorias, & idem tradit *idem Bartol. in l. eleganter §. ſi quis poſt ff. de condict. indebiti, & in l. quidam conſulebant verſ. quæro quando debeat, de re iudicata, & in l. ſi conuenerit num. 2. verſ. ſi verò alias exceptiones de Iur. ſ. omn. Iudicum, & ibi Albericus num. 3. Caſtren. num. 3. Roman. num. 1. Alex. num. 17 & Decius num. 24. & Aretinus in §. item ſi iudicio num. 9. verſ. vndè quando, qui conuenitur inſtit. de except.* Quod cum dictus Sebaſtianus nõ fecerit, reliquum eſt, quod valide potuerit contra eum procedi, prout factum fuit *Riminaldus Iunior conſ. 61. num. 4. & 41.*
6 Maximè ſtante ſtatuto, de quo in c. 45. lib. 1. vbi expreſſe diſponitur, quod huiuſmodi exceptiones debent opponi infra tres dies à die primæ comparitionis, & quod dicto tempore elapſo pars intelligatur in Iudicem conſenſiſſe, & eius iuriſdictionem protogaſſe.
7 Nec obſtat quod cum dicta ſententia fuerit notoriè iniuſta ex quo non appatet de aliqua dicti Sebaſtiani contrauentione non poterat mandari exequi, quia vltra quod immo de expreſſa contrauentione dicti Sebaſtiani manifeſtè apparet ex deductis, & ponderatis in deciſione facta in præſenti cauſa à Rota præterita, Adhuc conſideratum fuit quod iſta exceptio, tamquam reſpiciens merita cauſæ, & impugnatiua ſententiæ non potuit opponi
8 in præſenti iudicio exequutionis, & oppoſita non attenditur. *per tex. in l. peremptorias, C. ſententiam reſcindi non poſſe, & tradunt Bartolus in l. à Diuo pio num. 7. ff. de re iudicata, & Baldus in l. 1. C. de iuris, & facti ignorantia vbi num. 2.* dicit quod ſi oppoſitio-
9 nes impugnatiuæ ſententiæ admitterentur in Iudicio exequutiuo, tota exequutionum materia deſtrueretur, fruſtraque ſententiæ darentur, & eſſet reuangare Mandum, & ſequitur *Burgnin. deciſ. 10. num. 18. & ſeq. & deciſ. 45. num 64.*

Quæ omnia eo magis procedunt in caſu noſtro,
10 cum iſta exceptio fuerit plene cognita etiã à Rota, & ab illa reiecta, quia ſi tali caſu iterum proponi poſſet daretur proceſſus in infinitum, & tali pacto reuangaretur Mundus, vt poſt allegatos tradunt Doctores *in l. 1. C. de ordine cognit. Roman. conſ. 410. num. 3. Cartarius d. c. 7. num. 11. Borgninus deciſ. 10. num. 18. & dec. 45. num. 63. cum alijs per Lancellotum de atten atis p. 2. c. 17. num. 151. verſ. duod. cimo.* Tandem non obſtat quod dicta ſententia non potuerit pronunciari exequibilis, cum dictus Sebaſtianus non potuerit condemnari in ſumma ſcutorum quingentorum, ſed tãtum debebat condemnari in quarta parte illius ſummæ iuxta formam ſtatuti *lib. 2. c. 70* quia vltra quod dictus Sebaſtianus non poteſt hodie amplius audiri ſuper dicta exceptione tamquam impugnatiua ſententiæ, & de qua à Rota iam fuerat pleniſſimè cognitum ex allegatis. Adhuc ex abundanti dictum fuit, quod dicta ſumma ſcutorum quingentorum non fuit poſita loco pœnæ, prout loquitur allegatum ſtatutum, ſed loco damnorũ, & intereſſe promiſſorum per dictum Sebaſtianum in eius contra-
11 ctu in caſu contrauentionis, Quæ damna, & intereſſe optime poterant peti etiam ſtante dicto ſtatuto 70. *lib. 2.* dum ibi in ver. verum diſponitur, Quod obligatus ad factum vltra intereſſe debet condemnari etiam in quarta parte pœnæ promiſſæ; Vnde ſit quod cum hæc ſumma ſcutorũ quingentorum fuerit pro intereſſe taxata, debebat dictus Sebaſtianus attenta diſpoſitione dicti ſtatuti condemnari, etiam in quarta parte dicti intereſſe, quod cum non fuerit factum ex hoc ſolo datur intelligi quantam cauſam dictus Sebaſtianus habuerit recurrendi à dicta pronuncia.

Additur prædictis, quod quatenus eſſemus in pæna conuentionali, quod expreſsè negatur ex allegatis, Nihilominus dictus Sebaſtianus erat
12 condemnandus in tota pæna, & non in quarta parte illius ſtante quod illa fuerat cum iuramento promiſſa, nam ſtatuta Principis ſæcularis non
13 comprehendunt caſum iuratum, *Afflict. dec. ſ. 5. nu. 2. Peregrin. dec. ſ. 8. num. 3. & ſequitur Illuſtriſſimus Seraphinus in ſua dec. ſ. 746. num. 6.* cum alijs latè deductis per Rotam præteritam in deciſione in hac cauſa facta.

Atque cum ex his clarè appareat dictum Sebaſtianum nullam habuiſſe cauſam recurrendi, fuit
14 etiam in expenſis condemnatus *ad tex. in l. eum, quem temerè, ff. de iudicijs, cum ſimilibus.*

Laus Deo atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SPECTABILIS PETRI *Bocellæ cum ſpectabili Laurentio Cænamo.*

ARGVMENTVM.

Terminus à Iudice aſſignatus an prorogari debeat quando talis aſſignatio reſidet in eius arbitrio?

SVMMARIVM.

Terminus congruus ad aliquod factum implendum remittitur arbitrio Iudicis, num. 1.

Iudex non tenetur prorogare terminum ab eo aſſignatum quando talis aſſignatio reſidet in eius arbitrio, num. 2.

Commiſſa arbitrio Iudicis non ſunt ſubiecta iuris neceſſitati, num. 3.

Ex arbitrio vbi aliquid pendet non poteſt prætendi grauamen, num. 4.

Iudex ſemper præſumitur motus ex iuſta cauſa. num. 5.
Probationes ſunt iudici arbitrariæ. num. 6.
Iudex non poteſt reprehendi ſi noluit fidem adhibere teſtibus, num. 7.
Iudex poteſt adhibere fidem teſtibus ſingularibus ſi ex eis ad credulitatem adducitur, num. 8.
A pœnis arbitrarijs non datur appellatio, numero 9.
Iudex in arbitrijs non tenetur reddere rationem cur ita fecerit, num. 10.
Arbitrium debet regulari à iure, num. 11.
Probationes de iure ſunt ampliandæ, & non coanguſtandæ, num. 12.
Terminus ad ſoluendum eſt redactus ad decem dies vtiles ex diſpoſitione cap. Rotæ Lucenſis, 53. num. 13.
Arbitrium eſt regulandum ſecundum ſubiectam materiam, num. 14.
Arbitrium iudici à lege cōceſſum regulari debet ſecundum legem, num. 16. & 17.
Ratio alia vbi aſſignari non poteſt illa, quæ redditur habetur pro expreſſa, num. 15. & 16.
Vbi de aliqua re fuit cognitum, & terminatum per ſententiam Rotalem obſtat res Iudicata, num. 18.
Res Iudicata parit exceptionem litis finitæ, num. 19.
Capitula impertinentia produci non debent, num. 20.
Capitula impertinentia ſi quis produxit ſibi imputet ſi tempus inutiliter conſumpſit, & ſe nimium arctauit, num. 21.
Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, num. 22.
Damnum quod quis ſua culpa ſentit ſibi, & non alijs imputare debet, num. 23.
In neceſſitate qui ſe poſuit ſibi imputet, num. 24.
Impedimentum affectatum, & culpa impediti cauſatum non excuſat, num. 25.
Impedimentum, quod de facili poteſt remoueri non excuſat, num. 26.
Impedimentum Belli non excuſat, quando potuit impetrari saluus conductus, num. 27.
Impedimentum iuſtum non eſt, ſi teſtes recuſet teſtificari, quia poſſunt cogi à Iudice, num. 28.
Fatalia appellationis licet non currant ei, qui fuit à iudice impeditus, tamen fallit quando quis recurrendo ad ſuperiorem potuiſſet remouere impedimentum, num. 29.
Inſtantia cauſæ, vbi eſt breuis, breues quoque ad illius proportionem debent eſſe dilationes, numero 30.
In expenſis cōdemnatur qui nullam habet iuſtam cauſam recurrendi, num. 31.

DECISIO III.

Dominus Illuminatio mea.

EXiſtimatum fuit bene fuiſſe iudicatum ad fauorem ſpectabilis Laurentij Cæuami per D. Iudicem à quo, dum denegauit ſpectabili Petro Bocellæ prorogationē termini ab eo petitam, & male recurſum pro parte dicti ſpectabilis Petri à dicta pronuncia. Quia cum ex diſpoſitione ſtatuti, *cap. 122. lib. 1.* ſit in arbitrio Iudicis concedere terminum congruum ad aliquod factum implendum, moderandum & temporis qualitate penſata, & D. Iudex in eaſu, & ad effectum de quo agitur arbitratus fuerit terminum decem dierum vtilium fuiſſe ſatis congruum, cum ageretur ſolum de celebratione cuiuſdam inſtrumenti, quod infra dictum terminum rectè celebrari poterat, vt arbitrata fuit etiā Rota præterita, dum dictum terminum decem dierum vtilium conceſſum dicto ſpect. Petro confirmauit, ſi poſtea dictus D. Iudex dictum terminum ei prorogare noluerit, non habuit dictus ſpectabilis Petrus aliquam ſaltem iuſtam cauſam de huiuſmodi denegatione ſe conquerendi, cum Iudex ad dictū
2 terminum ſibi prorogandum nō teneretur ex illis
vulgaris regulis, Quod commiſſa arbitrio Iudicis
3 non ſunt ſubiecta iuris neceſſitati, *l. 1. C. quomodo,*
& quando Iudex l. non quicquid ff. de Iudicijs Gl. in c.
noſſe diſtinct. 76. Corn. conſ. 62. num. 9. l. 4. cum alijs
per Surdum conſ. 405. num. 28. & 29. Et vbi aliquid
pendet ex arbitrio non poteſt pretendi grauamē,
4 nec iudex reprehendi *Paul de Caſtro conſ. 299. num.*
5. l. 2. cum alijs per Aymonem conſ. 78. num. 8. Et me-
5 rito quia Iudex ſemper præſumitur motus ex iuſta
cauſa, vt poſt alios, quos allegat tradit *Menoch. de*
arbitrar. Iudicum caſu 176. num. 5. l. 2.
6 Hinc cum probationes ſint iudici arbitrariæ
Paul. de Caſtro in l. admonendi, num. 39. ver. quod nota
7 *ff. de iureiurando* Iudex non poteſt reprehendi, ſi
noluit fidem adhibere teſtibus clariſſimè de-
ponentibus *Bartol. in l. Lucius in fine ver. tu magis*
ſcire debet ff. de his qui notantur infamia Grammaticus deciſ. 33. num. 46. & ſeq Alba conſ. 99. num. 7. &
9. Menoch. de arbitrarijs caſu 90. num. 5, ver. Iudex
8 *ex cauſa 29.* Prout è contra Iudex poteſt fidem
adhibere teſtib. ſingularibus, ſi ex eis ad creduli-
tatem adducitur *Parıſ. conſ. 57. num. 38. ver. prout*
etiam lib. 1. Aymon. d. conſ. 78. num. 8.
9 Et hinc etiam à pænis arbitrarijs non dari
appellationem, voluerunt Gl. in c. ſtatutum §.
aſſeſſorem, de reſcriptis in *6. Bart. in l. 1. in fine*
ff. de leg. 2. Baldus in l. 2. C. quomodo, & quando iudex
Caſſador. dec. 2. num. 4. Marſil. in l. quæſtionis modum
ff. de quæſtionibus Menoch. de arbitrarijs quæſt. lib. 1.
quæſt. 70. num. 6. verſ. contrarium itaq. Magonius dec.
Lucana 42. num. 2. par. 1. cum alijs per Capollam in
auth. ſed nouo Iure num. 56. C. de ſeruis fugitiuis, vbi
remiſſiuè ponit tercentum caſus, in quibus Iudex
in arbitrarijs tam in ommittendo, quam in
committendo non tenetur reddere rationem, cur
ita fecerit.
10 Nec obſtat quod Arbitrium debet regulari à
iure. *l. fideicommiſſa §. quamquam vbi Gl. in verſ. ar-*
bitrium. ff. de leg. 3. & quod de iure probationes
11 non ſunt coanguſtandæ, ſed ampliandæ *l. curent*
ff. de teſtibus, quia reſpondetur quod cum attenta
diſpoſitione c. Rotæ 53. Terminus quindecim
dierū vtiliū aſſignatus ab eodē ſtatuto ad ſoluēdū
12 reducatur ad decem dies vtiles tantum, & vltra
non poſſit prorogari, vt legitur *iud. c. 53.* ita Do-
minus Iudex, à quo, cum videret decem dies vtiles
per ipſum aſſignatos dicto ſpectabili Petro ad im-
plēdū factū, de quo agebatur, quod, vt dictū fuit,
cōſiſtebat in cōficiēdo vnū inſtrumētū, eſſe ſufficiē-

tes,

13 tes, cum arbitrium ſemper ſit regulandum ſecun-
dum ſubiectam materiam, *Gloſ. in l. eas cauſas, ff. de*
cōdit. & demonſtrat. rectè dictus Dominus Iudex de-
negauit dictam prorogationem petitam à dicto
ſpect. Petro exemplo *a. . Rota 53.* prout hoc pacto,
14 arbitrium Iudici à lege cōceſſum regulādum eſſe
tradit *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 14. per totam.*
Nec obſtare viſum fuit, quod dicebatur dictum
ſpect. Petrum nō potuiſſe intra dictos decem dies
vtiles deducere eius iura, & defenſiones, quia re-
ſpondetur, quod cū etiam in caſu præcepti de ſol-
15 uēdo, terminus quindecim dierum nō poſſit cen-
ſeri aſſignatus ad alium effectum, niſi vt debitor
poſſit deducere eius iura, & defenſiones, vel parare
16 pecuniam, cū alia ratio aſſignari nō poſſit *l. quam-*
uis vbi DD. C. de fideicomm. & nihilominus per cap.
Rotæ fuerit dictus terminus reductus ad decem
17 dies vtiles tantum, & amplius prorogari non poſ-
ſit, Ita D. Iudex à quo prudenter regulauit ſuum
arbitrium in denegando petitam prorogationem
iuxta tradita *per Menochium vbi ſupra in d. q. 14.*
Accedit prædictis, quòd quatenus dictus D. Iu-
dex voluiſſet etiam prorogare dictum terminum,
adhuc nō potuiſſet, ſi quidem cum aliàs fuiſſet per
dictum ſpect. Petrum à dicto præcepto, cùm dila-
tione decem dierum ſibi facto à dicto D. Iudice à
quo, recurſum ad Rotam, ex quo dicta dilatio ſibi
videbatur nimis breuis, & nihilominus Domini
Iudices Rotæ præceptum illud, cū dicta dilatione
confirmauerint, & ſic quoad prætenſam proroga-
tionem eiuſdem dilationis hodiè petitam iam ſa-
18 tis anteà fuiſſet cognitum, certè obſtabat dicto
ſpectabili Petro res iudicata, *Alex. in l. à Diuo pio,*
§. ſi ſuper rebus, ff. de re indicata. Soc. ſen. conſ. 255. nu. 2.
lib. 2. Simon de Pretis conſ. 120. nu. 8. & 9. Surd. conſ.
312. nu. 9. & Peregrin. decis. 115. nu. 9. in fine. Et con-
ſequenter dictus D. Iudex dictam prorogationem
19 amplius concedere non poterat, cum res iudicata
pariat exceptionem litis finitæ, *l. 1. vbi Gloſ. &*
Bart. in ver. maximè, ff. de iureiurando, & conſtituat ius
inter partes l. ingenuum, ff. de ſtatu hominum, cùm alijs
per Rolandum conſ. 83. num. 12. & ſeq. lib. 1.
Nec obſtat, quod dictus ſpectabilis Petrus non
potuerit in dicto termino decem dierum exami-
nare eius teſtes, ſtante oppoſitione facta ad eius
capitula pro parte ſpectabilis Laurentij eius ad-
uerſarij, quia vltra quod ſicut dictus ſpectabilis
Petrus examinauit multos teſtes, ita potuiſſet
alios examinare ſi voluiſſet, Adhuc conſideratum
fuit, quod cum pro parte ſpect. Laurentij non fuiſ-
ſet oppoſitum omnibus eius capitulis, ſed tantum
aliquibus, dictus ſpect. Laurentius nō fuit in cau-
ſa quin dictus ſpectabilis Petrus in dicto termino
non poſſet examinare alios teſtes ſuper capitulis,
ſuper quibus non fuit oppoſitum.
Quod ſi dictus ſpectabilis Petrus intendebat
examinare ſuper illis, ſuper quibus fuit oppoſi-
tum, & ſuper illis non poterat examinare, cum
iam eſſent reiecta.
Imò amplius dictum fuit, quod quando etiam
oppoſitio facta à ſpectabili Laurentio, fuiſſet in
cauſa, vt dictus ſpectabilis Petrus non potuiſſet
eius teſtes examinare, quod omninò negatur in ea
parte, in qua capitulis non fuit oppoſitum de illo-
rum impertinentia, adhuc dictus ſpect. Petrus hoc
ſibi imputare debet, & non ſpectabili Laurentio,
20 cum non debuiſſet producere capitula imperti-
nentia, vt patet ex ſententia Rotali, Vnde cum di-
ctus ſpect. Petrus inutiliter tempus conſumpſerit
vt ſuſtineret capitula impertinentia ſibi imputare
21 debet, ſi ſe nimium arctauit, & nō ſpectabili Lau-
22 rentio, qui de eorum impertinentia oppoſuit, cum
cauſa cauſæ ſit cauſa cauſati, *l. ſ. in l. ſi pecuniam. nu.*
21 ff. de cond. cauſa data. Socin conſ. 156. nu. 19. lib. 2. &
ſic ſpect. Petrus non poteſt doleri niſi de ſe ipſo,
cum ſe nimium arctauerit *cap. cum in veteri vbi Ab-*
bas notat num. 9. in vlt. notabili, de electionibus. Gloſ. in
l. ſecunda, §. ſi quis tamen in verbo arctauerit, ff. ſi quis
caut. Ruginellus de appellationibus, §. 10. gloſ. 1. nu. 31.
& 32. Oddus de reſtitut. in integrum art. 12. nu. 94. cum
alijs per Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 140. nu. 5.
23 Eſt enim ſatis vulgatum. Damnum quod quis
ſua culpa ſentit ſibi ipſi, & nō alteri eſſe imputan-
dum *c. damnum, de reg. iur. in 6 Surd. deciſ. 94. num. 6.*
24 Et ſibi imputet, qui in neceſſitate ſe poſuit, quia
ei non ſuccurritur, *l. ſi fideiuſſor, §. 1. vbi Gloſ. in ver.*
neceſſitatem, ff. qui ſatiſdare cogantur.
25 Impedimentum enim affectatum, & impediti
culpa cauſatum non excuſat *Clem. 2. § illi in fine,*
de pœnis. Felinus latè in cap. fin. de teſtibus. Marſil. in
rubrica, ff. de fideiuſſ. ſcrib. num. 153. & in l. 1. §. cum
quis latrones, num. 7. ff. de quæſtionibus.
26 Maximè cum potuiſſet per dictum ſpectabilem
Petrum remoueri deſiſtendo à productione capi-
tulorum impertinentium, quia impedimentum,
quod de facili remoueri poteſt non excuſat *cap. fi-*
nali, vbi Abbas de elect. Bart. in l. ſed & ſi per Præto-
rem, §. 1. ver. nec ad eos, ff. ex quibus cauſis maiores.
Felin. in c. ex tranſmiſſa de præſcript. Menoch. conſ. 792.
27 *num. 15. Rota deciſ. 315.* licet Guerræ in nouis, vbi
quod Belli impedimentum non excuſat, cum po-
tuiſſet impetrari ſaluus conductus. *Boer. deciſ. 40.*
in fine. Et dixit Signorolus conſil. 19. num. 2. non eſ-
ſe iuſtum impedimentum ſi teſtes recuſaſſent te-
28 ſtificari, quia cogi potuerunt à Iudice, & facit
Boer. in cap. ex ratione col. 5. de appellationibus vbi di-
29 cit, quod & ſi fatalia appellationis nō currant ei,
qui fuit Iudicis culpa impeditus, tamē fallit quan-
do is recurrendo ad ſuperiorem poterat remouere
impedimentum, cum alijs *per Surd. deciſ. 189. n. 31.*
30 Addebatur etiam, quod cum inſtantia huius
cauſæ eſſet breuis, breues quoque ad illius pro-
portionem debebant eſſe dilationes, *Bald. in l. 1.*
in principio, num. 7. C. de tempor. appellat. Iaſon in l.
properandum in princip. num. 17. C. de iudicijs, cum alijs
per Albam conſ. 282. num. 2.
Atque cum ex his clarè appareat dictū ſpecta-
bilem Petrum Bucellam nullam habuiſſe iuſtam
cauſam recurrendi, meritò etiam in expenſis fuit
condemnatus *ad tex. in l. eum quem temerè, ff. de iu-*
dicijs, & in l. properandum, §. ſin autem, C. de iudicijs
cum ſimilibus.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & cognitor.

In cauſa Sergentis Piſcaliæ Galgani, & Gaſparis
Chelotti, cum Pierino Chelotto.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Dominus directi poſt declaratam à ſe caducitatem, & à Iudice confirmatam an teneatur petere exequutionem ſententiæ, ſeu potius poſſit propria auctoritate bonorum emphiteuticorum poſſeſſionem accipere?

SVMMARIVM.

Sententia à qua non appellatur facit tranſitum in indicatum, num. 1.

Sententia lata ſuper exceptione rei Iudicatæ, per proceſſum ad vlteriora videtur tacitè reuocata, num. 2.

Exceptio rei Indicatæ oppoſita in vim dilatoriarum ad impediendum litis ingreſſum non impedit quin eadem exceptio rei indicatæ poſſit opponi in vim peremptoriarum, num. 3.

Sententia non poteſt declarari nulla in deciſione, ſi de illius nullitate non ſit facta mentio in ſententia, nu. 4.

Per deciſionem non poteſt quidquam addi ſententiæ, ſed tantum in deciſione poſſunt, exprimi cauſæ, quibus ad ita iudicandum Iudex motus fuit, num. 5.

Deducta per modum cauſæ ne dũ in deciſione, ſed etiam in ipſa ſentẽtia non pariũt exceptionẽ rei Iudicatæ, nu. 6.

Papa ſi dicat caſſo electionem, quia nihil Iuris habes in electione non per hoc intelligitur ita iudicaſſe ſuper iure, quin alias ſuper dicto iure principaliter agi poſſet, præter & abſque eo quod obſtaret res iudicata, num. 7.

Iudex reijciendo ne dum in deciſione, ſed in ipſa ſententia exceptionem rei iudicatæ in vim dilatoriarum appoſitam, dicendo quia ſententia caducitatis eſt nulla, non facit rem iudicatam ſuper nullitate dictæ ſententiæ, ita & taliter vt iterum de ea ſuper meritis cauſæ cognoſci non poſſit, num. 8.

Exceptio rei indicatæ oppoſita in vim dilatoriarum, ad hoc, vt non poſſit opponi in vim peremptoriarum, requiritur quod de re indicata in vim dilatoriarum oppoſita fuerit plenè cognitum, num. 9.

Plenè cognitum ad hoc vt dicatur in cauſa, ad effectum vt obſtet exceptio rei indicatæ ſuper exceptione dilatoriarum quæ requirantur, num. 10.

Sententiam eſſe validam, & nihilominus eſſe procedendum ad vlteriora, poſſunt ſimul ſtare, num. 11.

Exceptio rei Indicatæ ſuper nullitate ſententiæ vt obſtet, requiritur quod de neceſſitate concludatur ſuper nullitate ſententiæ fuiſſe indicatum, num. 12.

Exceptioni rei indicatæ cenſetur renunciatum vbi quis paſſus fuit poſt eam iura produci, etiam ſi contra iura producta fuiſſet oppoſitum generalia contra, quia debet appellari, à tali iurium productione, num. 13.

Sententia lata ſuper caducitate ad Inſtantiam procuratoris non habentis ſpeciale mandatum ad inſtandum, & agendum pro caducitate eſt nulla, num. 14.

Mandatum ſpeciale requiritur in procuratore ad effectum declarandi caducitatem, num. 15.

Declaratio caducitatis vbi eſt facta à Domino directi, non requiritur quod fiat à procuratore, num. 16.

Prima citatio in Iudicijs ſummarijs ſuccedit loco libelli, num. 17.

Dominus dicitur declarare caducitatem fuiſſe incurſam conueniendo emphiteutam coram Iudice pro deuolutione, num. 18.

Facta declaratione caducitatis per Dominum poteſt proſequi Iudicium per procuratorem habentem generale mandatum, num. 19.

Speciale mandatum requiritur etiam ad inſtandum ſuper caducitate, num. 20. Contrarium verius, num. 21.

Declaratio caducitatis debet fieri ab ipſo Domino, vel eius procuratore habente ſpeciale mandatum, nu. 22.

Doctoris dictum debet intelligi ſecundum Doctrinas ab eo allegatas, num. 23.

De opinione vnius Doctoris non eſt curandum, ſi in ea reperiatur ſolus, num. 24.

Notario atteſtanti de geſtis per ipſum creditur, num. 25.

Citationes, quæ ſuccedunt loco libelli, non ſolent committi à procuratoribus nomine principalium, principalibus inſcijs, num. 26.

Stylus, & conſuetudo, de quibus non conſtat in proceſſu non debent attendi, num. 27.

Clauſula citra non apponitur in citatione, niſi vbi principalis ipſe comparet in iudicio, poſtquam conſtituerat procuratorem, num. 28.

Clauſula citra in citatione appoſita denotat citationem fuiſſe commiſſam à principali, num. 29.

Sententia caducitatis nullum poteſt habere effectum vbi illius exequutio non fuit petita, nec exequibilis fuit pronunciata, num. 30.

Res indicata etiam non exequuta facit ius inter partes, & transfert in victorem Dominium, vel quaſi, num. 31.

Statutum Lucenſ. 109. & 110. lib. 1. tradens modum & formam petendi exequutionem ſententiæ non dicit ſententiam nullam, ſi illius exequutio non fuerit petita, num. 32.

Statutum Lucenſ. 109. & 110. tradens modum, & formam petendi exequutionem ſententiæ loquitur in caſibus, in quibus petitio exequutionis ſententiæ eſt neceſſaria, num. 33.

Dominus directi poſt declaratam à ſe caducitatem, & à Iudice confirmatam non tenetur petere exequutionem ſententiæ, ſed poteſt propria authoritate bonorum emphiteuticorum poſſeſſionem accipere vbi non inuenit niſi reſiſtentiam verbalem, num. 34.

Dominus directi poſtquam accepit poſſeſſionem propria authoritate non tenetur illam reſtituere, num. 35.

De poſſeſſorio non curatur vbi conſtat de bono iure in petitorio, num. 36.

Dolo facit, quis petere quod ſtatim reſtituturus eſt, num. 37.

Nuncio referenti de citatione creditur ſi ſit publicus, & iuratus, num. 38.

Teſtis vnicus non probat, num. 39.

Oblinio præſumitur per decennium, num. 40. & in teſtibus ad plus præſumitur per ſeptennium, num 41.

Solutio non præſumitur, num. 42.

Teſtis de auditu ab aliquo, cuius teſtimonium reprobatur non probat, num. 43.

Copia non magis creditur, quam originali, num. 44.

Malum non præſumitur contra virum bonæ vocis, & famæ, num. 45.

Ex laceratione liberculi non infertur ad lacerationem ſolutionum canonis, ſi quando fuit proteſtatus de caducitate incurſa ob non ſolutionem, non fuit allegata ſolutio, ſed alia excuſatio, num. 46.

Habens primam ſententiam prò ſe, ſi poſtea ſuccumbat ab expenſis excuſatur, num. 47.

DE-

Digitized by Google

DECISIO IV.

Dominus illuminatio mea.

1 IN cauſa appellationis vertente
inter Sergentem Piſcaliam Gal-
ganum, & Gaſparem Chelot-
tum inueſtitum de bonis, de qui-
bus agitur à dicto Sergente ex
vna, & Pierinum Chelottum
partibus ex altera. Reuoca-
ta fuit ſententia Domini Commiſſarij Vallis Rho-
dij, in qua declarauit bona petita per dictum Pie-
rinum reſpectu vtilis Dominij ſpectare, & per-
tinere ad dictum Pierinum, & latius prout in
dicta ſententia Commiſſarij Vallis Rhodij, &
dictum Sergentem, & Gaſparum à petitis ab-
ſoluimus. Quia cum alias de anno 1595. fuerit
ad inſtantiam ipſius Sergentis, & Gaſparis eius
fratris declaratum per D. Commiſſarium tunc
temporis, dictum Pierinum incidiſſe in commiſ-
ſum ob canonem non ſolutum, & propterea vtile
Dominium illius fuiſſe cum directo cōſolidatum,
& à dicta ſententia non fuerit pro parte dicti Pie-
rini appellatum, & ideo feciſſet tranſitum in Iudi-
catum *l. 1. C. de appellat. & l. ab eo C. quomodo, &
quando Iudex*, & dictus Sergens reperiatur ab illo
tēpore citra in pacifica poſſeſſione dictorū bono-
rū & cōſequenter dictus Pierinus omne ius, quod
in dictis bonis habere potuiſſet amiſerit per di-
ctam ſentētiam, & ſubſequutam poſſeſſionem di-
cti Sergētis, Reliquum eſt quod dicto Pierino ob-
ſtet exceptio rei iudicatæ prout & pariter fuit
alias in hac Cauſa per D. Commiſſarium eiuſdem
loci ita iudicatum. Nec obſtat quod DD. Iudices
Rotæ præteritæ pronunciam latam à d. D. Com-
miſſario ſuper exceptione rei iudicatæ tacitè re-
2 uocauerint dum pronunciauerunt eſſe proce-
dendum ad vlteriora, quia cum dicta exceptio rei
iudicatæ eſſet oppoſita in vim dilatoriarum ad
3 impediendum litis ingreſſum, & hodiè eadem ex-
ceptio opponatur ad merita cauſæ in vim perem-
ptoriarum, non poteſt dicta pronuncia rotalis eſſe
impedimento, quin hodie dicta exceptio rei iudi-
catæ opponi poſſit ad merita ita diſponente ſtatu-
to, *l. 1. c. 43. ver. ſi verò declarauerit, in ver. volumus
tamen quod exceptiones*.

Prout etiam non obſtat, quod DD. de Rota in
eorum deciſione dixerint, ſententiam latam ſu-
per caducitate ad fauorem dicti Sergentis fuiſſe
nullam, & Pars aduerſa prætendat, quod illa de-
4 claratio fecerit rem iudicatam, adeò vt non po-
tuerit amplius de validitate dictæ ſententiæ con-
trouerti, quia reſpondetur, quod cum in ſententia
nō appareat facta aliqua mentio nullitatis dictæ
ſententiæ, non potuit declarari poſtea nulla in de-
ciſione, quia per deciſionem non poteſt quidquā
5 addi ſententiæ, ſed tantum in deciſione poſſunt
exprimi cauſæ, quib. ad ita iudicandum moti fue-
rint tā ex diſpoſitione iuris *ad tex. in l. Iudex poſtea-
quam, ff. de re iudicata, cum ſimilib. quam ex diſpoſitione
c. Rotæ* 50 Nec eſt nouum deducta per modū cau-
ſæ ne dum in deciſione, ſed etiam in ipſa ſententia
6 non patere exceptionem rei iudicatæ, *Doctores in
c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & proprietatis,
& ibi Innoc. ſub num. 7. in ver. faciendis*, vbi tradit
7 quod ſi Papa dixerit Caſſo electionem, quia nihil
Iuris habes in electione, non per hoc intelligitur
iudicaſſe ſuper iure, quia alias ſuper d. iure princi-
paliter agi poſſit, præter, & abſque eo, quod obſta-
ret res iudicata, ex qua doctrina inferendo ad ca-
ſum noſtrū, Dicimus quod dato etiam, quod dicti
8 DD. Iudices Rotæ, ne dum in deciſione, ſed in ip-
ſa ſentētia reiecisſent exceptionem rei iudicatæ in
vim dilatoriarum oppoſitam, quia ſentētia cadu-
citatis eſſet nulla, quod tamen per eos non appa-
ret factum, Adhuc per huiuſmodi pronunciam nō
fuiſſet inducta res iudicata, ſuper nullitate dictæ
ſententiæ ita, & taliter, quod iterum de ea in me-
ritis cauſæ cognoſci non poſſet, *& hanc Innocentij
doctrinam ſequuti ſunt Imola in d. c. cum Eccleſia Su-
trina num. 19.* vbi & alij Canoniſtæ, *Bartol. in l. de
pupillo, §. ſi is cui num. 4. ff. de operis noui nunciatio-
ne, & ibi Caſtren. ſub num 4.* vbi loquitur de nulli-
tate ſententiæ, *Alex. num. 5. Angel. & Iaſon in l.
ſciendum, ff. de operis noui nunciatione. Anchar. conſ.
417. num. 2. verſ. ea autem. Franc. Aretin. conſ. 155.
num. 5. ibi præterea iſtud ius, Caſtren. conſ. 112. n. 1. l. 2.
Alex. conſ. 66. nu. 5. l. 5. Cald. conſ. 2. tit. de re iudicata.*

9 Et prædicta viſa fuerunt in caſu noſtro proce-
dere abſque difficultate, quia non conſtat, quod
coram Rota fuerit plenè cognitum de dicta re iu-
dicata, prout requiritur, ad effectum, vt exceptio
rei iudicatæ oppoſita in vim dilatoriarum nō poſ-
ſit opponi in vim peremptoriarum, vt tradunt
*Socc. conſ. 255. nu. 2. & 6. ibi 3 principali fundamento
l. 2. Alex. conſ. 212. nu. 16. lib. 1. Simon de Pretis conſ.
107. num. 13. Mazzol. conſ. 110. num. 60.*

Quod autem per Rotam præteritam non fuerit
plenè cognitū, ſuper dicta exceptione oppoſita in
vim dilatoriarum patet, quia ad hoc, vt dicatur
10 plenè cognitum in cauſa ad effectū, vt obſtet ex-
ceptio rei iudicatę, ſuper dicta exceptione, ne dū
requiritur, quod iudex plene cognouerit de dicta
exceptione, ſed etiam requiritur quod reſpectu
partis plenè fuerit cognitum de ea, hoc eſt, quod
pars conata fuerit deducere, & probare id, quod
ſibi incumbebat, vt expreſsè determinat *Soc. dicto
conſ. 255. cum alijs ſupra allegatis.*

Et nihilominus in caſu noſtro tantum abeſt
quod coram Rota fuerit plene cognitū ſuper nul-
litate ſententiæ dictę caducitatis, quod immo
ex verbis ipſius deciſionis expreſse colligitur
quod DD. de Rota nō fundauerint eorum ſenten-
tiam ſuper nullitate caducitatis, ſed ſolum dixe-
11 runt dictam ſententiam fuiſſe nullam, ex quo non
fuit intimata, & hæc ſimul ſtare poſſunt, quod
ſententia caducitatis eſſet valida, ſed proceden-
dum eſſet ad vlteriora, ex quo dicta ſententia non
12 fuiſſet intimata, & ſic non feciſſet tranſitum in
iudicatum, ad hoc enim vt exceptio rei iudicatæ
obſtet, neceſſe eſt, quod de neceſſitate conclud a-
tur ſuper nullitate dictæ ſententiæ, fuiſſe iudica-
tum *l. inter te, & me, de except. rei iudicatæ, l. quod in
diem §. rationem vbi Caſtrenſ. de compenſationibus. Soc.
conſ. 255. nu. 4. l. 2. Surd. conſ. 189. nu. 38. l. 2. Corn.
conſ. 72. nu. 7. verſ. ſed veritas l. 4. & idem Surd. deciſ.
260. num. 31.*

Pro-

Proinde cum non fuerit nec expreſsè, nec tacitè ſuper aſſerta inualiditate ſententiæ à Rota iudicatum, reliquum eſt quod non poſſit dici ſuper dicta nullitate fuiſſe plenè cognitum.

Accedit prædictis, quod cum poſt dictam pronunciam Rotæ & illius deciſionem fuerit ad me-
13 rita cauſæ iſta exceptio rei iudicatæ ſuper caducitate oppoſita, & ad hanc exceptionē ne dum pars aduerſa nō oppoſuit, ſed ipſamet pars aduerſa cōtrà eam poſitiones & articulos fecit, & teſtes examinauit ad probandum, quod teſtes relati per nuncium non interfuerunt citationi, cenſetur dictæ pronunciæ Rotæ renunciaſſe, & debet ſuper illa pronunciari, vt poſt *Innoc. in cap. cum Bertoldus de re iudicata, tradit Iaſon in l. patre furioſo nu. 22. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. Mohedan. deciſ. 39. nu. 4. de re iudicata. Cotta deciſ. 245.* vbi loquitur de eo, qui paſſus fuit iura produci poſt quadriennium ſuper cauſa reſtitutionis in integrum, quia ex hoc cenſetur renunciaſſe rei Iudicatæ. *Peregrin. deciſ. 114. lib. 1. & deciſ. 54. lib. 2.* vbi quod concluſio procedit etiam ſi contra iura producta fuiſſet oppoſitum generalia contra, quia debet appellari.

Nec obſtat quod ſententia lata ſuper caducitate fuit nulla, ex quo Procurator Sergētis Piſcaliæ, qui in dicto iudicio comparuit, non habebat ſpe-
14 ciale mandatum ad agendum, & inſtandum ſuper caducitate, quia reſpondetur, quod cum mandatū ſpeciale requiratur in procuratore ad effectum
15 declarandi caducitatem, & non ad inſtandum ſuper caducitate, prout loquuntur. *Afflictus deciſ. 129. nu. 12. Curt. iun. conſ. 149. nu. 3. & alij Doctores relati per Surdum deciſ. 181. nu. 13. & 14.* Et in caſu noſtro iſta declaratio fuerit facta ab ipſo Sergente, & eius fratre Dominis directi, qui Iudicium ca-
16 ducitatis incœperunt, vt patet ex prima citatio-
17 ne, quæ in huiuſmodi iudicijs ſuccedit loco libelli, dum fecerunt ad ipſorum Inſtantiam citare dictū Pierinum, ad dicendum cauſam quare contra eum pronunciari non poſſet cecidiſſe in comiſſum, certè facta tali declaratione per ipſos Dominos directi, prout conueniendo Emphiteutam coram iudice pro deuolutione dicitur Dominus
18 declarare caducitatem *Rota Bononienſ. deciſ. 4. verſ. in caſu autem propoſito Hyppolitus Riminald. conſ. 94. nu. 18. & poſt alios Corbol. de cauſis priuat. ob non ſolutum canonem ampliat. 45. nu. 8.* non poteſt dubi-
19 tari, quin poſtea dictū iudicium potuerit agitari per procuratorem habentem generale mandatum, cum nulla ratio diuerſitaris adduci poſſit, inter iudicium, quod fit per Dominum directi contra Emphiteutam poſt declaratam per eum caducitatem, & inter alia iudicia, vt potius in illo, quam in alijs procurator ſpecialis requiratur.

Nec obſtat quod *Berous in conſ. 151. nu. 18. lib. 1.* vi-
20 deatur requirere mandatum ſpeciale etiam ad inſtandum ſuper caducitate, quia Doctores per eum
21 allegati hanc extenſionem non probant, ſed ſolum loquuntur ad effectum declarandi caducitatem, vt diximus, quia declaratio debet fieri ab
22 ipſo Domino, vel eius procuratore habente ſpeciale mandatum, vt poſt alios probat *Corbol. in ſuo tract. de emphyteuſi titulo de cauſis priuat. ob non ſolut. canonem ampliat. 45. ſub nu. 13.* vbi ad hoc allegat inter alios *Beroum d. conſ. 151. nu. 18. lib. 1.* Et conſe-
23 quenter vel Berous debet intelligi iuxtà Doctrinas per eum allegatas, quæ dicunt ſpeciale mandatum requiri ad effectū declarandi caducitatem ad tradita *per Bartolum in l. non ſolum §. liberationis nu. 7. ff. de liberat. legata*, vel de eius opinione
24 non eſt curandum, cum in hoc reperiatur ſolus, vt vltra præmiſſa patet ex *Surdo deciſ. 181. nu. 13. & 14.* dum dicit, quod *Ioannes Andreas, Bart. Bald. Card. Alba & Alex. allegati per Beroum in dicto conſ. 151. nu. 18. lib. 1.* cōcludunt quod ad declarandam caducitatem requiritur in procuratore ſpeciale mandatum.

Nec dicatur quod illa citatio fuit facta ad inſtantiam procuratoris nomine Sergentis Piſcaliæ, & eius fratris, ipſo tamen Sergente, & eius fratre inſcijs, quia vltra quod contrarium patet ex rogitu notarij, quod illa facta fuit ad inſtantiam ipſius Sergentis, & eius fratris, cui notario creden-
25 dum eſt, cum deponat de geſtis per ipſum *Maſcard. de probat. concluſ. 1099. per tot. lib. 2.* Adhùc dicere quod procurator nomine dicti Sergētis dictam citationem ordinauerit eſſet diuinare, & id aſſerenti incumberet onus probandi, nec ſuffice-
26 ret allegare quod citationes ſoleant per procuratores committi ſub nomine ſuorum principalium, quia de hoc ſtylo, & conſuetudine in proceſſu non
27 conſtat, nec probari poſſet, præcipuè in citationibus, quæ ſunt loco libelli, prout eſt iſta, de qua agitur.

Et quod tollit difficultatem eſt clauſula illa, citra, appoſita in dicta citatione, quæ non apponi-
28 tur niſi vbi principalis ipſe comparet in iudicio poſtquam conſtituerit procuratorem *cap. ſi quem, de procur. in 6. Bald. in l. qui mutuam, §. non ideo minus ff. de procur. Fulgoſ. & Caſtrenſ. in l. ſi quis cum procu-*
29 *ratore, de procuratoribus.* Et ideo illa clauſula denotat quod verè, & realiter dicta citatio fuit commiſſa à dicto Sergente, & eius fratre, & quod ipſi declarauerunt caducitatem per ſe ipſos, & non per procuratorem.

30 Prout etiam non obſtat, quod d. ſententia caducitatis nullum poſſit habere effectum, cum illius exequutio nullibi appareat petita, nec exequibilis pronunciata, quia quod res iudicata etiam non exequuta faciat ius inter partes, &
31 transferat in Victorē Dominium, vel quaſi, eſt *tex. in l. 3. §. idemque erit dicendum, ibi propter rei iudicatæ authoritatem. ff. de reb. eorum qui ſub tut. l. res iudicata, ff. de reg. iuris.* & eſt communis opinio Doctorum, de qua teſtatur *Alex. conſ. 98. num. 8. lib. 5. Lepid. deciſ. Lucana 82. col. 7. in princip. cum alijs per Surdum deciſ. 261. nu. 27.*

Nec obſtat, quod ex diſpoſitione ſtatuti *lib. 1.*
32 *cap. 109. & 110.* dictus Sergens tenebatur petere exequutionem dictæ ſententiæ, quia reſpondetur quod dictū ſtatutū tradit modum, & formam petendi exequutionē ſentētię, & enumerat exceptiones, quæ contra ſententiam opponi poſſunt, ſed
33 non dicit quod ſententia ſit nulla, ſi illius exequutio non fuit petita, & loquitur in caſibus, in quibus ſententiæ exequutionis petitio eſt neceſſaria, quam tamen exequutionem petere non erat

neceſſa-

Digitized by Google

neceſſarium in caſu noſtro, tum Dominus directi
poſt declaratam à ſe caducitatem, & à Iudice con-
firmatam poſſit propria authoritate poſſeſſionem,
34 bonorum emphiteuticorum accipere, vbi non
inuenit niſi reſiſtentiam verbalem, *Corneus conſ.*
271.nu.2.lib.3. Afflict.deciſ.97. vbi tenet Dominum
directi poſt citationem Emphiteutæ, & ſenten-
tiam contra eum latam poſſe propria authoritate
poſſeſſionem accipere, & illam non teneri amplius
reſtituere. *Gozzadin.conſ.39.nu.25.& 26. Soc. conſ.*
167.nu.14. lib.2.cum alijs plurib. de quibus per Corbo-
lum de cauſ. priuat. ob non ſolutum canonem, quæſt.12.
in principio.

Additur prædictis, quod cum prædicta non
concernant validitatem, vel inualiditatem ſen-
tentiæ caducitatis, ſed ſolum poſſeſſionem in om-
ni caſu, cum dubium eſſet an in caſu noſtro po-
35 tuerit accipi propria authoritate, nihilominus di-
ctus Sergens non poſſet de iure cogi ad illius reſti-
tutionem tum ex doctrina *Afflict. in d.deciſ.97.*
36 Tum quia, cum conſtet in caſu noſtro de bono
iure dicti Sergentis in petitorio, illud abſorbet
poſſeſſionem, per regulam dolo petis, quod ſtatim
reſtituturus es, iuxta tradita per *Alexandrum conſ.*
66. nu.2. lib.2. conſ.45. nu.1. lib.3. & conſ.159. nu.
2. lib.5.

Nec obſtare putauimus quod dicebatur, ſen-
tentiam latam ſuper caducitate fuiſſe nullam ex
defectu citationis conando probare talem defe-
ctum per teſtes, quos Nuncius retulit fuiſſe præſen-
tes citationi dum vnus ex ipſis in eorum examine
depoſuit non fuiſſe præſentem alicui citationi fa-
ctæ dicto Pierino, quia talem probationem duxi-
mus non releuare, nam regulariter nuncio refe-
37 renti de citatione credendum eſt, ſi ſit publicus,
& iuratus, prout eſt nuncius, de quo agitur *cap.*
cum parati de appellat. Specul. de citatione §.4. in ex-
trauag.ad reprimendum in verbo per nuncium, & onus
38 probandi contrarium incumbit parti neganti ci-
tationem *cap.bonæ el 1. & ibi DD. de elect. Felin. in*
cap.ad petitionem, de accuſat. & probationes debent
eſſe clariſſimæ, alias ſtatur relationi ipſius Nuncij,
Menoch. de arbitr. iudicum caſu 112. nu.11. Lupid.de-
ciſ.36.verſ.prima.n. exceptio. Quæ tamen clariſſima
probatio non adeſt in caſu noſtro, quia vnicus
tantum teſtis deponit de tali negatiua, qui pro-
pterea non probat ad vulgatam regulam, vox
vnius, vox nullius, de qua *per Gabrielem de teſtib.con-*
cluſ.1.nu.1. Maximè in caſu iſto, in quo à die cita-
tionis vſque ad tempus depoſitæ negatiuæ fluxi
39 ſunt 18. anni, & vltrà, quo caſu præſumitur obli-
uio, cum obliuio præſumatur per Decennium *Gl. in*
l.licet.in verſic. temporis iniuria, C. de acq. poſſeſſione,
& in l.1. C. de ſeruis fugitiuis, & in teſtibus obli-
uio ad ſummum præſumatur per ſeptennium. *Fa-*
rinaccius conſ.88. nu.5.

Tandem non duximus obſtare quod dicebatur,
ſententiam caducitatis fuiſſe latam ex falſa cau-
40 ſa videlicet ſub prætextu, quod canon non fuiſ-
ſet ſolutus per dictum Pierinum, & quod iſtud non
41 verificatur in facto, quia immò de dicta ſolutione
nullibi conſtat in proceſſu, & cum ſolutiones con-
ſiſtant in facto & illas probare eſſet fundamen-
tum intentionis ipſius Pierini ab eo veniebant
probandæ, alias non præſumuntur *l. quinquaginta*
ff. de probat.

Nec exiſtimauimus faciendam eſſe vim ad fa-
uorem Pierini ſuperaſſerta lacerationem libercu-
li, in quo dicebantur contineri ſolutiones, quia de
dicta laceratione non conſtat niſi per vnum te-
ſtem, qui non probat, vt diximus.

Nec obſtat quod adſint alij teſtes de auditu,
42 quia deponunt de auditu ab ipſo Pierino, qui
propterea nullam fidem faciunt, quia non credi-
43 tur magis copiæ, quam originali *cap.1. de fide in-*
ſtrumentorum, § & hoc inſuper iubemus, vt ſponſalitia
largitas. Aymo conſ.41.n.2. verſ. eſſet enim abſurdiſſi-
mum, cum alias maiorem fidem faceret copia,
quam originale, & præberetur materia fraudib.
Aymo conſ.212.nu.13. ibi, & ſi crederetur iſtis te-
ſtibus.

Et quando etiam conſtaret de tali laceratione,
non tamen conſtat, quod continerent dicta folia
lacerata, & non eſt præſumendum quod contine-
rent dictas ſolutiones *ex ſeqq.*

Primo attenta qualitate ipſius Sergentis, qui
vt deponunt omnes teſtes partis aduerſæ, eſt vir
44 bonæ vocis, conditionis, & famæ, contra quem lex
non præſumit malum.

Secundò quia quando fuit domino Pierino in-
timata inquiſitio, in qua proteſtabatur ei caduci-
tas; ſi canonem per annos 8. non ſolutum in ter-
mino in dicta Inquiſitione præfixo non ſolueret,
dictus Pierinus exceptionem ſolutionis non op-
45 poſuit, nec prædictam lacerationem allegauit,
immò eius procurator diuerſam excuſationem
deduxit, nempè nullam fuiſſe incurſam caducita-
46 tem, quia vti heredes habebant iuſtam cauſam
ignorantiæ & excuſationis ex quibus tacitè faſſus
fuit canonem non ſoluiſſe.

Atque cum ex his clarè appareat dictũ Pierinũ
non fouere bonum ius, & hodie ceſſet fundamen-
tum nullitatis conſideratur à Rota, videlicet
quod dicta ſententia eſſet nulla ex defectu inti-
mationis, cũ de anno 1615. ſub die 28. Aprilis fue-
rit ad requiſitionem d. Sergentis dicto Pierino, &
eius procuratori à notario cauſæ de verbo, ad ver-
bum lecta, & dictus Pierinus ab ea non appellaue-
rit, meritò ſententiam ad fauorem dicti Pierini
latam reuocauimus, & d. ſergentem ac eius fra-
trem à petitis abſoluimus.

Excuſauimus autem dictum Pierinum ab ex-
penſis, quia reportauerat primam ſententiam pro
ſe, *ad tex. in l.eum quem temere ff. de iudicijs, cum ſi-*
milibus.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. FOELICIS ZIBBIBAE
Cùm Domino Hyeronimo eius Fratre Herede
R. D. Tucci, & Exequutoribus Teſtamentarijs
dicti R. D. Tucci.

ARGVMENTVM.

Actio dotis quando competat marito, &
quando vxori.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Pro legato Dotis exequutiuè agi poteſt, num. 1.
Iudicium exequutiuum & ſummarium non poteſt retardari per exceptionem requirentem altiorem indaginem, num. 2.
Exceptio ſolutionis poteſt opponi etiam in exequutione ipſius ſententiæ, num. 3.
Capitula dicuntur impertinentia, quando illis probatis partem in aliquo releuare non poſſunt, num. 4.
Maritus non poteſt facere aliquod pactum ſuper dote in præiudicium vxoris, nec illius conditionē efficere deteriorem, num. 5.
Actio dotis competit marito, & non vxori, num. 6.
Actio dotis competit marito, quando dos fuit promiſſa marito, cæterum ſi fuit promiſſa mulieri, num. 7.
Argumentum à maioritate rationis eſt validum in iure, num. 8.
Ab expenſis abſoluitur qui habebat primam ſententiam pro ſe, num. 9.

DECISIO V.

Dominus illuminatio mea.

IN cauſa vertente inter Dominam Fœlicem Zibibbi de Toggis, ex vna, & D. Hyeronimum eius fratrem hæredem R. D. Tucci, & Exequutores teſtamentarios d. R. D. Tucci, ſiue Magnificum Dominū Bernardinum Bendillum eius in cauſa procuratorem partibus ex altera. Dictum fuit malè fuiſſe per D. Iudicem à quo iudicatum, dum præuia renocatione ſecundi, & tertij capituli monuit dictum D. Fœlicem ad reſpondendum Capitulis, & benè fuiſſe, & eſſe à dicta pronuncia per dictum D. Fœlicem recurſum, quia cum dicta D. Fœlix ageret contra prędictos exequutiuè pro con-
1 ſequutione legati ſibi relicti, quando maritaretur,
prout exequutiuè pro legato agi poteſt, vt eſt *tex. in §. ſi quis verò non implens, & ibi Gloſ. in verb. decreto, auth. de heredibus, & Falcidia*, & de communi, & veriori poſt alios tradit *Ioſeph. Ludouic. deciſ. 23. nu. 9.* non poterat iſtud iudicium exequutiuum, & ſum-
2 marium retardari per exceptionem requirentem
altiorem indaginem, de qua in dictis capitulis ad tradita *per Couarruuiam Pract. quaſt. c. 17. & Rotam Romanam deciſ. 507. num. 3. par. 1. diuerſorum.*

Nec obſtat quod dicta capitula concernerent
3 ſolutionem dicti legati, & exceptio ſolutionis poſ-
ſit opponi, etiam in exequutione ipſius ſententiæ. *Decius in regula fides, num 2. ff. de reg. iuris, cum alijs per Felinum in cap. ſi aborta, num. 10. de re iudicata*, quia cum dicta capitula non concernant ſolutionem factam d. Dominæ Fœlici, ſed ſolum quādam prætenſam aſſertam conuentionem initam inter D. Rocchum eius virum, & D. Leonardum eius patrem, quod dictum legatum comprehēderet etiam dotem à dicto Domino Leonardo dicto eius viro
4 promiſſam, nō poteſt dubitari quin dicta exceptio
requitat non ſolum altiorem indaginem, ſed etiam dicta capitula ſint omninò impertinentia, & ideo reijcienda, cum partem aduerſam in nihilo releuare poſſint *ad tex. in l. ad probationem, C. de probat. Gloſ. in cap. cum contingat de off. delegati. Corſet. ſing. 148. in verb. Iudex.*

Quod autem dicta Capitula non ſint releuantia in caſu, & ad effectum, de quo agitur, patet quia conuentio inita inter prædictum D. Leonardum patrem dictæ Dominæ Fœlicis, & d. D Rocchum eius maritum non poteſt in aliquo ſuffragari Dominis Aduerſarijs cum dicta conuentio non potuerit in aliquo præiudicare dictæ Dominæ Fœlici,
5 cùm Maritus non poſſit facere aliquod pactum in
præiudicium vxoris, nec illius conditionem efficere deteriorem abſque vxoris conſenſu, *l. ita conſtante, ff. de iure dotium, l. ſi mulier dotis, & l. cum Maritus, & l. de die, & l. Attiuinius, ff. de pactis dotalib. cùm alijs per Paulum de Caſtro conſ. 278. num. 3. lib. 1. & Soc. iun. conſil. 105. num. 9. cum ſeq. lib. 1.*

Nec obſtat quod actio dotis cōpetat marito, &
6 non vxori *l. ſi pater marito, C. de dotis promiſſione*, quia
prædicta procederēt ſi promiſſio eſſet facta marito, Cœterum quando eſt facta mulieri prout in caſu
7 noſtro, in quo legatum fuit factum Dominę Fœlici,
quia tunc actio competit illi, cuius contemplationem factum fuit legatum, *l. ſeruo legato §. ſi Teſtator ff. de leg. 1.* vbi habetur, quod ſi Teſtator filiæ nomine genero, aut ſponſo dari dotem iuſſerit, non gener, aut ſponſus, ſed filia habebit actionem, cuius maximè intereſt indotatam non eſſe, & ſequitur *Gloſ. in d. l. ſeruo legato in §. ſi Teſtator, in verſ. non enim gener, vbi Doctores, & præcipuè Bartol. & Iaſon num. 12. & 13. ff. de legat. 1.*

Proinde ſi quando non eſt relictum legatum vxori, ſed marito contemplatione vxoris, actio acquiritur vxori vt diximus, multo magis in caſu noſtro cenſuimus actionem petendi huiuſmodi legatum competere Dominæ Fœlici, & non eius
8 viro, cum legatum ſit relictum ipſi Dominæ Fœli-
ci, argumento authenticæ multo magis. *C. de ſacroſ. Eccleſijs.*

Atque ex his concluſum fuit ad fauorem dictę Dominæ Fœlicis, Partem verò aduerſam ab expenſis abſoluimus, quia habebat primam ſententiam pro ſe *ad tex. in l. properandum §. ſin autem alterutra C. de iudicijs.*

Laus Deo ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Sindicus.

IN CAVSA REVERENDAR. MONIALIVM Sancti Dominici cum Egregio D. Titio Sanctino. Ab Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Senatu delegata.

ARGVMENTVM.

Religioſi an poſſint petere pœnam conuentionalem?

SVMMARIVM.

Sequuta euictione per ſententiam, competit illi, cui res fuit euicta actio ad repetendum precium bonorum euictorum,

Digitized by Google

ctorum cum omni eo quod illi intereſt rem non eſſe euictam, num. 1.
Moniales cum ſint perſonæ religioſæ non poſſunt petere pœnam conuentionalem, num. 2.
Habens iuſtam cauſam litigandi excuſatur ab expenſis, num. 3.

DECISIO VI.

Dominus illuminatio mea.

CONDEMNAVIMVS Egregium D. Titium Sanctinum ad ſoluendum Reuerendis Monialibus Sancti Dominici ſcuta 1500. pro prætio bonorum euictorum, de quibus agitur, nec non ſcuta 150. pro fructibus liquidatis per dd. RR. Moniales in exequutione ſententiæ Reuerendiſſimi D. Vicarij Generalis Epiſcopatus, nec non in omnibus damnis expenſis, & intereſſe per dictus RR. Moniales occaſione dictorum bonorum paſſis tam liquidatis, quam liquidandis in exequutione præſentis noſtræ ſententiæ; Quia cũ dictus Egregius D. Titius teneretur dictis Monialibus, quæ ab eo dicta bona emerunt de euictione, vt nobis conſtitit per inſtrumentum publicum celebratum inter prædictum egregium D. Titium, & dictas RR. Moniales de 2000 1590. de quo in actis, & dicta bona fuerint dictis RR. Monialibus euicta, per Reuerendas Moniales Sancti Micheletti, vt patet ex ſententia dicti Reuerendiſſimi Domini Vicarij Generalis, non poteſt dubitari quin dictis Reuerendis Monialibus Sancti
1 Dominici competat actio ad repetendum prætium dictorum bonorum cum omni eo, quod illis intereſt rem euictam non eſſe *l. ſi cum quæſtio, C. de euict. l. venditio, & l. euicta re, la 1. & 2. ff. de euict. Bald. in d. l. ſi cum quæſtio in ſummario vbi Salicetus nu. 1. & ante eos Oddofredus in l. Titius verſ. ad ſecundam quæſtionem, ff. de act. empt.* & ſequitur *Fulgoſ. ibidem nu. 4. verſ. nota ſecundo, cum alijs per Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 17.*

Abſoluimus autem dictum egregium D. Titium
2 à pœna dupli, per eum promiſſa in caſu euictionis, quia quicquid ſit de rigore iuris, & ſtatuti huius Ciuitatis, tamen certum eſt, quod cum Moniales ſint perſonæ religioſæ, pœnam conuentionalem petere non poſſunt ad Crotum *in l. 4. §. Cato col. 4. ff. de verb. oblig. & Vrſillum ad Afflict. decis. 135. nu. 4. cum alÿs per Surdum decis. 261. nu. 22.*

Proinde cum ex his appareat dictum D. Titium
3 habuiſſe iuſtam cauſam litigandi, ſuper dicta pœna conuentionali, Merito illum etiam ab expenſis præſentis Iudicij abſoluimus *ad tex. in l. eum quem temere, ff. de iudicÿs, cum ſimilibus.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA FILIORVM, ET HAEREDVM Horatÿ De Riana, cum Antonio Luca Bonaldi.

ARGVMENTVM.

Conductor, vel alius, qui aliquem in Dominum nominauit an poſſit illius iura deducere, & illis ſe tueri abſque eius mandato?

SVMMARIVM.

Dominium vtile probatur ex Inueſtitura, num. 1.
Dominium vtile probatur ex confeſſione poſſidentis, numero 2.
Emphiteuta datur vtilis rei vindicatio contra poſſidentem bona Emphiteutica, num. 3.
Primus inueſtitus præferri debet in Emphiteuſi, nu. 4.
Teſtis vnus non probat, nu. 5.
Teſtis deponens de credere ſuo non probat, nu. 6.
Conductio finitur per mortem conductoris, nu. 7.
Mors omnia ſoluit, num. 8.
Ex locatione non acquiritur, niſi ſimplex detentatio, num. 9.
Conductor ſiue colonus non habet poſſeſſionem ſed poſſidet Domino, num. 10.
Detentator non poteſt impedire vtilem rei vendicationem actori, qui titulum, & vtile Dominium probauit, nu. 11.
Conductor, vel alius, qui aliquem in Dominum nominauit non poteſt illius iura deducere, nec illis ſe tueri abſque eius mandato, num. 12.
Nominans, & quiſque alius licet poſſit vti defenſor Rei comparere, tamen hoc procedit in iudicio moto, ſeu mouendo contra nominatum, non autem contra ipſum, nu. 13.
Tertius poſſeſſor non poteſt opponere contra actorem de iure Emphiteutico tertÿ, num. 14.
Mandatum poteſt produci poſt concluſum in cauſa quando pars non opponit de defectu mandati, niſi poſt concluſum in cauſa, num. 15.
Concluſio in cauſa cenſetur reuocata, vbi pars admittitur ad excipiendum, adeo vt non poſſit actor admitti poſt concluſum in cauſa ad excipiendum de mandato, quin etiam Reus ad illud producendum admittatur, num. 16.
Inſtrumenti liquidi productio non poteſt prohiberi poſt concluſum in cauſa, quando per illud conſtat rem aliter ſe habere quam credebatur, & opponebatur, num. 17.
Mandatum poteſt produci vſque ad ſententiam, & ſufficit de eo doceri, quando de illo opponitur, num. 18.
Inueſtiri quis non poteſt in præiudicium comprehenſorum in 1. inueſtitura, num. 19.
Ius queſitum alicui per primam inueſtituram non poteſt tolli per ſecundam alteri factam, num. 20.
In inueſtitura cenſetur ſemper appoſita clauſula ſaluo iure Tertÿ, num. 21.
In expenſis condemnatur, qui nullam habet cauſam litigandi, num. 22.

DE-

Digitized by Google

DECISIO VII.

Dominus illuminatio mea:

SENTENTIAM latã per D. Iudicem à quo, ad fauorẽ Antonij Lucæ Bonaldi, dũ pronunciauit bona, de quibus agitur ſpectare, & pertinere ad dictũ Antonium, vti emphiteutã eccleſiæ Sãcti Siluestri de Riana, & condemnauit Horatium de Riana patrem Reorum, qui tũc temporis illa bona poſſidebat, ad illa dimittendum, & relaxandum dicto Antonio, iudicauimus confirmandam, quia cum nobis non conſtaret dictum Horatiũ, & eius filios in dictis bonis aliquod ius habere, & ex alia parte dictus Antonius docuerit de eius v-
1 tili Dominio per Inueſtituram ſibi factam de dictis bonis de anno 1593. à D. Zaccaria procuratore R.P. Franciſci Rectoris dictæ Eccleſiæ Sancti Syluestri, ad quem dicta bona pleno iure ſpectabant, & ſpectabãt, prout & ipſa pars aduerſa fatetur, dũ conceſſit fuit, ꝙ dictus Rector eadem bona in Emphyteuſim alijs cõceſſit, per quam confeſſio-
2 nem remanet concludenter probatum etiam directũ Dominium dicti Rectoris *Baldus in l. ad probationem C. locati*, certè non poteſt dubitari, quia ipſe in præſenti Iudicio ratione dicti Dominij vtilis acquiſiti, mediante clauſula conſtituti, de qua in dicta Inueſtituta obtinere debuiſſet per vtilem rei
3 vendicationem ab ipſo intentatam, quæ datur Emphiteutę contra poſſidentem bona Emphiteutica *l. 1. in fine ff. ſi ager vectigal. Speculator de emphyteuſi num. 57. Iaſon in §. ſed iſtę num. 58. Inſtit. de act. Lepidus dec. 109. ver. & licet hoc ſolum.*

Nec obſtare putauimus, quod dicebatur dictum Horatium habere dicta bona in conductionem à Petro, & Seraphino, qui erant prius inue-
4 ſtiti, vſque de anno 1563. à R.D. Ioannę tũc temporis Rectore eiuſdem Eccleſię, & quod prima Inueſtitura præferri debet iuxta diſpoſitionem *l. quo-*
5 *ties C. de rei vendicat.* quia vltra quod non conſtat de aſſerta conductione, niſi per vnum teſtem, qui propterea illam conductionem non probat *l. Iuſiurandi C. de teſtib. & c. veniens extra eodem titulo* ma-
6 ximè cum de ponat de credere ſuo. *Baldus in l. quod tamen §. ſi arbiter ff. de arbitris, cum alijs per Aymon. conſ. 41. num. 4* Adhuc dicimus in ea dictos filios nullum fundamentum facere potuiſſe tum pro-
7 pter mortem dicti Horatij eorum patris, propter quam fuit finita aſſerta conductio, cum mors om-
8 nia ſoluat *§. deinceps auth. de nuptijs*, tum quia dato, & nõ conceſſo, quod dicta locatio eſſet probata, & illa in præſentibus Reis eſſet continuata
9 adhuc ex illa non acquiſiuiſſent, niſi ſimplicẽ detentationem, cum conductor, ſiue colonus non
10 habeat poſſeſſionem, ſed Domino poſſideat, *l. 1. ff. de vſucapionibus, vbi Gloſ. in ver. Domin. l. 1. §. alij, vbi Gloſ. in ver. retinetur, de vi, & vi armata, Gloſ. in l. communi diuidundo in ver. poſſideant, ff. comm. diuidundo, & Gloſ. in §. poſſideat, in ver. in poſſeſſione in-*
11 *ſtit. de interd. ctis.* Et Detentor non poteſt impedire vtilem rei vendicationem actori, qui titulum, & vtile Dominium probauit; cum ille ius ſuum, & ſuam actionem iuſtificauerit, Detentor autem nec ius aliquod, nec poſſeſſionem deducere poſſit, ex allegatis.

Nec valent iſti Rei vti iuribus dictorum Petri, & Seraphini à quibus aſſerunt dicta bona fuiſſe locata Horatio eorũ patri, quia cũm iſti Petrus, & Seraphinus non interueniant in hoc iudicio, nec ipſi Rei habeant ab illis mandatum ad lites, &
12 cauſas, non poſſunt eorum iura deducere, nec de eis poteſt aliqua cognitio ſumi, ad tradita *per Socinum iuniorem conſil. 46. nu. 11. lib. 1.* vbi dicit, quod Conductor, vel alius, qui aliquem in Dominum nominauerit non poteſt illius iura deducere, nec illis ſe tueri, cum ille in iudicio non interuenerit, & propterea non egeat defenſione, & ibi ſubdit
13 quod licet nominans, & quiſque alius vti defenſor Rei comparere poſſit, tamen hoc procederet in iudicio moto, ſeu mouẽdn contrà nominatum.
14 Et in puncto, imò in fortiorib. terminis, Quod tercius poſſeſſor non poſſit contra actorem opponere de iure emphiteutico tertij *Honded. cõſ. 9. n. 4. lib. 1.*

Nec putauimus obſtare quod dicebatur. Non conſtare de mandato Inueſtientis dictum Antonium, quia immo de illo in proceſſu ſatis apparet.

Nec aliquid facit, quod fuerit productum poſt concluſum in cauſa, & ideo non debeat attendi, quia reſpondetur, quod immò in caſu noſtro iſta productio fieri potuit, etiam poſt concluſum in cauſa ex pluribus.
15 Primò, quia cum pars nunquam oppoſuerit de defectu mandati niſi poſt concluſum in cauſa, potuit etiam poſt concluſum in cauſa illud produci ad informandum iudicem de veritate, cum iſta exceptio habeat ortum facto aduerſarij *Aufrer. in add. ad capellam Toloſanam queſt. 14.* vbi dicit quod
16 vbi pars poſt cõcluſum in cauſa ad excipiendum admittitur, cenſetur concluſio reuocata, adeo vt non poſſit actor admitti poſt concluſum in cauſa, ad excipiendum de mandato, quin etiam Reus ad illud producendum non admittatur, cum prohi-
17 beri non poſſit etiam poſt concluſum in cauſa productio Inſtrumenti liquidi, per quod conſtet rem aliter ſe habere, quam credebatur, & opponebatur, & ſequitur *Felin. in cap. licet cauſam nu. 43. de probat. cum alijs per Menochium de arbitr. iudicum quæſt. 35. nu. 18.*
18 Et in ſpecie mandati quod poſſit produci quandocunque vſque ad ſententiam, & ſufficiat de eo docere quando opponitur *Aymo. conſ. 108. nu. 1. Rota Romana deciſ. 688. nu. 2. par. 1. cum alijs per Vantium de nullitatib. & inhabilitatib. mandati nu. 118.*

Reſeruauimus autẽ iura dictis Petro, & Seraphino, & eorũ deſcendẽtibus iuxta inueſtituram factam de anno 1563. quia ſi vmquam ipſi comparerent in iudicio per ſe, vel per eorum procuratores, & agerent ad dicta bona, ipſis illa eſſent
19 debita, tamquam primis inueſtitis, cum quis non poſſit inueſtiri in præiudicium comprehenſorum in prima inueſtitura *Pariſ. conſ. 86. nu. 1. l. 4. Hyeronimus Gabrieli conſ. 88. nu. 3. Iaſon conſ. 8. col. 4. inter conſ. Bruni. Cæphal. conſ. 23. nu. 47 Riminaldus Iun. conſ. 44. nu. 27 Affl. Et. deciſ. 282. num. 7. & deciſ. 292. item nu. 7. cum alijs per Corbolum in ſuo tract. de iure*

Emphi-

Digitized by Google

emphiteutico tit.de cauſis priuat. ob tempus finitum,nu. 11. Et quidem merito, quia ius quæſitum alicui, per primam inueſtituram non poteſt tolli per ſecundam alteri factam *Paul.de Caſtro conſ.32.num.2. Bald.conſ.134.lib.1. cum alijs per Corbolum vbi ſupra*
22 *nu.14.& de cauſis priuationis ob canonem non ſolutum ampliat.45.num.15.& 16.* vbi apertè dicit, quod in inueſtitura ſemper cenſetur appoſita clauſula ſaluo iure Tertij.

Nec fundamentum aliquod fieri potuiſſe viſum fuit in mandato Magiſtri Iuliani Togni de Piana factó in perſona Magnifici D Gabrielis Pieracini, tum quia non eſt in forma probanti, cum in eo, non ſit appoſita legalitas notarij, tum etiam qnia non apparet dictum Magnificum Iulianum deſcendere ab aliquo ex comptehenſis in dicta inneſtitura de anno 1563.

Vnde cũ ex his ſatis conſtet dictos hæredes q. Horatij de Piana non habere aliquod ius in dictis bonis, & habuerint etiam primam ſententiam contra ſe, merito etiam illos in expenſis condemnauimus, ad tradita per Doctores *in l.properandum §.ſin autem alterutra, C.de Iudicijs, & Lepidum deciſ. 130.in fine.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SPECTABILIS PROSPERI Bettini cum filijs Vincentij Franchi, & D. Ioannæ eorum Matris, & Tutricis.

ARGVMENTVM.

Vxor an cenſeatur mutaſſe ſibi cauſam ſuæ poſſeſſionis, vbi per mortem viri factus eſt locus reſtitutioni dotis?

SVMMARIVM.

Qualitas hæredis debet probari in filio quando agitur contra filium vti hæredem, num.1.

Vxori competit retentio in bonis eius viri pro conſequenda eius dote, num.2.

Retentio in bonis viri datur vxori ne dum pro dote conſequenda, ſed etiam pro fructibus, arredio, & quolibet augumento, num.3.

Vxor cenſetur mutaſſe ſibi cauſam ſuæ poſſeſſionis, vbi per mortem viri factus eſt locus reſtitutioni ſuæ dotis abſque alia declaratione, num.4.

Comparens in iudicio non vti actor, neque vti tertius, ſed vti citatus pro omni ſuo iure, & intereſſe non tenetur ſoluere Datiam, num,5.

Abſoluitur quis ab expenſis ob difficultatem articuli, num.6.

DECISIO VIII.

Dominus illuminatio mea.

SENTENTIAM prolatam à D.Iudice à quo, ad fauorem filiorum Vincentij Franchi, & Dominæ Ioannæ eorum Matris, & Tutricis, dum pronunciauit, expulſionem manu militari petitam pro parte Spectabilis Proſperi Bettini non fore concedendam, confirmandam eſſe duximus tam reſpectu ipſorum filiorum, quam reſpectu eorum matris.

Reſpectu filiorum, quia fuit actum contra eos
vti hæredes eorum patris, & nihilominus tantum
abeſt, quod fuerit probatum eos fuiſſe hæredes
Vincentij eorum patris, contra quem fuit obtenta
dicta expulſio, prout iſta qualitas hæredis erat
1 hoc caſu omninò per actorem probanda, cum ſimus in filijs conuentis, ad tradita per Romanum *in l.ſi cum dotem, §.tranſgrediamur num.11.& ibi Imola, nu.26.in fine, ff.ſ. ato matrimonio,* quod imò contrarium patet, tam ex illorum negatione, quam ex inſtrumento repudiationis dictæ hæreditatis ab ipſis factæ, de quo in actis.

Reſpectu etiam Matris dicta expulſio veniebat
2 deneganda, quia cum ipſa habeat hypothecatum
ſolarium, à quo petitur concedi dicta expulſio, pro
eius dotibus, ei competit ius retentionis dictorum
bonorum, ſeu ſolarij pro ſua dote conſequenda,
cum illud eſſet ſui viri, *l.ſi filiofamilias, la 1. & ibi
Bart. ff.ſol.matrimonio. Bald. in l.penultima, C.de pignorat.actione, & in l.cum ſibi, C.qui potiores in pignore habeantur, Decius conſilio 232. numero 2. & conſil.400. num.5. & conſil.671. in fine. Iaſon in l.ſi non ſortem, §.ſi centum in fine limit.4. de condictione indebiti. Rolandus conſil.77. num.22. lib.1. & de communi tradunt Ioſeph.Ludouicus deciſ.Peruſina 209. num.2. Bxer. deciſ.44. ſub num.38. & Ioannes Lupus in rubrica de donationibus, §.77.num.2. cum alijs per Caroccium deciſ.21.num 7. & per totam, vbi num.9.*
3 dicit talem rrtentionem ne dum competere pro
dote principali, ſed pro fructibus, arredio, & quolibet augumento ex his, quæ notat *Bald. in l.etiam in 2.not. num.4. C.de iure dotium.*

Nec obſtare viſum fuit, quod hoc procederet, quando ex verbis, vel factis dictæ D.Ioannæ appareret, quod voluerit ſibi mutare cauſam ſuæ poſſeſſionis, ad tradita per Socinum *conſ.131. lib.1. & Rolandum conſil.77. nu.28. lib.1.* quia reſponde-
4 tur quòd immò vbi per mortem viri eſt factus lo-
cus reſtitutioni dotis, Vxor cenſeatur ſibi mutaſſe
cauſam ſuæ poſſeſſionis, & quod vbi prius poſſidebat bona mariti iure familiaritatis, cenſeatur illa cœpiſſe poſſidere nomine proprio abſque alia ipſius declaratione, tenent *Ruinus conſil.61.num.13. lib.1. Decius conſil.400. num.5. Berous conſil.15. viſa petitione, num.40. & conſil.60. num.5.& ſeq.lib.2.Caroccius dicta deciſ.21.num.31.cum alijs per Maſcardum de probationibus concluſ.1196.num.14.& hanc ſequitur Rota Romana reprobato Socino dicto conſil.131.ver. Sed hic aduertendum lib.2. vt dicit Verallus deciſ.71. lib.2. Paleottus deciſ.360. quæ eſt, la 601. parte 3. diuerſorum, & ſequitur eadem Rota in deciſ.143. numero 4. parte 2. diuerſ.impreſſarum,* & in vna Calaguritana de Aranguis, de anno 1592. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pamphilio tunc temporis Rotæ Auditore.

Nec aliquid facere putauimus quod dicta D.
5 Ioanna non ſoluerit Datiam, & propterea non
eſſet audienda, quia cum non comparuerit in
iudicio vti Actrix, nec vti tertia, cum fuerit

citata pro omni ſuo iure, & intereſſe non tenebatur ad ſolutionem alicuius Datiæ.

Atque cum ex his ſatis appareat dictam Ioannam poſſe retinere dicta bona, ſeu ſolatium pro ſuis dotibus merito exiſtimauimus dictam expulſionem non eſſe concedendam.

Verum quia iſte articulus non tranſit ſine contradictoribus, ideò partes ab expenſis abſoluimus, ad tradita per Doctores *in l. properandum, § ſin autem alterutra, C. de iudicijs, cum ſimilibus.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. EVFRVSINAE FABRI cum Dominibus Vsolante, & Leonora de Sufficientibus.

ARGVMENTVM.

In pœnis arbitrarijs an debeat attendi tempus commiſſi delicti, ſeu tempus condemnationis?

SVMMARIVM.

Fœminæ excluduntur à maſculis ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſ. num. 1.

Bannitus qui poteſt impunè offendi ex diſpoſitione ſtatuti eſt priuatus omnibus beneficijs à ſtatuto conceſſis, nu. 2.

De proximo banniendus habetur pro bannito ad effectum, vt poſſit impunè offendi ſi ex proceſſu conſtet de delicto, ita vt reſtet ſola ſententia, num. 3.

De proximo condemnandus habetur pro condemnato, num. 4.

Pœna impoſita offendenti ſcholarem matriculatum, habet locum etiam in offendente ſcholarem, quem Rector iuſſerat matriculari, num. 5.

Sufficit quem eſſe deſcriptum in libro bannitorum, vt occidens talem excuſetur, num. 6.

Fideiuſſor licèt antequam ſoluat non poſſit agere contra principalem, tamen hoc non procedit quando euidenter apparet quod eſt de proximo condemnandus, num. 7.

Iudices hodie pro quocunque crimine procedunt per Inquiſitionem. num. 8.

Abſolutus ab obſeruatione iudicij ſaluo iure fiſco procedendi contra ipſum pro eodem delicto, poteſt ex eodem proceſſu condemnari, nec eſt opus nouam inſtantiam inchoare, num. 9.

Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi, num. 10.

Etiam ſi ſtatutum eſſet correctorium iuris communis, num. 11.

Statutum Lucenſ. 23. lib. 4. quo mediante banniti priuantur priuilegijs Iurium municipalium non loquuntur de bannitis in pœnam exilij temporalis, ſed tantum de bannitis in pœnam pecuniariam, num. 12.

Sed quod dictum ſtatutum loquatur generaliter de omnibus bannitis pro maleficio probatur verius, num. 13.

Statutum Lucenſ. 23 l. 4. non reſtringitur ad bannitos in pecunia ſimpliciter, ſed tantum ad bannitos in pecunia à 50. libris infra num. 14.

Statuta debent ita interpretari, vt non contineant abſurdum & irrationabilem intellectum, num. 15.

Vnum ſtatutum ab alio interpretationem recipit, num. 16.

Statutum Lucenſ. 23. l. 4. comprehendit non ſolum bannitos in pecunia, ſed etiã alios quoſcũque bannitos, nu. 17.

Obſeruantia ſubſequuta dat interpretationem ſtatutis dubijs, num. 18.

In pœnis arbitrarijs attenditur tempus condemnationis, & non delicti, num. 19.

Finis regulatur à ſuo principio, num. 20.

Pœna etiam vbi arbitratur, debet attendi tempus delicti & non condemnationis, num. 21.

In pœnis arbitrarijs attenditur tempus condemnationis, & non delicti, quando à principio non erat certa pœna determinata, ſed erat in arbitrio Iudicis pœnam imponere, vel non imponere, cæterum ſi arbitrium conſiſteret in minorando pœnam ordinariam, quia tunc attenditur tempus delicti, num. 22.

Plus & minus non faciunt differre ſpecie, num. 23.

Iniuriarum æſtimatio non ad id tempus, quo iudicatur, ſed ad id, quo facta eſt æſtimatio referri debet, num. 24.

Regula de proximo faciendum haberi pro facto procedit in fauorabilibus, & non in odioſis, num. 25.

Statutum loquens de bannitis comprehendit etiã illos, qui ſunt de proximo banniendi fauore Reipublicæ, nu. 26.

Lex, ſiue ſtatutum pœnale, licet non debeat extendi, ſed potius reſtringi, tamen vbi extenſio reſpicit fauorem Reipublicæ debet non minus extendi lex, ſiue ſtatutum ac extenditur lex, ſiue ſtatutum fauorabile, num. 27.

Bannitus, cuius bona non ſunt confiſcata ſuccedit, & excludit ſororem, num. 28.

Banniti, qui vigore ſtatutorum impunè offendi poſſunt abſque eo, quod eorum bona ſint confiſcata ſunt incapaces ſucceſſionum, & iurium municipalium, num. 29.

Publicatio bonorum non eſt cauſa vt Bannitus ammittat iura ſuæ Ciuitatis, ſed benè hoc operatur facultas à ſtatuto data, vt is impunè offendi poſſit, num. 30.

Banniti qui impunè offendi poſſunt, non ſunt capaces ſucceſſionum ab inteſtato ſecundum iura municipalia, & non poſſunt gaudere beneficio ſtatuti excluſiui fœminarum, num. 31.

Reus criminis quis non poteſt dici ante condemnationem, & bannum, num. 32.

Reus non dicitur quis ſtatim quod accuſatur, ſed quando conuincitur, num. 33.

Intellige verum quando non adeſſet certitudo delicti, ſed tantum præſumptio, & indicia, num. 34.

Notorium dicitur illud, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, num. 35.

Homicidium quando eſt perſpicuum ſufficit ſola accuſatio, num. 36.

Quando quis de tempore delatæ hæreditatis cõmiſerat aliquod delictum, per quod veniebat banniendus, licet de eo tempore non eſſet declaratus bannitus, adhuc dicitur Reus dicti criminis, & habetur pro bannito, ad effectum, vt non poſſit excludere ſorores à ſucceſſione, num. 37.

Bannitus qui poteſt impunè offendi, poteſt ſuccedere de iure communi tam ex teſtamento, quam ab inteſtato in Ciuitate, & Territorio, a quo eſt bannitus ſecundum veriorem, num. 38.

Bannitus, qui poteſt impunè offendi, poteſt teſtari ſecundùm ius commune, num. 39.

Exequutiuè agitur vigore inſtrumenti, ſiue teſtamenti

menti

Digitized by Google

menti celebrati in vna Ciuitate contra bona ſita in alia Ciuitate, & Territorio, num. 40.
Ab expenſis partes abſoluuntur propter difficultatem articulorum, num. 41.

DECISIO IX.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea.

CONFIRMANDAM ſententiam
D. Iudicis à quo eſſe duxi, licèt
Domini mei Collegha eſſent in
voto, quod malè fuiſſet per d. D.
Iudicem iudicatum in ea parte,
in qua declarauit Chriſtopho-
rum Sufficiéteni virum olim D.
Eufroſinę Fabbri, & fratrem D. Violantis, nec non
patruum reſpectiuè Do. Eleonoræ fuiſſe hæredem
Marci ſufficientis patrui tam dicti Chriſtophori,
quam dictarum Violantis, & Eleonoræ pro tertia
tantum parte iuxta diſpoſitionem iuris commu-
nis, & quod propterea dicta ſententia, eſſet in ea
parte reformanda, & pronunciandum d. Chriſto-
phorum fuiſſe hærede dicti Marci in totum exclu-
1 ſis dicta Violante eius ſorore, & dicta Eleonora eius
nepte ſecundum formam ſtatuti. *cap 9. l. 2.* Motus,
quia licèt dictus Chriſtophorus de tempore, quo
ſibi fuit delata hæreditas dicti Marci non eſſet ad-
huc bannitus in pœnam exilij pro delicto fractio-
nis carcerum ab eo iam commiſſo, prout poſt di-
ctam delationem fuit bānitus, tamen cum de tem-
pore dictæ delationis iam fuiſſet proceſſatus, &
bannitus in pœnam vitæ pro dicto delicto, licèt
paulò ante quam eſſet factus locus dictæ delationi
fuiſſet à D. Prætore propter quendam defectum in
citatione dictum bannum declaratum nullum, &
abſolutus dictus Chriſtophorus ab obſeruatione il-
lius Iudicij, ſaluo tamen iure fiſco, & curiæ proce-
dendi contra ipſum pro eodem delicto, non vide-
batur mihi, quod attēto dicto proceſſu contra eum
ſic formato, licèt bannum fuerit propter aſſertum
defectum declaratum nullum, non deberet dictus
Chriſtophorus haberi pro bannito ad effectum, vt
non poſſet gaudere beneficio dicti ſtatuti excluſi-
ui fœminarum, cum Bannitus, qui vigore ſtatuti
2 poteſt impunè offendi, prout poterat offendi di-
ctus Chriſtophorus ex diſpoſitione ſtatuti 22. lib.
4., ſit priuatus omnibus beneficijs à ſtatuto con-
3 ceſſis vt habetur *in cap. 23. eiuſdem libri*, Et de proxi-
mo banniendus, habetur pro bānito, ad effectum,
vt poſſit impunè offendi, ſi ex proceſſu conſtet de
delicto, ita vt reſtet ſola ſententia, prout reſtabat
4 in caſu noſtro, vt ſuo loco, oſtendam, *l. qui pœna, §.
Diuus pius, ff. de manumiſſis.* vbi de proximo con-
demnandus habetur pro condemnato. *l. penulti-
ma, ff. de militari teſtamento, Iaſ. in l. diuortio, §. in-
terdum, num. 15. cum ſequent. ff. ſoluto matrimonio.
Angelus in l. ex eo tempore, ff. de teſtamento militari,*
5 vbi dicit quod pœna impoſita offendenti ſcho-
larem matriculatum habet locum etiam in of-
fendente ſcholarem, quem Rector iuſſerat matri-
culari, licet adhuc non eſſet matriculatus, *Ale-
xander in l. ſi quis id quod columna prima, ff. de iuriſdi-
ctione omnium iudicum, Barbatia conſilio 11. num. 5.
lib. 4. Felinus in cap. fin. in primo notab. de Iudæis, &
facit Paul. de Caſtro in l. ſi duo. ff. de acquir. poſſeſſio-*
6 *ne*, dum dicit ſufficere quem eſſe deſcriptum in li-
bro bannitorum, vt talis occidens excuſetur,
*Alex. conſil. 114. ponderatis in 4. columna lib. 1. Bald.
in l. ſi pro ea in 6. quæſtione, C. mandati*, vbi dicit quod
7 licet fideiuſſor antequam ſoluat, non poſſit age-
re contrà principalem, tamen hoc non procedit
quando euidenter apparet fideiuſſorem eſſe de
proximo condemnandum, quia tunc poteſt age-
re antequam ſoluat, & in puncto quod de pro-
ximo banniendus habeatur pro bannito ad effe-
ctum, vt impunè offendi poſſit vigore ſtatuti, tra-
dit *Hyppolitus Marſil. conſ. 94. lib. 2. Incipit auxilium
Domini, & ſing. 106. num. 4. circa finem, cum alijs per
Ferettum conſ. 334. num. 2.*

Nec mihi fuit viſum obſtare, quod cum de
tempore delationis dictæ hæreditatis fuiſſet caſſa-
tum dictum bannum, & abſolutus dictus Chri-
ſtophorus ab obſeruatione Iudicij, debet cenſeri
quoque caſſatus totus ille proceſſus ita, & taliter
ſi Iudex voluiſſet contra ipſum pro delicto proce-
dere debuiſſet nouum proceſſum, & nouam in-
ſtantiam inchoare, & conſequenter non poſſet di-
ctus Chriſtophorus de illo tempore haberi pro
bannito, quia reſpondeo quod quicquid ſit de iu-
8 re, tamen cum hodie Iudices pro quocunque cri-
mine procedant per inquiſitionem, ideſt ex offi-
cio, practica ſeruat, quod quotieſcunque aliquis
reperitur abſolutus ab obſeruatione Iudicij, ſal-
uo iure fiſco procedendi contra ipſum pro eodem
9 delicto, Iudices poſſunt eundem proceſſum pro-
ſequi, & ex eo proceſſu ad condemnationem de-
uenire, quæ practica reſpicit fauorem Reipubli-
cæ, cum tendat ad euitandos circuitus, prout de
tali practica, & ſeruata opinione teſtantur *Ange-
lus in l. prima in fine, de generali abolitione, Clar. in
§. finali, quæſtione 51. ver. pariter, & quæſt. 58. ver. &
ſcias, cùm alijs per Farinaccium de inquiſitione quæſtio-
ne 4. num. 19 & 33. & conſequenter*, cum proceſ-
ſus primo loco formatus contra dictum Chriſto-
phorum potuerit per fiſcum proſequi, non poteſt
dubitari, quin maximum fundamentum in eo fie-
ri debeat, licet bannum, vt dixi, fuerit ex dicto de-
fectu citationis caſſatum, & abolitum, ad effe-
ctum, vt dictus Chriſtophorus ſic proceſſatus, de
tempore dictæ hæreditatis ſibi delatæ poſſet cen-
ſeri bannitus iuxta formam allegati ſtatuti, atten-
to quod de breui erat banniendus ſecundum di-
ſpoſitionem iuris communis vt oſtendi, nec ſit du-
10 bium ſtatuta recipere interpretationem paſſiuam
à iure communi ſecundum illud eſſe intelligenda,
*l. 2. C. de nouali. l. prima, §. lex Falcidia, vbi Bartolus,
& Alex. ff. ad leg. Falcidiam, & ſequitur Rota deciſ.
724. num. 15. & 16. parte prima diuerſorum*, vbi
11 dicit hoc procedere, etiam ſi ſtatutum eſſet
correctorium iuris communis, & in puncto ca-
ſus noſtri tradit *Marſilius dicto conſilio 94. num. 27.
in medio, verſic. quia reſpondeo, vbi reſpondet ad omnia
contraria.*

12 Neque putaui faciendum eſſe aliquod funda-
mentū in eo, quod dicebatur ſtatutū 23. l. 4. quo
mediante Banniti priuantur priuilegijs iuriū mu-

Digitized by Google

nicipalium, non loqui de bannitis in pœnam exilij
temporalis, ſed tantum de bannitis in pœnam pe-
cuniariam, vt apertè legitur in principio dicti ſta-
13 tuti, quia reſpondeo, quòd immo dictum ſtatutum
loquitur generaliter de omnibus bannitis pro ma-
leficio, vt ex illius lectura apparet. Et licèt in eo
14 ſubijciantur verba illa à libris quinquaginta ſu-
pra, non tamen ex hoc prætendi poteſt, quod di-
ſpoſitio ipſius ſtatuti reſtringatur ad bannitos in
pecunia, ſed ſolum quod non referatur ad ban-
nitos in pecunia à libris quinquaginta infrà; Quod
non ſolum datur intelligi ex eo, quod ſi aliter di-
ceremus ſtatutum prædictum contineret abſur-
dum inexcuſabile, nam maioribus præiudicijs gra-
uaret condemnatos in pœnam pecuniariam, quam
bannitos in perſonam, quod non eſt dicendum,
15 cùm ſtatuta ſint ſemper ita interpretanda, vt non
contineant abſurdum, & irrationabilem intelle-
ctum, *l. Saluius Ariſto, ff. de legatis præſtandis, cum
alijs per Rotam Romanam deciſ. 724. num. 11. par. 1.
diuerſorum*. Sed etiam indubitanter conuincitur
ex eo, quod legitur in ſtatuto *cap. 24. lib. 1. verſic.
Item bannitus*, vbi ſtatuentes loquendo de dene-
ganda audientia bannitis in perſona, & in pecu-
nia à 50. libris ſupra expreſsè dicũt, illud idem con-
tineri in ſtatuto poſito ſub rubrica de non præ-
ſtando audientiam imbannitis quod eſt dictum
ſtatutum 23. *l. 4.* Et ſic clarè, & apertè percipi-
tur quod ſtatuentes in dicto cap. 23. dum de
bannitis pro maleficio mentionem fecerunt, in-
tellexerunt de omnibus bannitis, exceptis illis
dumtaxat, qui eſſent banniti à quinquaginta li-
16 bris infra, cum non ſit nouum vnum ſtatutum
ab alio interpretatorem recipere, *l. non eſt nouum,
ff. de legibus cum alijs per Maſcardum de generali ſta-
tut. interpretat. concluſ. 2. num. 110.* Et in puncto,
17 quod dictum ſtatutum 23. ita fuerit intellectum,
vt comprehendat non ſolum bannitos in pecu-
nia, ſed alios quoſcumque, tradit *Magonius deciſ.
80. ſub num. 30.* & fuit deciſum in vna cauſa de
Podijs de anno 1587. quæ eſt manuſcripta ſub
rogitu Ser Pauli Sarroni, Quod efficit quod qua-
tenus eſſet dubium, prout eſt clariſſimum, ab hu-
18 iuſmodi obſeruantia veram interpretationem re-
ciperet *cap. cum dilectus de conſuetudine, l. ſi de inter-
pretatione, ff. de legibus. Beccius conſ. 101. num. 49.
Decian. conſil. 6. num. 35. lib. 4.*

Nec aliquid facere putaui, quod dicta pœna
19 exilij fuerit arbitrata dicto Chriſtophoro, & quod
in pœnis arbitrarijs debet attendi tempus con-
demnationis, & non delicti ad *l. ſi ſeruum, & ibi per
Scribentes, ff. ſi ex nox. cauſa & Bartolus in l. 1. num. 3.
verſ. ideò ego putarem de pœnis cum alijs ſupra allega-
tis*, quia reſpondeo, quod cum Bannum, licet
20 ſit arbitratum, tamen ſit cauſatum à delicto, il-
21 lud debet retrotrahi ad tempus ipſius delicti, cum
finis reguletur à ſuo principio, *Balдus conſil. 327. ad
euidentiam in fine lib. 3. Decius conſil. 115. in fine. Ma-
gon. deciſ. Lucan. 47. num. 7.* Et conſequenter etiam
22 vbi pœna arbitratur debet attendi tempus delicti,
& non condemnationis, vt habetur *in l. 1. ff. de pe-
nis, l. iniuriarum de iniurijs, & l. ſi quis decurio, C. de
falſis. Tiraq. de retractu conuent. §. 5. gloſ. 4. num. 19.
Francus deciſ. 76. num. 12. Farinac. quæſt. 8. num. 105.
Caball. in ſuis reſol. criminalibus caſu 267. num. 8. &
ſeq. cum alijs ſupra citatis, num. 3. vſque ad 7.*

Vltrà quod prædicta conſideratio forſan proce-
23 deret quando à principio eſſet in arbitrio Iudi-
cis pro aliquo delicto pœnam imponere, vel non
imponere, Tunc enim quia ab initio non eſſet cer-
tum nunquid aliqua pœna eſſet imponenda, nil
mirum ſi tempus condemnationis ſpectare debe-
ret, Cœterum tamen quando arbitrium conſiſte-
ret in minorando pœnam ordinariam, quia tunc
retrotractio debet fieri ad tempus delicti ex ratio-
nibus conſideratis à *Tiraquello de retract. conuent.
§. 5. gloſ. 4. num. 19.* & alijs hic paulo ſupra, nam
tunc cum certum ſit aliquam pœnam eſſe impo-
nendam non video quod referat ſi deinde mi-
24 nor ordinaria imponatur, cum plus, & minus non
faciant differre, *l. quæ de tota, ff. de rei vendicatione.
Bart. in l. ſerui electione, §. cum fundus, ff. de legat. 1.
cum ſimilibus.*

Immò ſi rectè intuebitur prædicta diſtinctio con-
25 funditur *per tex. in l. iniuriarum, la 21. ff. de iniurijs, &
l. fin. ff. eodem tit.* dum in dictis locis habetur, quod
iniuriarum æſtimatio, non ad id tempus quo iudi-
catur, ſed ad id, quo facta eſt æſtimatio referri de-
bet, prout conſiderat *Alex. in add. ad Bartol. in d. l. 1.
ff. de pœnis ſub num. 3.* qui etiam mouet hanc diffi-
cultatem, ſed abſque reſolutione relinquit.

Nec vim facere exiſtimaui, quod dicebatur
26 Regulam illam de proximo faciendum haberi
pro facto, procedere in fauorabilibus, non autem
in odioſis, prout videtur voluiſſe *Socin. ſen. in add.
nouiſſima ad leg. primam, § ſi ſeruus, ff. de acquir. poſ-
ſeſſione*, vbi tandem relinquit cogitandum, quia
27 reſpondeo, quod imò ſtatutum loquens de banni-
tis debet extẽdi ad illos, qui ſunt de proximo ban-
niendi, cum talis extenſio tendat ad fauorem Rei-
publicæ, vt delinquentes puniantur, & ne delicta
remaneant impunita, vt probat *Bartolus in l. quem-
admodum in 1. columna, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.*
28 vbi dixit quod licet lex, ſiue ſtatutum pœnale non
debet extendi. Sed potius reſtringi tamen vbi ex-
tenſio tendit ad fauorem Reipublicæ, debemus
non minus legem, ſiue ſtatutum odioſum exten-
dere, ac extenderemus legem, vel ſtatutum fauo-
rabile, & ſequitur *Iaſon in l. 1. in vltima columna poſt
medium, C. de tranſactionibus, & in l. ſi certis annis col. 2.
C. de pactis, & ſunt boni tex. in l. hoc modo, ff. de con-
dit. & demonſtrat. & in l. ſi quis in graui, §. his quoque,
ff. ad Syllanianum, & in l. 2. C. quando liceat ſe ſine
Iudicis vindicta, & ſequitur Alex. conſ. 410. colum. 1.
& Decius conſ. 65. colum. 2. cum alijs per Marſilium d.
conſ. 94. num 28.*

Nec pariter obſtare videbatur, quod cum in
29 condemnatione dicti Chriſtophori non legan-
tur confiſcata eius bona, adhuc poſſet ſuccede-
re, & excludere eius ſororem, & neptem ad tradita
*per Aretinum in §. 1. num. 14. de his, qui ſunt ſu., vel
alieni iuris, & Imola in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de
liberis, & poſthumis*, quia reſpondetur prædictam
30 cõcluſionem nõ procedere in bannitis, qui vigore
ſtatutorum impunè offendi poſſunt, prout hic, quia
tunc abſque alia publicatione bonorum non ſunt
capaces iurium municipalium, *Bart. in l. publicorum
colum. 3. ff. de public. Iudicijs per tex. in l. ammiſſio-*

Digitized by Google

ne, §.qui deficiunt, ff.de capitis dimmutione. Et poſt
alios,quos allegat, *tradit Peregrinus de iure fiſci, lib.
3. tit.7. num.9. in fine, & num.10. vbi facit genera-*
31 *lem concluſionem*. Quod Publicatio bonorum non
eſt cauſa, vt Bannitus ammittat iura ſuæ Ciuita-
tis, ſed bene hoc operatur facultas à ſtatuto data,
vt is impunè offendi poſſit, cum tali caſu videa-
tur indictum bellum tali bannito, tam per offi-
ciales publicos, quam per homines priuatos, &
ideò veluti hoſtis patriæ amittit iura, & bene-
ficia patriæ, quamuis ſibi bona non fuerint pu-
blicata.
32 Et in puncto quòd banniti, qui impunè offendi
poſſunt non ſint capaces ſucceſſionum ab inteſta-
to ſecundum iura municipalia,& ſic non poſsint
gaudere beneficio ſtatuti excluſiui fœminarũ pro-
pter maſculos, tradunt *Bartol. in l.1. poſt numer.3.
verſic. ex hoc concludo, C.de hæredibus inſtituend.vbi
Albericus,num.4.colum.2.ante finem, verſ.dicunt præ-
dicti Doctores, Angel.num.1. Salicetus num.19. & 20.
in principio. Paul.de Caſtro, num.4. ver.& ideò conclu-
dunt, Iaſon num.5.& Corn. num.7. & ſequitur Bartol.
In ſua diſputatione Lucanæ Ciuitatis, num.28. Imola in
l.ex facto,§.ex facto,num.18.ff.ad Trebell. Alex.conſ.
75.num.2.lib.1. vbi de magis comm. Nellus de banni-
tis in prima parte ſecundi temporis, quæſt.37.in princip.*
vbi quod ita comm.dicitur, *& quæſt.38.* vbi quod
in hoc omnes conueniunt cum Bartolo vbi ſupra.
*Menoch.conſ.1055.num.1.lib.2.Surd.conſ.314.num.2.
in fine. Simon de Pratis de interpret.vlt.volunt.lib.2.in-
terpret.2.dubitat.1. ſolut.1. num.12. Caball. in dd.ſuis
reſolut.crimin.caſu 264. num.30.cum alijs per Peregri-
num de iure fiſci lib.3.tit.7.num.12.& 13.*
Nec obſtare tandem exiſtimaui quod dictus
33 Chriſtophorus ante cõdemnationem, & bannum
non poſſet dici Reus dicti criminis ex illa regula,
quæ ſe habet,quod non ſtatim quod quis accuſa-
tur dicitur Reus, ſed qui conuincitur,quia reſpon-
deo cum *Marſilio in d.conſ.94 nu.25.* quod hoc pro-
34 cederet, vbi non adeſſet aliqua certitudo delicti,
ſed ſolùm adeſsẽt prẹſumptiones,& indicia delicti.
Proinde cum in caſu noſtro,vt dixi,non conſta-
ret de delicto Chriſtophori per præſumptiones,&
coniecturas,ſed per proceſſum contra ipſum fabri-
catum,& per ipſam facti euidentiam,videlicet per
fractionem carceris,& fugam ipſius Chriſtophari à
carceribus,in quibus detinebatur,vt fuit probatũ
per teſtes, & ſic notorium eſſet ꝙ ipſe commiſiſſet
35 huiuſmodi delictum, cùm notorium dicatur illud
quod nulla tergiuerſatione cẹlari poteſt *cap.mani-
feſta 2.q.1.vbi Archidiaconus. Salicetus in l.ea quidem
num.66. C.de accuſat. Laurent.de Pinu conſ.1.num.13.
cum alijs per Clarum in ſua praxi crim.§.fin.quæſt.9.in
fine,& in puncto tradit Gabriel.conſ.173. num.19.* vbi
36 quod quando homicidium eſt perſpicuum ſufficit
ſola accuſatio. Certè ſatis iudicio meo remanet
probatum, quod quamuis Chriſtophorus de tem-
pore quo fuit ſibi delata hæreditas Marci eius pa-
37 trui non eſſet declaratus bannitus, adhuc debe-
bat dici Reus dicti criminis,& haberi pro bannito
ad effectum vt ipſe non poſſet excludere à ſucceſ-
ſione dicti Marci dictas eius ſororem, & neptem
iux. formam ſtatutorum huius Ciuitatis.
Verùm quia pro parte dictorum Violantis, &
Eleonoræ non ſolum prætendebatur dictum Chri-
ſtophorum ſuccedere non poſſe ſecũdum iura mu-
nicipalia, ſed nec etiam ſecundum ius commune
nec minus poſſet teſtari ſaltem quoad bona ſita in
Ciuitate, & Territorio Lucenſi, à quo fuit banni-
tus, & quod dicta D. Eufruſina non poſſet omni
caſu agere exequutiuè vigore teſtamenti celebrati
per d.Chriſtophorum eius virum in Ciuitate Piſa-
rum,& ſic extrà territorium Lucenſe. Quorum ta-
men contrarium fuit tam per D. Iudicem à quo,
quam per nos iudicatum,ideo ſupereſt, quod dictis
obiectis breuiter reſpondeam.
Quoad primum igitur quod Bannitus, qui po-
38 teſt impunè offendi non poſſit ſuccedere de iure
communi dico quod contrarium eſt verius, *vt poſt
Bartolum in d.ſua diſputatione Lucanæ Ciuitatis, tradit
Salicet.in l.1.num.20. ver.quærebam,nu.21.C.de hære-
dibus inſtituendis,* vbi dicit quod Bannitus,qui vigo-
re ſtatutorum poteſt impunè offendi,eſt capax ſuc-
ceſsionis & hẹreditatis ſibi delatẹ de iure commu-
ni, tam ex teſtamẽto,quàm ab inteſtato in Ciuitã-
39 te,& Territorio,à quo eſt bannitus, & quod hanc
opinionem tutiorem dicit,& ſequitur *ibi Corn.nu.7.
verſ.primũ autem membrum,* vbi de Tutiori,& com-
muni opinione *Neuizzanus conſ.73. ferè per totum,
vbi ſub num.8.* dicit,quod iſta eſt communis opinio,
quæ ſeruatur in practica, & ſi Iudex aliter iudica-
ret faceret litem ſuam. *Cephal.conſ.324.nu.31 lib.3.*
vbi de magis communi,& quod ab hac in iudican-
do,& conſulendo non eſt recedendum, *Clarus in §.
teſtamentum quæſt.20. verſic.& hæc quidem concluſio.
Peregrin. de iure fiſci, lib.3. tit.7. num.19.& 35. ver.
Extra iſtos caſus,* vbi relatis,& reprobatis contrarijs
hanc dicit communem,& magis communem ſen-
tentiam,& ſequitur *Simon de Pretis de interpret.vlt.
volunt. l.2. interpret.2.dubit.1.ſol.1.num.24.* Et hanc
opinionem tamquam æquiorem amplexa fuit Ca-
mera Apoſtolica in vna Veliterna bonorum inter
hæredes Capitanei Cenci Capiſucchi ex vna,& D.
Herſiliam de Rubeis ex altera ſub die 16. Nouem-
bris 1576.
Quo verò ad ſecundum. Quod dictus Chriſto-
40 phorus ſtãte dicto banno non potuerit teſtari pa-
riter dico, quod cum Chriſtopharus prædictus te-
ſtatus fuerit ſecundum ius commune, optimè po-
tuerit teſtari,cum etiam bannitus,qui impunè of-
fendi poteſt poſsit teſtari ſecundum ius commune,
*l.eius qui §.1. ver.Sed relegatus, de teſtamentis, & ibi
Bart.nu.2.& Bald.num.3.Idem Bart.in ſua diſputatione
Lucanæ Ciuitatis num.20. & 21. & in extrauaganti qui
ſint rebelles in Gl.rebell. col.vlt. Ripa in d.l.ex facto, §.
ex facto,nu.17.verſ.item infertur, ff ad Trebell. Bart.in
l.1.ſub nu.3.verſ.Sed ſi teſtamentum,C.de hæredib. Inſti-
tuend.,& ibi Angel.nu.1. Iaſ.nu.5.in fine.Corn.nu.5.poſt
medium ver.& ideo ſequendo communem, Capra conſil.
102.nu.110.* vbi quod ita cõmuniter tenetur, *& nu.
125. Berous conſ.8.lib.2. per totum,vbi nu.6.* hãc con-
cluſionem cõprobat quinque fundamẽtis. *Cephal.
conſ.324.nu.28.l.3.Surd.conſ.90.nu.38.* vbi dicit non
ſolum hãc opinionem eſſe cõmunem,& quod in ea
concordãt omnes,ſed quod ita ſeruatur in practi-
ca *Thobias Non. conſ.63.nu.3. Menoch.conſ.271.num.
25.l.3.vbi pariter de comm.Clar.in §.teſtamẽtum q.19.
in verſic. Dic quod aliquando, cum alijs per Pere-*

grinum de iure fiſci libro tertio, tit. 2. num. 9.

Nec obſtat tandem, quod cum teſtamentum, cuius vigore D. Eufruſina inſtat ſibi concedi exequutionem pro ſumma ſcutorum bis mille contra prædictas DD. Violantem, & Eleonoram fuerit celebratum in Ciuitate Piſarũ, & ſic extra territorium Lucenſe non potuerit eius vigore agi exequutiuè contrà bona ſita in Territorio Lucenſi, cum priuilegium ita procedendi extendatur ad inſtrumenta in alio Territorio confecta, quia contrarium exiſtimaui verius, cum hoc reſpiciat non deciſoria, ſed ordinatoria iudicij, ac modum procedendi, *Bart. in l. cunctos populos, num. 3. ff. de iuſtitia, & iure, Bald. in l. 1. quæſt. 4. C. ne filius pro patre. Iaſon in l. à Diuo pio, §. ſententiam, nu. 16. ver. limita quando ſententia de re iudicata. Barzius de guarentigia, prima par. quæſt. 8. ver. primus eſt, cum alijs per Carpanum ad Statutum Mediolani 42. num. 33. & infra ver. contrarium in his terminis,* vbi de veriori, & receptiori.

Atque cum ex his apertè conſtet, quod dictus Chriſtophorus de tempore ſibi delatæ hæreditatis, debebat haberi pro bannito, cum de proximo eſſet banniendus ob delictum per ipſum patratum, ante quam ſibi delata eſſet dicta hæreditas, & conſequenter non potuiſſet excludere dictas DD. Violantem, & Eleonoram ab hæreditate dicti Marci, meritò concludendum putaui bene fuiſſe & eſſe iudicatum per D. Iudicem à quo dum declarauit dictum Chriſtophorum non fuiſſe hæredem dicti Marci, niſi pro tertia tantum parte, Prout etiam bene iudicatum exiſtimaui dictum Chriſtophorum potuiſſe ſuccedere in d. 3. parte & de illa teſtari, non obſtante quod deberet haberi pro bannito, quia etiam Bannitus, qui impunè offendi poteſt, ſuccedere, & teſtari de iure communi non prohibetur, vt dixi, partes autem ambas ab ex-
41 penſis abſolui ſtante difficultate articulorum ad notata *per Scribentes in l. properandum. §. ſin autem alterutra, C. de iudicijs, & in l. eum quem temere, ff. eodem titulo.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SPECTABILIS NICOLAI Bandini, cum Spectabili Sebaſtiano eius fratre.

ARGVMENTVM.

Frater an poſſit facere carcerare fratrem pro debito ciuili?

SVMMARIVM.

Fideiuſſor poteſt procedere ad capturam contra principalem, qui non conſeruauit illum indemnem, aliquo, ex modis expreſſis in Statuto Lucenſi 166. lib. 1. num. 1.

Captura facta pro maiori ſumma debet declarari nulla etiam in ſumma debita, num. 2. Etiam ſi exceſſus eſſet in parua ſumma, num. 3. Declara tamen vt numero 4.

Frater non poteſt facere carcerare fratrem pro debito ciuili, num. 5.

Contrarium tamen verius, num. 6.

Quando aliquid reperitur prohibitum à ſtatuto, dicendum eſt contrarium eſſe diſpoſitum de iure communi, num. 7. & 30.

Statuta non debent eſſe ſuperflua, num. 8.

Opinio Doctoris, licet videatur æquior, tamen in iudicando non eſt recedendum à communi opinione, maximè ſi communis opinio haberet fundamentum Gloſæ, nu. 9.

Authoritas Gloſæ eſt maxima, & in iudicando ſequenda, num. 10.

Ferè dictio denotat improprietatem, num. 11.

Theſaurus, deciſ. 119. reprobatur, num. 12.

Prima charitas incipit à ſe ipſo, num. 13.

Socius non poteſt obtinere exequutionem perſonalem contra ſocium, num. 14.

Priuilegium, quod competit ſocio, non poteſt extendi ad fratrem etiam ex maioritate rationis, num. 15.

Iura ſi voluiſſent priuilegiare ita fratres, ſicut ſocios, hoc expreſsè dixiſſent, num. 16.

Inter fratres hodie eſt rara dilectio, num. 17.

Aequitas nulla conſiderari poteſt, quando frater diues recuſat conſeruare indemnem eius fratrem, qui pro eo obligatus reperitur, num. 18.

Socius poteſt obtinere exequutionem perſonalem contra ſocium circa ea, quæ non reſpiciunt intereſſe communis ſocietatis, num. 19.

Frater poteſt obtinere exequutionem perſonalem contra fratrem circa ea, quæ non ſunt inter eos communia, & poſtquam ſunt inter ſe diuiſi, num. 20.

Paulus Apoſtolus cap. 12. ad Romanos non loquitur de fratribus tantum, ſed de omnibus Chriſti fidelibus, num. 21.

Chriſtiani omnes Fide, & Religione ſunt fratres in Chriſto, num. 22.

Deciſio in terminis attendi debet, num. 23.

Opinio Gloſæ communiter à ſcribentibus recepta, & melioribus rationibus fulcita, quam ſit deciſio aliqua ſemper debet ſequi, licèt contra eam fuerit ſemel iudicatum, num. 24.

Opinio Senatus debet præferri opinioni aliorum, num. 25. declara verum quando ageretur de opinione Senatus, & de opinione alicuius particularis Doctoris, ſecus ſi tractaretur de opinione Senatus, & de opinione comm. quia tunc præfertur communis opinio, num. 26.

Opinio æquior contra communem, eſt communi opinioni præferenda, num. 27. Contrarium tamen eſt verius, num. 28.

Opinio minus vera ratione æquitatis tunc debet ſequi, quando concurreret æquitas ſcripta, & in caſu, quo talis æquitas non fuiſſet conſiderata ab ijs, qui communem ſequuti fuerunt, num. 29.

Ex diuerſis non fit illatio, num. 31.

Deciſiones ex diſpoſitione c. Rotæ Lucenſ. 50. non habentur pro legibus, num. 32.

De iure non ſolum ea, quæ ponuntur in deciſione, ſed etiam ea, quæ in ipſamet ſententia continentur per modum cauſæ, non pariunt effectum rei iudicatæ, num. 32.

Non omnia, quæ in deciſione apponuntur debent cenſeri deliberatè appoſita, num. 33.

Multa incidenter, & per viam ampliationis in deciſione apponuntur quæ, dum poſtea de eis principaliter diſceptari contingit, abſurdum eſſet, ſi rationibus

nibus in diſcuſſione negotij perpendendis, non ſubijacerent, num. 34.

Rationes plures quando allegantur, quarum vna ſufficit ad fundandam intentionem allegantis non eſt credendum, quod aliæ ita exactè fuerint examinatæ, & perpenſa, vt in eis tamquam in re firmata, ac deciſa debeat ſolidum fieri fundamentum, num. 35.

Sententia lata ex pluribus cauſis ſufficit ſuſtineri ex vna, quæ vera ſit, num. 36.

Rota Romana ſæpè diſcuſſo negotio recedit ab eo, quod alias in aliqua deciſione incidenter, & perfunctoriè dixit, num. 37.

Rota Romana in ſuis deciſionibus ſæpe ſæpius ſententiam in melius mutauit, num. 38.

Filiusfamilias poteſt intercedere, & fideiubere pro eius patre, de conſenſu illius, ad cuius fauorem fideiubet, num. 39.

Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, numero 40.

Illud quod à principio eſt voluntatis, ex poſt facto eſt neceſſitatis, num. 41.

Ab expenſis partes abſoluuntur ob articuli dubietatem, num. 42.

DECISIO X.

Dominus Illuminatio mea.

PRONVNCIATVM fuit Spectabilem Nicolaum Bandinũ fuiſſe bene captum, & non eſſe relaxandùm è carceribus, donec, & quouſque reddiderit indemnem Spectabilem Sebaſtianum eius fratrem, pro fideiuſſione ſcutorum centum per ipſum præſtita pro dicto ſpectabili Nicolao ad fauorem ſpectabilis Aretini de Podio, & ſecundum præmiſſa male iudicatum per D. Iudicem, à quo, & benè recurſum pro parte di-
cti ſpectabilis Sebaſtiani, quia cum reſpectu huius
partitæ ſcutorum centum, pro qua dictus ſpectabilis Sebaſtianus fideiuſſerat ad fauorem dicti ſpectabilis Aretini pro dicto ſpect. Nicolao, dictus ſpectabilis Nicolaus nõ conſeruauerit indemnem dictum ſpectabilem Sebaſtianũ eius fideiuſſorem
1 aliquo ex modis expreſſis in ſtatuto 166. *lib. 1.* Reliquum erat quod contra ipſum procederetur ad capturam, prout expreſsè diſponitur in dicto ſtatuto, de cuius obſeruantia teſtatur *Magon. deciſ. Lucana 6. ſub num. 25.*

Nec aliquid facere fuit viſum, quod cùm captu-
2 ra eſſet facta pro ſcutis 263. & ſic pro maiori ſumma, quã debebat *Bart. in l. Fulcinius, §. prætor ait, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. Bald. in l. certi cõdictio, §. quoniam igitur num. 8. verſic. ſecundus, ff. ſi certum petatur,* & fuit deciſum in Romana ſpolij 21. Februarij 1600. corã R. P. D. Iuſto, & in alia Aſſiſiẽſi nullitatis ſubhaſtationis 17. Maij 1596. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, in quibus fuit dictum, hoc proce-
3 dere etiam ſi exceſſus eſſet in parua ſumma, quia
4 reſpondetur, quòd prædicta procederent vbi ſumma ſcutorum 263. pro qua dictus ſpect. Nicolaus fuit captus, procederet ex vnica, & indiuidua eius obligatione, pro qua non remaneret verè debitor, niſi de ſcutis centum, quia tunc ſi eſſet conceſſa captura pro tota ſumma dictorũ ſcutorum 263. tamquàm conceſſa pro maiori ſumma deberet declarari nulla in totum. Cæterum vbi eſſet conceſſa pro ſumma, quæ conſtitueretur ex diuerſis partitis ſeparatis, & vna quæque illarum eſſet in iudicio principaliter petita, prout fuit factum in caſu noſtro, vt apparet in inquiſitione, In qua fuit pro parte dicti ſpectabilis Sebaſtiani petitum ſe eximi à dicto ſpectabili Nicolao, à fideiuſſione ſcutorum 108. per ipſum præſtita pro dicto ſpectabilis Nicolao ad fauorem ſpectabilis Gherardi Pacini, nec non pro alia ſumma ſcutorum 55. pro qua fideiuſſerat pro dicto ſpectabile Nicolao ad fauorem ſpectabilis Nicolai Frattæ, & demum pro alia fideiuſſione ſcutorum centum facta pro eodem ſpect. Nicolao ad fauorem ſpect. Aretini de Podio, quæ in totum faciunt dictam ſummam ſcutorum 267. Nam tali caſu concluſio prædicta nõ habet locum, ſed potius debet reſecari exceſſus, quam annullari captura, *vt fuit deciſum in vna Lucana expenſarum 20. Februarij 1621. coram eodem Iuſto, & tradit Mareſcottus in ſuis varijs reſolut. lib. 2. cap. 6. num. 10.*

Nec obſtare putauimus quod frater non poſsit
5 facere carcerare fratrem, & illum detineri in carceribus pro debito ciuili ad tradita *per Theſaurum*
6 *deciſ. 119.* Primò quia quod immò frater poſsit ad inſtantiam fratris arreſtari *firmat Gloſa in l. verum in ver. Fraternitas, ff. pro ſocio,* quam ibi ſequuntur omnes Scribentes, & de communi teſtantur *Albericus, & Fulgoſ. ibi, Gaſpar Beatius Hiſpanus in ſuo tract. de inope debitore cap. 17. num. 80. & ſeq. Nicolaus de Neapoli in §. ſed & ſi quis cum parente, Inſt. de act. & cum eis tranſire videntur Surd. de alimentis tit. 1. quæſt. 78. num. 6. & Scribentes in l. ſi poſt diuortium, ff. ſol. matrimonio,* dum dicunt, ſtatuta diſponere, quod frater pro fratre capi non poſsit, nam ſi hoc eſt diſpoſi-
7 tum à ſtatutis, de iure eſt contrarium, cum alias
8 ſtatuta eſſent ſuperflua, quod non eſt dicendum ad *tex. in l. ſi quando, ff. de legat. 1.*

Secundò quia idem Theſaurus *in d. deciſ. 119. nu. 1. & 3.* Fatetur, quod opinio Gloſæ eſt comm. re-
9 cepta, Vndè quatenus opinio Theſauri videretur æquior, non tamen eſſet in iudicando ab opinione Gloſæ communi approbata recedendum, per ea, quæ diſcuſſo articulo pro veritate ſcribit *Coraſ. in tract. de comm. opinione lib. 2. tit. 9. caſu 19. per totum.* Maximè cum dicta opinio habeat fundamentum.
10 *Gloſæ ad Corneum conſ. 182. num. 3. lib. 1.* Authoritas enim Gloſæ eſt maxima, & in iudicando ſequenda, vt probat *Roland. conſ. 28. num. 29. & ſeq. lib. 4.*

Tertiò quia rationes, quibus monetur Theſaurus ſunt nimis generales, & non ſtringunt, nam dum dicit, quod frater eſt ferè alter, & crudelis eſt, qui carnem ſuam odio proſequitur nihil fa-
11 cit, nam vltra quod dictio ferè denotat improprietatem, *Oldradus conſ. 49. in fine,* adhuc dicimus, quod tantum abeſt, quod dictus ſpectabiles Sebaſtianus poſſit in hoc conſiderari crude-
12 lis, quod, potius ſi hoc facere negligeret, ſuimet immemor videri poſſet cum prima charitas incipiat à ſe ipſo, *l. præſes, C. de ſeruitutibus & aqua.*

Nec

Digitized by Google

Nec obſtare viſum fuit Quod Socius non poſſit
13 obtinere exequutionem perſonalem contra So-
cium, *l. verum ff. pro Socio*, quia reſpondetur quod
14 cum hoc competat Socio ex priuilegio, non po-
teſt tale priuilegium extendi, ad fratrem, etiam ſi
15 in fratre adſit maioritas rationis *l. quod vero ff. de
legibus & ibi Gl.* Nam ſi iura voluiſſent fratribus
hoc priuilegium concedere id apertè dixiſſent,
16 prout fecerunt, quando illud Socio conceſſerunt,
quod cum non fecerint intrare regula *l. vnicæ §. fin.
autem ad deficientes C. de caducis tollendis* præterquam
quod equiparatio illa dictæ legis fundata videtur
in dilectione vt ex *Gl. in principio* colligitur, quæ cũ
17 hodie rara ſit inter fratres *Bartol. in auth. minoris
num. 4. C. qui dare Tutores, vel Curatores Alba conſ. 10.
num. 1. certè nullum poteſt in ea fundamentum fieri.*

Nec obſtare credidimus, quod iſta extenſio ſal-
tem admitti deberet, quia cõuenit æquitati & bo-
nis moribus. nam contrarium diſponitur *in l. quod
vero ff. de legibus* Vltra quod in caſu noſtro nulla
poteſt conſiderari æquitas dum dictus ſpectabilis
18 Nicolaus, qui eſt diues recuſat conſeruare inde-
mnem ſpect. Sebaſtianum eius fratrem, qui pro il-
lo obligatus reperitur, & propterea non ſolum iuri
ſed etiam ſummæ æquitati conſonum fuit hoc be-
neficium ſpectabili Nicolao denegare.

Immò dicimus, quod quemadmodum ſocijs ex
19 tra ea, quæ reſpiciunt intereſſe communis Socie-
tatis non competit hoc beneficium. *Parif. conſ 99.
num. 67. l 3.* Ita et fratres extra ea, quæ dependent
20 à bonis inter eos communibus & poſtquam fue-
runt inter ſe diuiſi, prout ſunt DD ſpectabiles Ni-
colaus, & Sebaſtianus, ab huiuſmodi beneficio ex-
cludi debent ex prædictis.

Nec obſtant authoritates, quæ denique in fine
deciſ. Theſauri afferũtur ex diuina ſcriptura, quia
ſunt nimis generales, & certè ſi ex eis inferri poſſet
ad conceſſionem huius beneficij, illud alicui Chri-
ſtiano denegari nõ poſſet, ſed omnibus eſſet com-
21 mune, nam dum Paulus Apoſtolus ad Romanos
c. 12. dicit. Nemo ſupergrediatur in negotio fra-
trem ſuum, neque vrgebit eum quaſi exactor, &
quod charitatem fraternitatis inuicem diligere
debemus, & ſimilia, non loquitur de fratribus tan-
tum, ſed de omnibus Chriſti fidelibus, prout om-
22 nes fide, & Religione ſumus fratres in Chriſto *c.
ad menſam 12. quæſt. 3.*

Nec dicatur, quod Theſauri deciſio adhuc at-
tendi debet, cum loquatur in terminis, ad tradita
23 per *Menochium conſ. 73. num. 17. & Riminaldum Iun.
conſ. 689. num. 159. &* 160. quia reſpondetur, quod
cum habeamus pro hac parte opinionem gloſæ
24 communiter à ſcribentibus receptam, & meliori-
bus rationibus fulcitam, illa procul dubio ſequen-
da eſt, licet contra eam ſit ſemel iudicatum, vt fir-
mat *Coraſ. de comm. opinione l. 2. tit. 9. caſu 15. per to-
tum.*

Nec obſtat quod opinio Senatus debet antefer-
25 ri opinioni aliorum *Menoch. con. 320. nu. 45. & conſ.
827. num. 3. Ludouic. deciſ. Peruſina 7. numero 19.
Curt. Sen. conſ. 56. col. 3 in fine*, nam reſpondetur hoc
procedere quando ageretur de opinione alicuius
Collegij, & opinione alicuius Doctoris particula-
ris, quia tunc opinio Collegij & ſenatus præferri
26 debet, cœterum tamen ſi ageretur de opinione
alicuius Collegij, & de opinione communi, prout
hic, quia tũc debet præferri communis opinio, *Co-
raſ. de comm. opinione tit. 9. caſu 9. num. 36. & ſeq. l. 2.*
27 Prout etiam non obſtare exiſtimauimus, quod
opinio æquior contra communem communi ſit
28 præferenda; quia contrarium eſt verius, vt patet
ex eodem *Coraſ. vbi ſupra caſu 19. per tot.* vbi in fine
dicit, quod opinio minus vera ratione æquitatis
29 tunc debet ſequi, quando concurrit æquitas ſcrip-
ta, & in caſu, quo talis æquitas non fuiſſet con-
ſiderata ab ijs, qui communem ſequuti fuerunt.

Nec obſtat quod Theſaurus fuerit approbatus
multis in locis, vt per *Riminaldum Iun. conſ. 124. nu.
10.* dum dicit quod multis in locis fuerunt condi-
ta ſtatuta, quod frater non poſſit facere carcerare
fratrem pro debito ciuili, quod habeat cum ipſo
iuxta ipſius opinionem, quia reſpondetur quod
30 immò ex eo, quod in aliis locis vigent huiuſmodi
ſtatuta, clare colligitur quod hoc non diſponitur
de iure comm cum alias talia ſtatuta eſſent ſuper-
flua vt dixi, & conſequenter cum hic non habea-
31 mus talia ſtatuta, nihil ex hoc ad caſum noſtrum
inferri poteſt ad vulgatam *l. Papinianus ff. de mi-
noribus.*

Nec aliquod negotij facere putauimus quod
Rota preterita dictam deciſionem Theſauri cano-
nizaſſe viſa fuerit in quadam cauſa vertente inter
ſpect. Paulum Salgauettum & Venerãdam D. Eli-
ſabertam eius vxorẽ ex vna, & ſpectabilem flam-
minium de Podijs ex altera. Nam vltra quod de-
32 ciſiones ex diſpoſitione c. Rotæ 50. non poſſunt
haberi pro legibus, quod etiam eſt de iure, cum ſit
de iure diſpoſitum, quod non ſolum ea, quæ po-
nuntur in deciſione, ſed etiam ea, quę in ipſamet
ſententia continentur per modum cauſæ non pa-
riant effectum rei Iudicatæ *Bartol. in l. de pupillo §.
ſi is cui num. 4. vbi Caſtrenſ. pariter num. 4. & Alex.
num. 5. ff. de operis noui nunciatione cum alijs per An-
charanum conſ. 417. num. 3.* Adhuc dicimus quod in
dicta deciſione nullum poteſt fieri fundamentum,
nam tantum abeſt, quod dictam deciſionem The-
ſauri canonizauerit, quod immo de ea obiter mẽ-
tionem fecit, cum aliud irrefragabile fundamen-
tum in caſu ſuo pro excluſione capturæ haberet, &
vnus ex Dominis, qui fuit compilator Deciſionis
poſtea in eadem cauſa per plura tenuerit aduerſus
dictam deciſionem Theſauri, & quidem meritò,
33 nam non omnia, quæ in deciſione apponuntur
cenſeri debent deliberatè appoſita. Multa enim
incidenter, & per viam ampliationis apponuntur
34 quæ, dum poſtea de eis principaliter diſceptari
contingit, nimis abſonum eſſet ſi rationibus in di-
ſcuſſione negotij perpendendis non ſubiacerent,
35 Quando enim plures rationes allegãtur, quarum
vna ſufficit ad corroborationem intentionis alle-
gantis, non eſt credendum, quod aliæ ita diligen-
ter, & exactè fuerint examinatæ, ac perpenſæ, vt in
eis, tamquam in re firmata, ac deciſa debeat ſoli-
dum fieri fundamentum, ad tradita *per Curtium
Iuniorem conſ. 119. num. 2. & per Hondedeum conſ. 61.*
36 *num. 15. l. 2.* Maximè cum ſententia lata ex pluri-
bus cauſis ſufficiat ſuſtineri ex vna, quę vera ſit
Alex. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 50. & ſeq. ff. de
ver.

37 *verborum oblig.* Et qnod Domini de Rota ſæpè di-
ſcuſſo negotio recedant ab eo, quod alias in ali-
qua diſcuſſione incidenter, & perfunctoriè dixe-
38 rint docet *Cornazanus dec.97. num.10. & 11.* & le-
gimus etiam ipſam Rotam Romanam in ſuis de-
ciſionibus ſæpè ſæpius ſententiam in melius mu-
taſſe.

Quod verò attinet ad alias ſummas exiſtimauimus benè Iudicatum per D Iudicem à quo, dum pronunciauit capturam nullam, quia pro fideinſſionibus ſcut.108. & ſcutis 55. præſtitis per dictum ſpectabilem Sebaſtianum pro d. ſpect. Nicolao ſatis videtur pro parte d. ſpect. Nicolai adimpleta, & obſeruata diſpoſitio dicti ſtatuti, 166. *lib.* 1. per promiſſionem ſpect. Laurentij Filij dicti ſpectabilis Nicolai factam ad fauorem dicti Spect. Sebaſtiani, & conſequentet non poterat ex cauſa dicti ſtatuti ſub prætextu non adimplementi contta ipſam procedi ad perſonalem exequutionem, & capturam,

Nec obſtare putauimus quod dictus Laurẽtius
tamquam filiusfamilias non potuerit intercedere
pro dicto ſpect. Nicolao eius patre, quia cum di-
ctus ſpect. Laurentius promiſiſſet pro dicto ſpect.
39 Nicolao de conſenſu dicti ſpect. Sebaſtiani & di-
cta ſatisdatio fuerit a dicto ſpect. Sebaſtiano acce-
ptata, prout de tali acceptatione conſtat ex pro-
ductione Inſtrumentorum dictarum cautionum
in iudicio ad *Decium conſ.413.num.19. cum alijs per*
Pariſium conſ.125.num.20. certè non poterat dictus
ſpectabilis Sebaſtianus hodie contra dictam cau-
40 tionem aliquid opponete ex illa vulgata regula,
Quod ſæmel placuit amplius diſplicere nõ poteſt,
et quod illud quod à principio eſt volũtatis, ex poſt
41 facto eſt neceſſitatis. *reg. quod ſemel, de regulis Iuris*
in 6. & l. ſicut C. de act. & obligat.

Atque ex his fuit concluſum d. ſpect. Nicolaum fuiſſe detinendũ in carceribus, donec, & quouſque redderet indemnem dictum ſpectabilem Sebaſtianum pro fideiuſſione à dicto ſpect. Sebaſtiano præſtita ſcutorum 100. pro dicto ſpectabili Nicolao ad fauorem ſpect. Aretini de Podio.

42 Ambas autem partes ab expenſis abſoluimus ob
articuli dubietatem *ad tex. in l. eum, quem temere*
ff. de Iudicijs, & ibi notata per Doctores.

Laus Deo atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. AGNETIS . . . , CVM D. Catherina Pierotti De Pardinis.

ARGVMENTVM.

Mors an probetur per teſtes abſque citatione partis receptos?

SVMMARIVM.

Prior in tempore potior in Iure, num. 1.
Mors probatur per teſtes, qui dicunt vidiſſe aliquem mortuum, num. 2.
Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam abſque citatione partis non probãt, num. 3.
Mors probatur per teſtes, etiam ſine citatione partis receptos, num. 4.
Pro legato domus maternæ non poteſt agi hypothecaria, niſi doceatur, Domum cõtra quam agitur ſit domus materna, nu. 5.
Narratiua verba principaliter, & propter ſe emiſſa, quando exprimunt certam cauſam in actu obligatorio inducunt probationem, & confeſſionem, numero 6.
Inſtantia Intelligitur prorogata per decem dies vtiles per aduentum ſucceſſorum, vbi ſupererat aliqua dies de inſtantia, num. 7.
Inſtantiæ tempus currit de tempore meſſium, num. 8. Intellige ſi à partibus eſſet expreſſè ferijs renunciatum, num. 9.
Meſſium tempore ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſis cap. 12. lib. 1. non poteſt procedi in cauſis ciuilibus, numero 10.
Ex diuerſis non fit illatio, num. 11.
Habens primam ſententiam pro ſe, ſi poſtea ſuccumbat non condemnatur in expenſis, num. 12.

DECISIO XI.

Dominus illuminatio mea.

OBTINVERAT D. Chatetina Pierotta de Pardinis pronũciari eueniſſe caſum teſtitutionis, ſeu aſſecutationis eius dotis & ſucceſſiuè Domum, de qua agitur, fuiſſe, & eſſe ſibi hypothecatam, & condemnati D. Agnetem detentricem illius ad illam ſibi dimittendam, & latins prout in ſententia ad eius fauorem per D. Iudicem à quo lata. Sed cum à dicta ſententia fuiſſet pro parte d. D. Agnetis appellatum, & cauſa introducta in Rota. Fuit pet Dominos exiſtimatum, dictam ſententiam eſſe reformandam, pront reformauimus, pronunciãdo dictam D. Agnetem habere meliora, & potiora iura ſuper dicta domo pro ſumma ſcutorum quatuorcentum, videlicet pro ſcutis ducentum ſibi legatis à.q. D. Catherina Suinigia eius Matre pro eius dote, nec non pro alijs ſcutis 200. relictis ab ea D. Cathetina Suinigia D. Vrſulæ eius Filię, & ſorori teſpectiuè d. Dominæ Agnetis, in quib. poſtea per mortem d. D. Vrſulæ ſucceſſit d. D. Agnes iuxta diſpoſitionem d. D. Catherinæ Teſtatricis, & proprerea d. D. Agnetem pro dicta ſumma ſcntorum qnatuorcentum prẽferẽdam eſſe dictæ D. Catherinæ Piætottæ, Saluis tamen Iuribus eidem D. Catherinæ ſuper dicta Domo pro ſcutis 200. ſibi debitis pro eius dote, ſiue eorum concurrenti quantitate, quatenus per peritos per dictas partes infra menſem eligendos fuiſſet repertum dictam Domum excedere valorem dictorum ſcutorum 400. debitorum d. Dominæ Agneti, approbando, & confirmando in reliquis dictam ſententiam D. Iudicis à quo.

Et ratio, qua domini moti fuerant ad ità decidendum illa fuit, Quia cum d. Domina Agnes. cã pro ſcutis 200. ſibi legatis ab eius matre, quam

pro

pro alijs ſcutis 200. ſibi acquiſitis per mortem D.
Vrſulæ eius ſororis haberet anteriorem hypothe-
cam ſuper dicta domo, quam haberet dicta D. Ca-
therina Pierotta pro ſuis ſcutis 200. certè non po-
teſt dubitari, quin eſſet præferenda ad vulgatam
regulam, qui prior de regulis iuris in 6.

1 Quod aũt d. Agnes haberet potiora iura pro di-
cta ſumma ſcutorum 400. quam d. Do. Catherina,
patet, quia ſcuta 200. fuerunt ſibi legata de anno
1603. & alia ſcuta 200. ſibi obuenerunt per mor-
tem Dominæ Vrſulæ eius ſororis de anno 1605. &
ſic lõgè ante, quam dicta Catherina haberet obli-
gata bona Franciſci eius viri, pro reſtitutione ſua-
rum dotium, cum matrimonium inter dictũ Fran-
ciſcum, & ipſam Catherinam fuerit celebratum de
anno 1609. & obligatio ſibi facta ab eius viro de
anno 1610.

Quod autem dicta D. Vrſula eius ſoror deceſ-
ſerit de anno 1605. apparet probatum per Ve-
nerandam D. Margaritam Guidiccionam Lauren-
tiam olim Laurentij Gallinæ de Braneulo, & Dio-
neam olim Nicolai Martini, quia cum omnes præ-
fatæ mulieres deponant quod viderint de anno
2 1605. dictam Vrſulam mortuam non poteſt dub-
bitari, quia probent eius mortem *Bartol. in l. Labeo
nu. 7. ff. de ſupellectili legata, & in l. ſciendum nu. 6.
ff. de verborum obligat.*

3 Nec obſtare putatum fuit, quod enim prædicti
teſtes eſſent examinati ad perpetuam rei memo-
4 riam ſine partis citatione non probarent *iux. tex.
in l. ſi quam C. de t. ſtib. cum ſimilibus*, quia quod im-
mò mors probetur per teſtes receptos, etiam ſine
citatione partis tradit *Bald. in cap. quoniam frequenter
§. porrò, vbi Felin. nu. 24. verſ. & dicit Bald. vt lite non
conteſtata.*

5 Prout etiam non fuit viſum obſtare quod dice-
batur d. Agnetem non potuiſſe agere hypotheca-
ria pro d. legato ſuper dicta Domo, cũ non docue-
rit dictam Domum eſſe maternam ad *gl. in §. noſtra
autem conſtitutio inſtit. de legatis*, quia quod immò di-
cta Domus ſit de bonis maternis patet ex narrati-
ua, & præfatione facta à dicto Franciſco, dum il-
6 lam aſſignauit D. Agneti in diuiſione bonorum
maternorum; Nec eſt dubium quin verba nar-
ratiua, principaliter, & propter ſe omiſſa, quando
exprimunt certam cauſam in actu obligatorio in-
ducant probationem, & confeſſionem, quæ ſupe-
ret omnes alias probationes *Imola in l. ex hac ſcri-
ptura nu. 9. vbi Roman. nu. 14. & Socc. Iun. nu. 78. in
fine de donat.*

Nec aliquod fundamentum fieri poſſe exiſti-
matum fuit circa peremptionem Inſtantiæ, quia
immo ex calculo facto coram nobis apparuit vſ-
que ad ferias meſſium inſtantiam non fuiſſe pe-
remptam, ſed de illo tempore ſtante prorogatione
7 facta per D. Iudicem, adhuc ſupereſſe tres ſeſſio-
nes, quæ poſtea per aduentum ſucceſſorum ad for-
mam *cap. 11. lib. 5. ſtatut.* fuerunt prorogatæ vſque
in decem ſeſſiones, vnde non potuit dubitari,
quin proceſſus fuiſſet publicatus in tempore.

8 Nec aliquid tandem facere viſum fuit, Quod
de tempore meſſium currat tempus ad *Baldum
conſ. 6. per totum lib. 1. quia in caſu Baldi hoc ideo eue-
niebat*, quia à partibus fuerat expreſsè ferijs renun-
ciatum, vnde cum in caſu noſtro non ſolum non
conſtet de aliqua renunciatione; ſed immo habea-
mus ſtatutũ, quod tempore meſſium nõ poſſit pro-
cedi in cauſis ciuilibus, vt expreſſe diſponitur *in
cap. 12. lib. 1.* certè ſatis patet quod nullum funda-
mentum fieri poteſt in dicto cõſilio, cum ex diuer-
ſis non fiat illatio ad vulgatam *l. Papinianus ff. de
minoribus.*

Excuſata autẽ fuit dicta Catherina Pierotta ab
expenſis, quia habebat primam ſententiam pro
ſe *iux. notata per gl. in l. generaliter §. item ſi iudex vbi
Salicetus C. de rebus creditis, & in l. properandum §. ſin
autem alterutra C. de iudicijs, cum alijs per Cæſarem
Barzium decif. 113. nu. 11. vbi de comm.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA CAPITANEI IOANNIS *Arrigi de Turre cum Scipione de Syluis.*

ARGVMENTVM.

Confirmari an poſſit ſententia nulla etiam om-
miſſa cognitione nullitatis, quando con-
ſtat de bono iure.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum habet exequtionem paratam, num. 1.
*Proceſſus inordinatus ſuſtinetur vbi debitum eſt ve-
rum, num. 2.*
*Sententia nulla poteſt confirmari ſi ceſſet in ſecunda
prior cauſa nullitatis. num. 3.*
*Iudex appellationis tenetur confirmare ſententiam nul-
lam etiam omiſſa cognitione nullitatis, quando con-
ſtat de bono iure, & in ſecunda ceſſet prior cauſa
nullitatis, nu. 4. etiam ſi nullitas proueniat ex defe-
ctu iuriſdictionis. nu. 5.*
*Sententia nulla ex defectu citationis poteſt confirmari, &
reformari per iudicem appellationis ſiue nullitatis vbi
conſtat eandem ſententiam quoad merita cauſæ in ſe
continere iuſtitiam, num. 6.*
*Maximè vbi pars non ſciret aliud allegare, niſi quod non
fuit citata, nec deduceret aliquid releuans quod dixiſ-
ſet, vel propoſuiſſet ſi citata fuiſſet, nu. 7.*
*Sententia nulla non poteſt confirmari quando nullitas
fuit principaliter intentata, num. 8.*
*Datia in recurſibus nullitatum eſt ſcutorum duorum, nu-
mero 9.*
Datia in recurſibus ab exceſſu, eſt bonenorum, 47. nu. 10.
Datiam integram non ſoluens non debet audiri, num. 11.
*Inſtrumentum facit probationem probatam, & rem ma-
nifeſtam, num. 12.*
*Interponens recurſum abſque legitima cauſa condemnatur
in expenſis, num. 13.*
*A pronuncia de præcepto, ſiue termino exequendi affir-
matiuo ſi quis recurrat, & in tali recurſu ſuccumbat
debet vigore c. Rotæ Lucen. 53. condemnari non ſo-
lum in expenſis, ſed etiam in quarta parte intereſſe, &
valoris cauſæ loco pœnæ, num. 14.*

DE

DECISIO XII.

Dominus Illuminatio mea.

IN cauſa recurſus interpoſiti à D.
Capitaneo Ioanne Arrigo de Tut
reà pronuncia lata per D. Iudi-
cem à quo ad fauorem Scipionis
de Siluis, dum pronunciauit ter-
minum decem dierum fore, & eſ-
ſe exequendum tam contra d. D.
Capitaneum principalem, quam contra eius fide-
iuſſorem, pro ſorte principali, & expenſis, Fuit di-
ctum bene fuiſſe & eſſe ſententiatum per d. D. Iu-
dicem ad fauorem dicti Scipionis, & malè recur-
ſum pro parte dicti D. Capitanei, quia cum de cre-
1 dito dicti Scipionis conſtaret per publicum inſtru-
mentum non poterat dubitari, quin illius exe-
quutio dicto Scipioni eſſet concedenda. *Brous
conſ. 85. num. 1. l. 2. Bocc. conſ. 17. num. 1. cum alijs per
Boer. dec. 295. num. 1.*

Nec fuit iudicatum obſtare quod dicebatur
ſententiam fuiſſe nullam, ex quo dictus Capita-
neus non fuerat citatus quia immò ſuſtinetur pro-
2 ceſſus inordinatus, vbi debitum eſt verum *l. fin. §.
fin. ff. de eo, quod metus cauſa Alex. conſ. 73. num. 1 1. l.
6 Rota decis. 151. num. 5. par. 2. diuerſ. Innoc. in cap. 1.
vbi etiam Dec. in fine, de confirmat. vtili vel inutili.
Francus poſt Butrium in c. d. lecto quæſt. 41. de appellat.
Alex. conſ. 122. num. 13. l. 2. vbi dicit*. quod ſenten-
3 tia nulla poteſt confirmari, ſi eſſet in ſecũda prior
cauſa nullitatis *& conſ. 181. num. 15. lib. 6. vbi dicit,*
4 quod Iudex appellationis tenetur illam confirma-
re etiam omiſſa cognitione nullitatis, & benè
idem *Alex. conſ. 111. num. 2. 3. & 4. l. 5.* qui loquitur
5 de nullitate ex defectu Iuriſdictionis, cuius conſi-
lium fuiſſe per Rotam Romanam canonizatum
teſtatur *Achilles dec. 4. de ſententia, & re iudicata,
vbi* ſententia confirmans aliam ſententiam nul-
lam etiam ex defectu Iuriſdict. eſt valida, & tranſit
in iudicatum, & ſequitur *Rota dec. 7. de re iudicata in
antiquis.*

Et in puncto ſententiæ nullæ ex defectu citatio-
6 nis, quod poſſit confirmari, vel reformari per Iu-
dicem appellationis ſiue nullitatis, vbi conſtat eã-
dem ſententiam quoad merita cauſæ in ſe conti-
nere iuſtitiam poſt alios, quos allegat tradit *Van-
tius de nullitatibus ſententiæ tit. quibus modus ſententiæ
nullitas defendi poſſit num. 129.* Quæ omnia eo ma-
gis nobis in caſu noſtro procedere viſum fuit, cum
prædictus Capiuaceus nihil aliud ſciuerit allega-
7 re, niſi quod non fuerit citatus, nec deduxerit ali-
quod releuans quod dixiſſet, vel propoſuiſſet, ſi ci-
tatus fuiſſet, quia quod tali caſu non ſit audiendus
tradit *Alex. in l. non ſolum §. morte col. 15. ff. de noui
operis nunciatione relatus per Vantium vbi ſupra nu-
mero 108.*

Nec aliquid facere viſum fuit. Quod cum fuerit
8 de nullitate principaliter actum, ſententia nõ po-
tuerit confirmari ad tradita *per Aymon conſ. 270.
num. 7. in fine*, quam cum dictus D. Capitaneus non
ſoluerit datium ſcutorum duorum *Iux. c. 131.* Ro-
9 tæ, quod loquitur de recurſu nullitatum, ſed ſolum
Bononenos 47. Iux c. 53. quod loquitur de recurſu
10 ab exceſſu, & nouo grauamine, certè dictus Capit.
ſuper aſſerta nullitate non potuit audiri, cum non
11 ſoluerit integram datiam *Iux. decreta de hac mate-
ria loquentia, ad tradita per Borgninum deciſ. 11. par-
te prima.*

Nec dicatur quod ſaltem erat cognoſcendum
ſuper exceſſu, quia vltra quod dictus Capitaneus
inſtetit cognoſci ſolum ſuper nullitate, adhuc di-
cimus, quod hic nullus potuit conſiderari exceſſus
cum de debito dicti Capitanei, pro quo fuit con-
ceſſa exequutio appareret, prout apparet per pu-
12 blicum inſtrumentum, quod facit probationem
probatam, & rem manifeſtam *Bartol. in l. 1. num. 8.
& ibi Iaſon num. 10. de operis noui nunciatione cum alijs
per Aymon. conſ. 10. num. 7.*

13 Atque cum ex his ſatis conſtet nulliter, & abſ-
que vlla legitima cauſa fuiſſe per d. Capitaneum
à d. pronuncia recurſum, meritò ipſum etiam in ex-
penſis condemnauimus vna cum quarto pluri. *Iux.
formam c. Rotæ 52. in ver. debeant etiam.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. DOROTHEAE CARDOSAE cum D. Philippa de Gallicano.

ARGVMENTVM.

Cautionem Mutianam an teneatur pręſtare mu-
lier, cui fuit Legatus vſusfructus ſtan-
te ipſa in vita viduili.

SVMMARIVM.

Cautionem Mutianam præſtare non tenetur mulier, cui fuit legatus vſusfructus, ſtante ipſa in vita viduili, num. 1.

Conditio ſeruandi vitam viduilem in legato vſusfructus appoſita intelligitur diſtributiuè, videlicet quandiu vitam vidualem ſeruauerit, num. 2.

Procliuitas Teſtatoris, quod voluerit facere legatum vſusfructus temporale, ex quibus colligatur, num. 3.

Conſuetudo Bulgaris non procedit quando Teſtator legauit vſumfructum bonorum omnium eius vxori, ſeu ſuæ ſorori, ipſa remanente in viduitate, & caſu quo vellet, ad ſecunda vota tranſire reliquit ei ſolum dotem, num. 4.

Conſuetudo Bulgaris non habet locum vbi teſtator voluit ſororem capere integrum vſumfructum, num. 5.

Statutum loquens de vxore non extenditur ad ſororem. num. 6.

Extenſio de perſona ad perſonam non fit in ſtatutis etiam ex identitate rationis num. 7.

Conſuetudo Bulgaris ceſſat per mortem Filij, num. 8.

Cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, tunc demum debet præſtari ſi fuerit petita, num. 9.

Etiam ſi ſtatutum Mandaret reſtitui fructus perceptos ante præſtitam cautionem, num. 10.

Lex, & ſtatuta quando mandant aliquod fieri ſemper intelligitur ſi fuerit petitum, num. 11.

Rectores hoſpitalium tenentur ſingulis annis rationem redde-

reddere ſi ſint requiſiti, numero 12.

Deuolutio ob canonem non ſolutum tunc demum habet locum ſi declaretur, num. 13.

Pœna impoſita Iuditi aliquid non facienti intelligitur, ſi fuerit requiſitus, num. 14.

Iudex negligens facit litem ſuam ſi ſit requiſitus, numero 15.

Magiſtratus non dans tutorem, vel curatorem, ita demum tenetur ſi interpellatus fuerit, num. 16.

Proceſſus ſine iuramento calumniæ non valet ſi iuramentum fuerit petitum, num. 17.

Nominatus, & graduatus beneficium petere debet, ſi poſtulatum fuerit, num. 18.

Vſufructu integro mulieri relicto, ſi adſunt extranei intelligitur deducto vſufructu pro quarta Trebellianica, ſi verò adſunt filij intelligitur deducta legitima, nu. 19.

Partes ab expenſis abſoluuntur ob mutuam victoriam. num. 20.

DECISIO XIII.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

SENTENTIAM D. Commiſſarij Gallicani latam ad fauorem D. Philippæ, dum pronunciauit D. Dorotheam teneri ad præſtandum vſumfructum bonorum, de quibus agitur D. Filippæ, & ad reſtitutioné omnium fructuum ex dictis bonis per ipſam perceptorum ſaluo iure dictæ D. Dorotheæ hæredi Ioannis olim eius viri detrahendi ex dicto vſufructu legitimam debitam dicto Ioanni, in bonis Pucci, eius patris, qui dictum vſumfructum dictæ Philippæ reliquit vnà cum fructibus decurſis à die mortis dicti Ioannis, vſque ad præſentem diem, & latius prout in ea. Confirmandam eſſe fuit per Dominos concluſum, licèt per dictam Philippam non fuerit præſtita Cautio Mutiana, nec ſatisdatum de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri iux. formam ſtatuti 36. *lib. 2.*

Nam quod ſpectat ad Cautionem Mutianam
Rota cenſuit quod cum dictus vſusfructus fuiſſet
ei legatus ſtante ipſa in vita viduili dicta Philip-
pa illam præſtare non teneretur cum tale lega-
1 tum reſoluatur, donec vidua maneat, quo caſu nō
tenetur fructus perceptos reſtituere, vt in puncto
tradunt *Alciatus in l. Stichum. verſ. exiſtimauerim, ff.
de leg. 1. & Bald. conſ. 267. ſub nu. 4. lib. 5.* vbi dicit,
quod illa conditio ſeruando vitam viduilem in-
2 telligitur diſtributiua, vt ſit ſenſus, quandiu vitam
viduilem ſeruauerit, quia voluntas Teſtatoris pro-
cliuior videtur eſſe vt intelligatur, obſeruando,
ideſt, donec obſeruauerit.

3 Et iſta procliuitas in caſu noſtro eo magis colli-
gitur, quia teſtator in fine dicti legati dixit, *Ma vo-
lendo lei maritarſi, dou eſſe per ſua dote hauere ſolamen-
te ſcudi cento di bolognini ſettantacinque per ſcudo,* quia
cum in caſu, quo nuberet ei legauerit ſcutos cen-
tum videtur eius intentionē fuiſſe legandi dictum
vſumfructum ad tempus, & non induxiſſe perpe-
tuam viduitatem.

Atque ex hoc fuit viſum tolli etiam ſecundum
obiectum, quod ex conſuetudine Bulgari, & ex di-
ſpoſitione ſtatuti 36. l. 2. in omni caſu dictum lega-
tum reſtringeretur ad alimenta, nam dicta conſue-
tudo, & ſtatutum non procedunt quando teſtator
legauit vſumfructum omnium bonorum eius vxo-
ri, vel ſorori ipſa remanente in viduitate, & caſu
4 quo vellet ad ſecunda vota tranſire reliquit ei ſo-
lum dotem, quia cum ex hac diuerſitate legatorum
manifeſtè detur intelligi teſtatorem voluiſſe ſo-
rorem ſuam pinguius, legatum accipere ſi vidua
permaneret, quam ſi ſecundas nuptias cōtraheret,
non poteſt hoc caſu dici, quod legatum vſusfructus
omnium bonorum ad alimenta reſtringatur, quia
ſecundum iſtum ſenſum plus emolumenti vxor eſ-
ſet habitura, ſi ſecundò nupſerit, quam ſi vitam vi-
dualem ſeruaret, ſi legatum reduceretur ad ali-
menta, quod manifeſtè repugnat voluntati Teſta-
toris, *Dec. conſ. 485. num. 11. & conſ. 537. num. 8. &
conſ 620. num 6. verſ. 2. principaliter, cum alijs per Ga-
brielem de vſufructu concl. 2. num. 40. quem ſequitur Il-
luſtriſ. Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib 9. tit. 7. n. 30.*

Et eo magis datur intelligi in præſenti caſu quod
5 Teſtator voluerit ſororem ſuā percipere integrum
vſumfructum, cum ei permiſerit alienationem di-
ctorum bonorum non ſecus, ac potuiſſet facere di-
ctus Teſtator, abſque eo quod hac de cauſa potuiſ-
ſet moleſtari, & inquietari, nam vbi apparet quod
teſtator voluerit ſororem capere integrum vſum-
fructum etiam filijs inſtitutis, tunc debet habere
integrum vſumfructum, non obſtāte dicta conſue-
tudine Bulgari, ſeu Statuto, *Decius conſ. 418. num. 1.
Paul. de Caſtro conſ. 218. num. 1. lib. 1. Alex. conſ. 214.
in fine lib. 6.*

Vltra quod dictum ſtatutum loquitur de vxore,
& non de ſorore, quod propterea non poteſt ha-
6 bere locum in vſufructu legato ſorori, cum in ſta-
tutis non fiat extenſio de perſona ad perſonam,
7 etiam ex identitate rationis, *Bald. in l. illud & ibi cæ-
teri, C. de collat. Dec. conſ. 451. in fine, Pariſ. conſ. 47 num.
27. & 28. l. 3. Soc. conſ. 30. num. 15. lib. 1. & conſ. 9. per
totum lib. 3.*

Et prædicta in caſu iſto carere omni difficultate
viſa fuerunt, ſtante quod per mortem dicti Ioannis
8 ceſſauerit dicta conſuetudo, *Bart. in l. Titia Textores.
§. Titia cum nuberet, num. 8. verſ. 2. aduerte, ff. de leg. 2.
Socin. conſil. 210. colum. 1. verſ. Sed in contrarium lib. 2.
Pariſ. conſ. 97. num. 16. & ſeq. lib. 1.*

Et hæc quoad cautionem Mutianam. Quod
vero ſpectat ad cautionem de vtendo, & fruendo
arbitrio boni viri pariter fuit iudicatum ex illius
non præſtatione, nullum præiudicium ſibi fuiſſe
illatum, cum non fuerit petita, quia tunc demum
9 dicta cautio debet præſtari, quando fuit petita.
*l. pero, § fratre, ibi ſi cautio non fuerit poſtulata, ff. de
legat. 2. Bartol. in l. vſufructu, num. 7. verſic. quid di-
cemus, C. de vſufructu, Bald. in l. 1. num. 15. C. eodem
tit. latiſſimè. Dec. conſil. 607. num. 2. Ruinus conſil. 91.
num. 10. lib. 2.* vbi loquitur in fortiori caſu, quando
10 videlicet ſtatutum mandat reſtitui fructus perce-
ptos ante præſtitam cautionem, & dicit quod nihi-
lominus intelligitur quando fuit à parte petita, *So-
cin. iun. conſ. 72. num. 8. lib 2. Natta conſ. 477. num. 1.
Surd. conſ 360. num. 35. lib. 3. Bald. in §. 1. num. 4. In-
ſtit. de vſufructu. Borgnin. de vſufructu, num. 89. poſt me-
dium,*

Digitized by Google

dium, verſ. tamen alia ratione, & nu. 142. ibi parte petēte.

11 Et hoc ex illa generali regula, quòd vbi lex ſiue ſtatutum mandat aliquod fieri, ſemper intelligitur ſi fuerit petitum, *l. ſi quis filium, §. ſtipulatio, ff. de collat. bonorum cap. 1. de ſenten excomm. in 6. Felin. in cap. ſin autem de reſcriptis. Dec. in cap. licet cauſam colum. 9. de probat. Ripa in l. 4. § hoc autem iudicium num. 5. & ſeq. ff. de damno infecto, & ſequitur Surd. conſ. 360. num. 27. lib. 3.*

12 Hinc licèt Rectores hoſpitalium teneantur ſingulis annis rationem reddere, tamen hoc intelligitur verum ſi fuerit requiſiti *Clem. quia contingit, §. vt autem verſ. ſingulis annis de relig. Alex. conſ. 1. nu. 5. lib. 7. Surdus conſ. 380. num. 34. lib. 3.*

13 Hinc ad hoc vt deuolutio propter canonem non ſolutum habeat locum, debet à Domino declarari *l. 2. C. de iure emphiteutico, & ibi Doctores, vbi Bartol. num. 1. Bald. num. 1. in fine. Angel. num. 4. & Salicetus in 3. not. num. 2. Iaſon n. 6. in 5. not. & in authent. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſijs, cum alijs per Tiraquellum in l. ſi vnquam in ver. reuertatur, num. 10. & ſeq. qui latè proſequitur, & declarat.*

14 Hinc etiam pœna impoſita Iudici aliquid non facienti intelligitur ſi fuerit requiſitus, *Abb. in cap. penult. num. 19. de Iudicijs.*

15 Hinc etiam licet Iudex negligens faciat litem ſuam, tamen non dicitur negligere quando pars non petit. *Felin. in cap. ſi autem num. 4. ver. Et dicit Bald. de reſcriptis;* vbi dicit, quod licet Iudex teneatur ſi cauſas, quas potuit expedire, ſucceſſori reſeruauerit, id tamen eſt intelligendum ſi pars inſtiterit, quia licet iudicare ſit in Iudice, tamen ſi non iudicat adſcribitur culpæ parti, quæ non petiſt, & non Iudici.

16 Item Magiſtratus, qui non dedit Tutorem, vel Curatorem, ita demũ tenetur ſi interpellatus fuerit *l. 1. §. Magiſtratibus de Magiſtratibus conueniendis.*

Hinc etiam, quod dicitur non valere proceſſum
17 ſi iuramentum calumniæ non præſtetur; Intelligitur ſi fuerit petitum *l. 2. §. ſed verum, C. de iureiurando propter calumniam dando cap. 1. eodem tit. in 6.*

Et hinc denique eſt, quod Nominatus, & gra-
18 duatus beneficium debet petere per ſe, vel per alium ſuo tamen nomine ſi velit obtinere, alioquin collatio alteri facta tenebit. Hoc enim Iudicium dicit Iuriſconſultus certam conditionem habet ſi poſtulatum fuerit *l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto.*

Confirmauimus etiam dictam ſententiam in ea parte, in qua fuit reſeruatũ d. D. Dorotheæ ius deducendi legitimam Ioannis eius viri de dicto vſu-
19 fructu, quia tam quando ſunt inſtituti extranei, quam quando filij, ſi mulier habet habere integrum vſumfructum, in filijs intelligitur deducta legitima, in extraneis deducto vſufructu pro quarta Trebellianica, ſiue Falcidia, *l. omnium, ff. de vſufructu; & ſequitur Paul. de Caſtr. d. cõſ. 218. n. 2. in fine lib. 1.*

20 Ab expenſis autem partes ambas abſoluimus ob mutuam victoriam *ad tex in l. properandum, §. ſin autem alterutra de iudicijs. Menoch. de arbitr. iudicum lib. 2. c. 177. cum alijs per Barzium decif. 47. num. 27.*

Laus Deo atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA ANTONII PLEBIS Montis Villæ cum Bartholomeo Baſtiani de eodem loco.

ARGVMENTVM.

Dominium in Iudicio rei vendicationis, an debeat concludenter probari?

SVMMARIVM.

Dominium in Iudicio rei vendicationis debet concludenter probari, num. 1.

Dominium Teſtatoris cenſetur translatum in eius hæredem, num. 2.

Bannitus qui poteſt impunè offendi vigore ſtatuti eſt priuatus omnibus beneficijs à ſtatuto conceſſis, numero 3.

Sorores de iure communi ſuccedunt eorum fratri ſimul cum eorum fratre ſuperſtite, num. 4.

Ratificaſſe dicitur filius venditionem factam ab eius patre recipiendo precium rei venditæ ab eius patre, num. 5.

Nepos non poteſt ſuccedere eius patruo ab inteſtato, niſi per repræſentationem ſui patris, num. 6.

Succeſſio non fit per ſaltum, num. 7.

Sublata media perſona non poteſt ſequens perſona admitti, num. 8.

Medium inhabile impedit extrema coniungi, numero 9.

Excluſa Matre à ſucceſſione inteſtati cenſetur excluſus & ipſius matris filius, num. 10.

Ratificata non poteſt dici venditio facta de aliqua re per receptionem precij, quando venditio non fuit facta, nomine meo nec ego ſciebam dictam rem ad me ſpectare, num. 11.

De teſtamento vbi apparet non poteſt de inteſtati ſucceſſio re quari, num. 12.

De Dominio emptoris non poteſt dici conſtare, vbi non conſtat de Dominio venditoris, num. 13.

De Dominio actoris conſtare plenè debet, vbi agitur rei vendicatione contra tertium, num. 14.

Plena probatio actoris eneruatur per ſemiplenam probationem Rei, quando probationes tendunt ad diuerſum finem, num. 15.

Non repugnant iſta, quod quis tanquam proximior ſucceſſeris alieni, & nihilominus non ſucceſſerit in aliqua re particulari, ex qua iam eſſet per Teſtatorem alieni tradita, num. 16.

Sententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij operatur quod Actoris iura non pereant, & quod poſſit Actor iterum de iuribus ſuis experiri, & melius ſuam intentionem fundare, num. 17.

Rei frequenter abſoluuntur in Rota Lucenſi ab obſeruatione Iudicij, ne actorum iura pereant, numero 18.

Bis ex eiſdem ſuccumbens ab expenſis non excuſatur, num. 19.

Digitized by Google

DECISIO XIV.

Dominus illuminatio & ſalus mea.

SENTENTIAM Domini Commiſſarij Burgi Iudicis à quo, in qua abſoluit Bartholomeũ Baſtiani de Plebe Montis Villæ ab obſeruatione Iudicij, ſaluo iure Antonio Actori iterum agendi. Confirmandam eſſe fuit per Dominos vnanimi voto concluſum, quia dictus Antonius intentauit iudicium Rei vendicationis, & non probauit Dominium Domus, de qua agitur
1 eſſe penes ipſum prout concludenter omninò probare debebat ad effectum obtinendi in hoc iudicio, *Iaſon in §. omnium num. 66. & 76. cum ſeq. Inſtit. de act. Abbas conſ. 17. num. 1. verſ. nam rei vendicatio par. 2. cum alijs per Speculatorem de cauſa poſſeſſ. & proprietatis §. 4. num. 13.*

Nec obſtare viſum fuit, quòd cum dicta Domus eſſet in bonis Oliuerij, cui hæres extitit Nutus eius frater, cum dictus Oliuerius deceſſerit ſine filijs, & dictus Antonius Actor illam emerit à dicto Nuto, vt conſtat ex inſtrumento publico ſub die 16. Septembris anni 1589. de quo in proceſſu, conſequenter ſatis appareat de eius dominio,
2 cum Dominium, quod erat penes Oliuerium fuerit ipſo iure tranſlatum in Nutum eius hæredem, *§. in extraneis Inſtit. de hæredum qualitate, & differentia, & l. ſi alienum, ff. de hæredibus inſtituen. cum ſimilibus.* Quia reſpondetur quod cum dictus Oliuerius haberet duas ſorores Mariam, & Eliſabeth, & de tempore Mortis dicti Oliuerij dictus Nutus eſſet bannitus in pœnam capitis, non poterat dictus Nutus excludere eius ſorores vigore ſtatuti,
3 cum Bannitus qui poteſt impunè offendi prout poterat offendi dictus Nutus ex diſpoſitione ſtatuti c. 22. l. 4. ſit priuatus omnibus beneficijs à ſtatuto conceſſis, vt habetur *in cap. 23. eiuſdem libri*, Et conſequenter dictus Antonius ad ſummum non poterat prætendere per aſſertam emptionem acquiſiuiſſe Dominium niſi pro tertia parte, quando verè dicta Domus fuiſſet remanſa in hæreditate dicti Oliuerij (quod tamen non conſtat in proceſſu,
4 vt ſuo loco dicemus) cum de iure communi ſorores ſuccedant eorum fratri ſimul cum eorum fratre ſuperſtite *§. ſi igitur authent. de hæredibus ab inteſtato venientibus, §. 1. & §. ſi plures Inſtitut. de legitima agnatorum ſucceſſione*, & ſic omni caſu dictus Antonius non probaſſet Dominium, niſi pro tertia parte dictæ Domus.

Nec aliquid facere iudicatum fuit, quod dicebatur ſtante inhabilitate dicti Nuti dictas mulieres fuiſſe excluſas à Saluatore filio Nuti, & conſequenter cum dictus Antonius ſoluerit dicto Saluatori ſcutos 38. pro reſiduo dictæ Domus ab eo emptæ à Nuto eius patre dictus Saluator per dictam
5 receptionem precij videatur ratificaſſe dictã venditionem factam à Nuto eius patre *per l. cum Mater tua, C. de rei vendic.* Et propterea non poſſit amplius dubitari, quin Dominium totius dictæ Domus ſit hodie penes dictum Antonium Actorem; Quia re-
6 ſpondetur, quòd cum Saluator non poſſet ſuccedere dicto Oliuerio eius patruo, niſi per repræſentationem Nuti eius patris, *§. reliquum alias, ſi igitur ver. vnde conſequens eſt, auth. de hæredibus ab inteſtato venientibus cum alijs per Oldradum conſil. 224. num. 23.*
7 *& 24.* cum ſucceſſio non fiat per ſaltum, *l. 1. §. quibus & §. ſed videndum, ff. de ſucceſſorio edicto*, neceſſe
8 erat quod Nutus eius pater eſſet inhabilis ad ſuccedendum Oliuerio in totum cum ſublata media
9 perſona non poſſit ſequens perſona admitti *argumento l. hæredis in principio, & §. 1. de pœnis*. Me-
10 dium enim inhabile impedit extrema coniungi, vti per plura docet *Menochius conſil. 172. num. 4. & 5.* vbi propterea oſtendit quod excluſa matre à ſucceſſione inteſtati iuxta diſpoſitionem ſtatuti, cenſetur excluſus, & ipſius matris filius.

Vndè cum dictus Saluator non poſſet ſuccedere dicto Oliuerio, niſi in illa tertia parte, pro qua erat habilis Nutus eius pater, ſumus in claris, quod etiam Saluator non potuit transferre dominium dictæ Domus in dictum Antonium per dictam receptionem niſi pro tertia parte.

Verum quod nec etiam pro dicta tertia parte Antonius actor Dominium dictæ Domus ad ſe ſpectare probauerit Dominis clarũ *viſum fuit ex ſeqq.*

Primò quia cum dicta Domus non fuiſſet vendita nomine dicti Saluatoris, nec ipſe Saluator ſciret dictam Domum ad ſe ſpectare, non poteſt dici
11 per receptionẽ dicti pretij venditionẽ prædictam fuiſſe à d. Saluatore ratificatam, per ea quæ ſcribũt Doctores *in d. l. cum mater tua, C. de rei vendicatione.*

Secundò quia ex teſtibus in hac cauſa examinatis videtur conſtare dictum Oliuerium teſta-
12 mentum condidiſſe, quo caſu non eſt de inteſtati ſucceſſione quærendum, ſed qui prætendit ſe hæredem hoc ex facie teſtamenti probare debet *iuxta tex. in l. quamdiu la 2. vbi Gl. ff. de acq. hæred. & notat per Decium in l. quamdiu, ff. de regul. iuris*, Quod cum non fuerit factum in caſu noſtro, meritò non conſtare de aliquo Dominio actoris dici poteſt, cum
13 nec conſtet de Dominio venditoris, cum nec Nutus, nec Saluator eius filius appareant fuiſſe hæredes inſtitutos à dicto Oliuerio, prout requirebatur ad effectum, vt de Domino actoris plene
14 conſtare dici poſſit, vbi agitur contra tertium, prout hic, vt tradit *Gl. in l. cum res C. de probat. vbi Bart. & Doctores, cum alijs per Maſcardũ de probat. concluſ. 537. nu. 12. concluſ. 549. nu. 3. & concluſ. 535. nu. 3.*

Tertiò quia tantum abeſt, quod domus prædicta in hæreditate ipſius Oliuerij permanſerit, quod immò illam ante eius mortem alienauerit mediante aſſignatione de ea facta per ipſum titulo & nomine Dotis Mariæ eius ſorori, nec non Baſtiano eius viro, vt deponunt ſecundus & tertius teſtis examinati pro parte dicti Bartholomei, dum dicunt ſcire *che la caſa, della quale, nella dimanda di detto Antonio fù laſciata da detto Oliuieri per dote di Maria ſua ſorella à Baſtiano ſuo Marito, trentacinque anni fà in circa.* Et licet ſecundus teſtis deponat de auditu, tamen eius depoſito valde coadiuuatur ex depoſitione vnici teſtis actoris, quia ſatis, ſuper quę pro Bartholomeo Reo conuento deponunt dum dicit *vi diſſi che la detta caſa da anni 40. in quà in circa è ſtata ſempre poſſeduta da Baſtiano di Bartolomeo fin che è viſſuto, e doppo la ſua morte l'hà poſſeduta Bartolo-*

me

Digitized by Google

meo ſuo figliuolo, e che hà inteſo dire, che la detta caſa fù datada detto Oliuiero in dote à detta Maria ſua ſorella, ex quorum depoſitionibus videtur clariſſimè probari dictam Domum non remanſiſſe in hæreditate dicti Oliuerij, & ſucceſſiuè in ea nec Nutum, nec Saluatorem ſuccedere potuiſſe, & conſequenter de dominio dicti Actoris non conſtare.

Verum quando ex depoſitionibus dictorum teſtium non remaneret plenè probata dicta conſignatio, certè non poteſt dubitari, quin ſaltem fue-
15 rit ſæmiplenè probata, Nec eſt dubium quin per ſemiplenam probationem Rei, eneruetur plena probatio actoris, quando probationes tendunt ad diuerſum finem, prout hic, quia non repugnāt iſta,
16 quod Nutus tanquam proximior ſucceſſerit Oliuerio, & nihilominus non ſucceſſerit in hac Domo, cum illa iam fuiſſet conſignata, & relicta à dicto Oliuerio dictæ Mariæ pro eius dote vt deponunt teſtes ſupradicti. *Bart. in l. admonendi, num. 50. verſ. quandoque probationes non ſunt contrariæ, ſed diuerſæ, ff. de iure iurando. Alexand. conſil. 194. num. 1. ver. Sed vbi probationes ſunt diuerſæ l. 2. Dec. conſ. 163. ſub num. 18.*

Atque ex his ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij D. Iudicis à quo confirman-
17 dam eſſe iudicatum fuit, maximè cum per talem ſententiam, Actoris iura non pereant, & poſſit iterum Actor de iuribus ſuis experiri, & melius ſuam intentionem fundare, ad tradita per *Afflictum decif. 60. num. 4. vbi Vrſill. in add. num. 7. Gabriel conſil. 41. in principio lib. 1. Simon de Pretis conſ. 156. in fine cum alijs per Cæſarem Barzium deciſ. 42. num. 9. & deciſ 113. num. 8. & deciſ. 122. num. 7.*
18 Ex quibus deciſionibus clarè patet in hac Rota frequenter abſolui Reos ab obſeruatione Iudicij, ne actorum iura pereant, & ita per nos aliàs fuit etiam pluries obſeruatum.
19 Dictum autem Antonium ab expenſis non excuſauimus quia bis ex eiſdem ſuccubuit ad tradita per *Doctores in l. properandum, §. ſin autem, C. de iudicijs, & Lepidum deciſ. 130. in fine.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SER IOANNIS NICOLAI, & Domini Franciſci Granutij.

ARGVMENTVM.

In pœnis legalibus an ſit locus pœnitentiæ vſque ad ſententiam?

SVMMARIVM.

In pœnam quarti pluris tunc quis condemnatur quando ſuccubuit, num. 1.

Renuncians recurſui non condemnatur in pœnam quarti pluris, num. 2.

Renuncians, vel cedens liti non dicitur propriè ſuccumbere, num. 3.

Appellans ab aliqua ſententia ſi deſiſtat à lite renunciando, perinde eſt ac ſi liti ante ſententiam renunciaſſet, num. 4.

Verba ſunt ſemper in potiori ſignificatu accipienda, num 5.

Verba ſunt ſemper naturaliter intelligendo, numero 6.

Verbum ſuccumbere non poteſt extendi ad renunciantem, num. 7.

Verba in pœnalibus debent ſemper propriè interpretari, num. 8.

Pœna quarti pluris dicitur legalis, num. 9.

Pœna legalis non incurritur, niſi in caſu, quo quis reportauit ſententiam contra ſe, num. 10.

In pœnis legalibus ſemper eſt locus pœnitentiæ vſque ad ſententiam, num. 11.

Calumnia non conſideratur in reis, ſed temeritas, numero 12.

Reorum ſemper eſt fugere, num. 13.

Temeritas punitur ſolum expenſarum condemnatione, num. 14.

Recedere à deciſis licet ex nouis & melioribus rationibus, num. 15.

DECISIO XV.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

STANTE renunciatione facta per Ser Ioannem Nicolai recurſui ab eo interpoſito. Rota cenſuit illum excuſandum eſſe à pœna quarti pluris. *de qua in cap. Rotæ 52. ver. debeant etiam ex infraſcriptis.* Primò quia cum tūc demum ex diſpoſitione dicti capituli quis debeat
1 in dictam pœnam condemnari quando ſuccubuit, vt habetur in dictis capitulis in illis verbis, ſi in prædicto recurſu ſuccumbat, Reliquum eſt quod cum dictus Ser Ioannes non ſuccubuerit, ſed re-
2 nunciauerit recurſui, non potuerit in dictam pœ-
3 nam quarti pluris condemnari, cum Renuncians, vel cedens liti non dicatur propriè ſuccumbere, *Baldus in l. alia num. 6. verſi. vltimo nota, C. de his, quibus vt indignis, vbi Salicetus num. 2. & Paul. de*
4 *Caſtro item num. 2. vbi dicit*, quod ſi appellans ab aliqua ſententia deſiſtat à lite renunciando perinde eſt, ac ſi liti ante ſententiam renunciaſſet,
5 Et tamen verba ſunt ſemper in potiori ſignificatu accipienda *l. 1. §. in perpetuum, ff ſi ager vectiga-*
6 *lis, & naturaliter intelligenda, l filio, quem pater, ff.*
7 *de iniuſto rupto teſtamento*, & ſic dicta verba ſi in dicto recurſu ſuccumbat non poſſunt extendi ad renunciantem, ſed debent intelligi de eo, qui verè ſententiam contra ſe reportauit, maximè cū ſimi-
8 libus in materia pœnali, quo caſu verba debent ſemper propriè interpretari, *l. non aliter ff. de legat. 3. cum alys per Aymon. conſ. 149. num. 7.*
9 Secundò quia cum pœna dicti quarti pluris ſit legalis, quia eſt impoſita à lege, *Menochius de arbitrarijs iudicum lib. 2. caſu 260. numero 2.* non
10 incurritur niſi in caſu, quo quis reportauit ſen-
11 tentiam contra ſe, quia in pœnis legalibus ſemper

Digitized by Google

eſt locus pœnitentiæ vſque ad ſententiam *l.in criminali vbi Bart.num.5. & Paul.de Caſtro num.4. ff.de iuriſdictione omnium iudicum, per tex.in l.quo cum natu. maior,§.accuſaſſe,ff.de bonis libertorum.& l.in ſeruitutem. §.petuiſſe, C.de his, quibus vt indignis, & ſequitur Paul.de Caſtro in l.illa cauſa, num.2. circa finem, verſ. nos loquimur, C.eodem tit.*

12 Nec obſtat,quod dicebatur de calumnia recurrentium,quia in Reis non conſideratur calumnia, ſed temeritas *add.ad Bartolum in l.2. C.de tranſact.*
13 *Reorum enim ſemper eſt, fugere cap.nullas,de præſumptionibus,& cap.forus,de verborum ſignific.* Quæ te-
14 meritas punitur ſolum expenſarum condemnatione,*iux.tex. in l. eum quem temere, ff de iudicijs,* & conſequenter,cum dictus Ser Ioannes fuerit in expenſis condemnatus,ſatis luit pœnam ſuæ temeritatis in recurrendo.

Nec obſtat quod Rota aliàs etiam renunciantes recurſui in pœnam quarti pluris condemnauit,quia hoc accidit ex quo tunc per partem non fuerunt ſubminiſtratæ iſtæ rationes,quæ cum ſint magni momenti, illas libenter amplexi fuimus, maximè cùm inuenerimus per plures vices in hac Rota per haſmet rationes ita fuiſſe deciſum vt apparet ex Barzio *deciſ.77. à num.4. vſque ad finem,& ex pluribus alijs deciſionib. manuſcriptis,quæ coram nobis fuerunt exhibitæ.*

Atque ex his concluſum fuit dictum Ser Ioannem ſtante eius renunciatione ſolum in expenſis fuiſſe condemnandum.

Laus Deo,atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor,& Cognitor.

IN CAVSA VENERANDAE D. HORtenſiæ Orſucci, cum olim Veneranda D.Portia Parenſi vidua relicta olim ſpectabilis Nicolai de Grattis, nec non cum Spectabili Hyeronimo Parenſio eius hærede cum beneficio legis,& inuentarij.

ARGVMENTVM.

Vidua an poſſit ſine ſolemnitatibus obligatos liberare?

SVMMARIVM.

Hæres quoad creditores hæreditatis conuenitur, & obligatur eodem contractu, quo tenebatur defunctus, num.1.

Mulieres non poſſunt ſoluere abſque conſenſu propinqui & decreto Iudicis, num.2.

Statutum loquens de contractu non habet locum in diſtractu, num.3.

Vidua prohibetur facere quemcumque contractum abſque ſolemnitatibus, num.4.

Contractus appellatione, venit etiam diſtractus, numero 5.

Facultas diſtrahendi cenſetur mulieribus interdicta vbi illis eſt prohibita facultas aliter ſe obligandi,quàm per ſtatutum ſit ordinatum, num.6.

Vidua prohibetur ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs obligatos liberare, num.7.

Viduæ ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſ.41. l.2. non poſſunt recipere ſolutiones abſque conſenſu propinqui exceptis tribus caſibus,videlicet vbi ſolutiones fierent ex cauſa mutui depoſiti, & commodati, num.8.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, numero 9.

Statuta vbi procedunt per regulam,& fallentias omnes aliæ exceptiones, & limitationes cenſentur excluſæ, num.10.

Reſtitutio vbi eſt facienda de neceſſitate, vxor poteſt liberare maritum abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, num.11.

Intellige verum,quando Maritus ſolueret ſuæ vxori dotem cum legitimis ſolemnitatibus, quia tunc vxor tenetur,& cogitur ei facere quietantiam,cæterum ſi ſolutio eſſet facta mulieri nulliter,& contra formam ſtatuti, num.12.

Impugnans contractum debet prius reſtituere quod illius occaſione recepit, num.13.

Oblatio,ſeu reſtitutio non eſt neceſſaria,quando contractus fuit nullus ex defectu ſolemnitatum, num.14.

Oblatio, ſeu reſtitutio non eſt facienda,quando non fuit a parte oppoſitum de oblatione, ſeu reſtitutione, num.15.

DECISIO XVI.

Dominus illuminatio mea.

ROTA cenſuit confirmandam eſſe ſententiam D.Iudicis à quo in qua exequutionem cõceſſit contra Venerandam D. Hortenſiam Orſucciam hæredem olim Spectabilis Nicolai Grattæ pro ſcutis mille quingentis debitis per d.q.Spect. Nicolaum Venerandæ olim Do. Portiæ Parẽſi eius vxori, pro reſtitutione ſuarum dotium. Quia cum de credito d.D. Portiæ conſtet tam per inſtrumentum dotale,quam per confeſſionem dicti Spectabilis Nicolai eius viri, & d. Veneranda Do. Hortenſia rea conuenta ſit hæres dicti Spect Nicolai,vt patet in proceſſu, rectè fuit contra ipſam relaxata dicta exequutio,cum Hæres quoad credito-
1 res hæreditatis conueniatur,& obligetur eodẽ contractu,quo tenebatur defunctus *Bart.in l.de eo,ff.de iudicijs, cum alijs per Decium in l.qui cum alio, num.7. ver. & hoc verum, ff.de reg.iuris.*

Nec obſtat quod dicta ſumma ſcutorum 1500. fuerit alias ſoluta per Do. Gregorium Barſotti de ordine commiſſione,& aſſignatione dictæ olim Venerandæ D. Portiæ, Spectabili olim Alexandro de Podio,quia in dicta ſolutione non poteſt fieri aliquod fundamentum, cum non fuerit facta cum
2 conſenſu Propinqui, & Decreto Iudicis, prout diſponitur in ſtatuto cap.39 & 40. l.2.

Nec obſtat, quòd in caſu noſtro nõ tractatur de contractu, prout loquitur ſtatutum, ſed de diſtractu, ideſt de ſolutione obligationis præcedentis, quæ res inter ſe valde differunt in tantum, vt iu-

Digitized by Google

re caueatur, ſtatutum de contractu loquens non
habere locum in quaſi contractu iuxta tradita
per Alexandrum conſil.8. in fine lib.3. quia reſpon-
detur, quod mulier vidua vigore dicti ſtatuti 40.
non ſolum prohibetur facere quemcumque con-
4 tractum, cuius appellatione diſtractus quoque
continetur, vt latè *per Tiraquellum de legibus con-
nubialibus gloſ.5. num.5. cum pluribus ſequentibus, & Carpan. ad ſtatutum Mediolani cap.328. numero 187.*
5 *cum pluribus ſequentibus*. Verum etiam eidem in-
terdicitur poteſtas, quocunque modo aliter ſe
obligandi, quo caſu indubitatum eſt, quod etiam
6 facultas diſtrahendi excluditur ad tradita *per Ti-
raquellum vbi ſupra num.4.* vbi apertè dicit, quòd
ſtante dicto ſtatuto Mulier vidua prohibetur ſine
ſolemnitatibus ſtatutarijs obligatos liberare, &
ſequitur *Carpanus in dicto cap.318. num.94. verſic. li-
berare quoque prohibetur*.

Et prædicta in caſu noſtro videntur carere om-
7 ni difficultate ſtante quod ex diſpoſitione ſtatuti
in c.41. expreſsè prohibetur viduis, ſolutiones re-
cipere, exceptis tribus caſibus, videlicet vbi ſolu-
tiones fierent ex cauſa mutui, depoſiti, & commo-
dati, quæ ſolæ permittuntur fieri ſine conſenſu pro-
pinqui, quando mulier ſine conſenſu propinqui
tales contractus feciſſet, Et conſequenter cum ſo-
lutio prædicta non fuerit facta occaſione mutui
depoſiti, & commodati non poteſt dubitari, quin
comprehẽdatur ſub diſpoſitione dicti ſtatuti, dum
prohibet ſolutiones fieri viduis abſque ſolemnita-
8 tibus, cum exceptio firmet regulam in caſibus non
exceptis. *cap. nonne de præſumpt. l.Tribunus, §.vlti-
mo, & ibi Baldus de teſtamento militari cum ſimilibus*.
9 Vbi enim ſtatuta procedunt per regulam, & fal-
lentias omnes aliæ exceptiones, & limitationes
cenſentur excluſæ, *Bald. in l.1. §.ſed excipiuntur in
fine de ferijs. Roman. conſ.271. num.3. cum alijs per
Barſattum conſ.214. num.4. lib.2.*

Nec obſtat, quod cum talis reſtitutio de neceſſi-
10 tate fieri deberet vxor potuerit liberare maritum
ſine ſolemnitatibus ſtatuti, ad tradita *per Romanum
conſ.280. & conſ.394 cum alijs per Tiraquell. de legibus
connubialibus gloſ.8. num.187.* quia Doctrina Ro-
mani eſt intelligenda procedere, quando Maritus
11 ſoluiſſet cum legitimis ſolemnitatibus dotem ſuæ
vxori, quia tunc vxor tenetur, & cogitur ei facere
quietantiam. Cæterùm tamen vbi ſolutio eſſet fa-
cta mulieri, nulliter, & contra formam ſtatuti pro-
ut hic. Vltrà quod cum ſtatutum in nonnullis dum-
taxat caſibus ſingularibus à noſtro diuerſis per-
mittat viduis ſine conſenſu propinqui à debitori-
bus ſolutiones recipere, & eos liberare, alios om-
nes caſus excludit, vt diximus.

Nec obſtat tandem, quòd dicta D. Portia actrix
12 debebât prius omni caſu reſtituere ſummam rece-
ptam à deputatis Creditorum ſpectabilis olim Ale-
xandri Podij ad computum ſuæ dotis, vel ſaltem il-
lam offerre, quia reſpõdetur, quod in proceſſu non
verificatur quod d. D. Portia aliquid receperit ad
cõputum dictæ ſuæ dotis, nam licet ipſa cõfeſſa ſit
fuerit in articulo mortis ſe habuiſſe circa ſcutis 60.
in duabus vicibus, tamen conſtat etiam, quod ipſa
medio eius iuramento declarauit illos recepiſſe ad
computum aliorum ſcutorum 900. quos dictus ſpe-
ctabilis Alexander de Podio habebat in manibus
de ſuis pecunijs proprijs, & nõ ad computum ſua-
rum dotium. Et nihilominus ex abundanti dictum
fuit, quod quatenus conſtaret, quod dicta D. Por-
tia recepiſſet à dictis creditoribus dictos ſcutos 60.
ad computum ſuæ dotis, quod expreſsè negatur,
adhuc talis oblatio, ſeu reſtitutio non erat facien-
da ex duobus.

Primò quia contractus fuit nullus ex defectu ſo-
13 lemnitatum, quo caſu nõ requiritur reſtitutio, ſeu
oblatio, vt declarat *Natta conſ.631. num 7. verſic.
poſtremò ad clariorem reſolutionem*, & poſt alios, quos
allegat tradit, & ſequitur *Maſtrillus deciſ.13. nu.32.*
Secundò, quia talis defectus reſtitutionis, &
14 oblationis, non fuit à parte oppoſitus, prout omni
caſu debebat opponi per dictam Venerandam D.
Hortenſiam ream conuentam, *vt per Romanum.
Alex. Iaſ. & Corn. in l.filiæ licet, C.de calumniatoribus*.
Atque ex his fuit ita concluſum.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA DD. EXEQVVTORVM Teſtamenti R. D. Tucci, de Tuccis contra D. Fælicem & Rocchum Toggium eius virum.

ARGVMENTVM.

Legatum an peti poſſit hæreditate non adita?

SVMMARIVM.

Legatum conditionale conditione adimpleta debetur, num.1.

Legatum factum filiæ poteſt ſolui patri, num.2.

*Legatum factum filiæ poteſt ſolui patri, ſi pater ſit di-
cti legati legitimus adminiſtrator, num.3.*

Solutio facta coniunctæ perſonæ non liberat ſoluentem, num.4.

*Pater non eſt legitimus adminiſtrator legati facti eius fi-
liæ, pro augumento dotis, num.5.*

*Legatum factum pro augumento dotis non debetur, niſi
ſequuto matrimonio, num.6.*

*Fructus legati facti pro augumento dotis non ſpectant ad
patrem, ſed ad maritum, num.7.*

*Adminiſtrator legitimus augumenti dotis dicitur ille, qui
habet illius vſumfructum, num 8.*

*Alexander conſ.179. num.11. lib.5. & conſ.43. in prin-
cipio lib.7. declaratur, num.9.*

*Actio dotis competit marito, num.10. Intellige verum
ſi promiſſio ſit facta marito, ſecus ſi mulieri, nu.11.*

*Actio legati competit illi, cuius contemplatione factum
fuit, num.12.*

Filiæ intereſt indotatam non remanere, num.13.

Argumentum à maioritate rationis eſt validum in iure, num.14.

*Legatum factum vxori in pecunia non poteſt per mari-
tum conueniri quod ſoluatur in ſtabilibus, num.15.*

*Maritus non poteſt facere aliquod pactum in præiudicium
vxoris, num.16.*

Exequutores teſtamentarij non poſſunt exercere eorum

Digitized by Google

officium, niſi adita hæreditate ex teſtamento, num. 17.
Intellige verum de iure comm. cæterum ſi ex diſpoſitione ſtatuti poſſent peti etiam hæredieate non adita, num. 18.

Legatum vt peti poſſit, etiam hæreditate non adita debet inquiri hæres, vt adeat infra menſem ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſis num. 19. Intellige verum ſecundum ſtatutum antiquum, num. 20.

Paulus de Caſtro conſ 33. lib. 1. declaratur, num. 21.

Statutum diſponeas, quod legata poſſint peti hæreditate non adita, ſi loquatur per verba generalia, & comprehendat omnes cauſas, & perſonas dicitur noluiſſe obligare hæredes vt heredes, ſed vt curatores, & Cōmiſſarios bonis datos, qui debeant voluntatem Teſtatoris exequutioni mittere, ſine ſui tamen præiudicio, & de bonis Teſtatoris, num. 21.

Exequutores teſtamenti, quibus fuit data plena facultas exigendi, & exequendi poſſunt exigere, & ſoluere legata, etiam non adita hæreditate, num. 23.

Sententia non poteſt dici lata extra petita, quando illud, ſuper quo fuit pronunciatum acceſſoriè, & virtualiter ex natura actionis, vel alias comprehendebatur & petitioni ſuberat, num. 24.

Maximè vbi agitur ſummarie, & ſola facti veritate inſpecta, num. 25.

Ab expenſis qualis qualis cauſa excuſat, numero 26.

DECISIO XVII.

Dominus illuminatio & ſalus mea.

EXISTIMARVNT Domini, confirmandam eſſe ſententiam D. Iudicis à quo, dum declarauit euenisse caſum ſolutionis legati, de quo agitur, & propterea exequutionem realem conceſſit cōtra iura hæreditaria Reuerendi Tucci penes quoſcūque exiſtentia.

Quia cum dictum legatum fuiſſet factum dictæ
D. Fœlici in caſu quo monacaretur, vel maritaretur, & dicta D. Fœlix hodie ſit maritata, non poteſt
1 dubitari quin fuerit purificata conditio oppoſita
in dicto legato, & conſequenter dictus D. Iudex
ritè conceſſerit dictam exequutionem, cum legata habeant exequutionem paratam §. *ſi quis vero non implens, & ibi Gl. in verſ. decreto, auth. de hæredibus, & falcidia. Alex. in l. vlt. num. 3. ver. alium ponit C de edict. Diui Adr. tollen. vbi Iaſon, num. 6. verſ. tertius notabilis Socc. conſ. 103. nu. 1. in princ. l. 3. Natta conſ. 206. nu. 4. lib. 1. & conſ. 626. nu. 25. l. 3. Beccius conſ. 17, num. 6. & dec. 25. lib. 1. cum alijs per Ioſeph. Ludouicum dec. 23. num 9.*

Nec obſtat, quod cum dictum legatum fuerit
2 ſolutum D. Leonardo patri d. D. Fœlicis dicti DD.
exequutores fuerint per dictam ſolutionem liberati, quia prædicta forſan procederent, quando di-
3 ctus D. Leonardus fuiſſet legitimus adminiſtrator
dicti Legati, quod cum non verificetur in caſu noſtro, vt infra oſtendam, Reliquum eſt, quod per dictam ſolutionem factam D. Leonardo dicti DD.
exequutores non fuerint liberati, quia ſolutio fa-
4 cta coniunctæ perſonæ, vt puta filio pro patre,
& patri pro filio, & marito pro vxore, & vxori pro marito non liberat ſoluentem, *l. filius paciſcendo C. de pactis l. qui aliena § quamquam ff. de neg. geſtis Gl. in l. vero procuratori ff. de ſolut. Alexander & Iaſon in l. filius C. de pactis Baldus in l. Maritum num. 2. C. de ſolut. Alex. conſ. 4. num. 3. l. 2. vbi de Comm. & conſ. 37. in princ. l. 3. cum alijs per Surdum conſ. 43. num. 1. lib. 1. & dec. 229. numero 3.*

Quod autem dictus Leonardus non eſſet legi-
5 timus adminiſtrator dicti legati patet, quia dictū
legatum fuit factum D. Fœlici pro augmēto dotis,
quo caſu certum eſt patrem non habere legitimā
6 adminiſtrationem *Baldus nouell. de dote par. 6. priuileg. 34. num. 1.* & ratio eſt, quia, cum tale legatum
non debeatur, niſi ſequuto matrimonio, hoc caſu
7 fructus ſpectant ad maritum, & non ad patrem
Campegg. de dote par. 1. q. 11. & conſequenter dictus
Dominus Leonardus pater d. D. Fœlicis non poteſt
8 dici legitimus adminiſtrator dicti legati, cum non
habeat illius vſumfructum, *Ruin. conſ. 23. num. 7. & 8. l. 5. Capic. dec. 73. num. 10. & ſequitur Borgnin. de vſufructu, num. 183.*

Et prædicta eo magis procedere viſa fuerunt in præſenti caſu ſtante quod ex lectura ipſius teſtamenti d. R. D. Tucci conſtat d. D. Leonardo fuiſſe prohibitam adminiſtrationem eius hæreditatis, cum d. R. D. Tuccius expreſſè ordinauerit, quod fructus ſuarum pecuniarum debeant conuerti in capitale vſque quo dictus Hyeronimus eius hæres compleuerit ætatem vigintiquinque annorum.

Nec obſtat quod cum dictus Leonardus conuenerit cum dicto Roccho viro d. D Fœlicis, eius filiæ, quod in dote per ipſum eius filiæ conſtituta intelligeretur etiam dictum legatum comprehēſum,
vt expreſſè legitur in ſcripto matrimoniali, non
poſſit amplius d. D. Fœlix hodie illud prætendere
à dd. DD. exequutoribus, cum ipſi fuerint libe-
9 rati per talem promiſſionem factam per d. D.
Leonardum d. D. Roccho eius viro, iuxta tradita
per Alexandrum conſ. 179. num. 11. l. 5. & conſ. 43. in princ. l. 3. Quia reſpondetur duobus modis, primo quod Alex. ſupponit legatum verè ſolutum fuiſſe, & non promiſſum, prout hic; ſecundo quod ſupponit legatum ſolutum fuiſſe illi, cui vere debebatur, & conſequenter cum dictus Leonardus nō ſoluerit dictum legatum D. Fœlici, cui fuerat relictum, ſumus in claris quod in dicta doctrina Alexand. nullum poteſt fieri fundamentum ad tradita per *Bartol. in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flumine publico.*
10 Nec obſtat quod Actio Dotis competat Marito,
& non vxori *l. ſi pater marito tuo C. de dotis promiſſione*, quia vt fuit alias per nos dictum in hac cauſa
ſupra *in dec. 5. num. 6. & 7.* prędicta locum habent
quando promiſſio eſt facta marito, Cęterū quando
eſt facta mulieri, prout in caſu noſtro, cum legatū
11 fuerit factum D. Fœlici, quia tunc actio competit
12 illi, cuius contemplatione factum fuit legatū *l. ſeruo legato §. ſi teſtator ff. de leg. 1.* vbi habetur, quod ſi
Teſtator filiæ nomine, genero, aut ſponſo dotem
dari iuſſerit, non gener, aut ſponſus, ſed filia
13 habebit actionem, cuius maximè intereſt indota-

tam

Digitized by Google

tam non eſſe *gl. in d. l. ſeruo legato §. ſi Teſtator in verb.*
non enim gener, vbi Doctores, & præcipuè *Bart. & Ia-*
ſon nu. 12. & 13. ff. de leg. 1. Proinde ſi quando non
eſt relictum legatum vxori, ſed marito contempla-
tione vxoris, actio acquiritur vxori, certè multo
14 magis actio petendi huiuſmodi legatum ſpecta-
bat ad D. Fœlicem, & non ad eius virum, cum le-
gatum eſſet relictum ipſi D. Fœlici *arg. auth. multo*
15 *magis C. de ſacroſ. Eccleſijs.* Accedat prædictis,
quod cum d. legatum eſſet factum in pecunia non
poterat omni caſu dictus D. Leonardus conuenire
cum dicto Rocco eius viro, quod dictum legatum
16 ſolueretur in ſtabilibus, cum Maritus non poſſit fa-
cere aliquod pactum in præiudicium vxoris, nec il-
lius conditionem deteriorem efficere *l. ita conſtante*
ff. de iure dotium l. ſi mulier dotis, l. cum Maritus l. de
die, & l. Atilicinius ff. de pactis dotalibus cum alijs per
Paulum de Caſtro conſ. 278. nu. 3. lib. 1. & Socc. Iun.
conſ. 105. nu. 9. & ſeq. lib. 1.

Nèc obſtat quod cum dictus Hyeronimus non
fuerit citatus vti hæres, nec probatum fuerit per
17 ipſum aditam fuiſſe hæreditatem iudicium fuerit
nullum tam contra ipſum, quam contra DD. exe-
quutores, cum exequutores teſtamentarij non poſ-
18 ſint exercere eorum officium, niſi adita hęreditate,
ex teſtamento. *Oldrad. d. conſ. 108. verſ. circa ſecun-*
dum in principio, quia hoc procedit de iure comm.
Secus tamen eſt in caſu noſtro, cum ex diſpoſitio-
ne ſtatuti *in cap. 3. lib. 2.* legata peti poſſint etiam
hæreditate non adita.

Nec obſtat, quod ad hoc vt vigore dicti ſtatuti
19 poſſit peti legatum etiam hæreditate non adita
debet fieri inquiſitio hæredi, vt adeat infrà men-
ſem, vt dicit *Paul. de Caſtro conſ. 33. lib. 1.* qui loqui-
tur in terminis ſtatuti Lucani, quia Paul. de Ca-
ſtro non conſuluit ſuper præſenti ſtatuto, ſed ſuper
20 alio ſtatuto veteri, in quo expreſſe diſponebatur,
quod fieret huiuſmodi Inquiſitio, quod ſtatutum
non eſt hodie amplius in vſu, ſed reperitur manu-
ſcriptus in quibuſdā ſtatutis antiquiſſimis de an-
21 no 1304. & vltra quod ità eſſe comperimus ex le-
ctura ipſius ſtatuti, hoc etiam expreſſe colligitur ex
verbis ipſius Pauli de Caſtro, dum in eius conſilio
ſupponit, quod ſtatutū, ſuper quo ipſe conſuluit,
vult, & diſponit, quod fiat inquiſitio heredi, vt
adeat adhoc vt legata poſſunt peti hæreditate non
adita, quę verba cum non legantur in præſenti ſta-
tuto, reliquum eſt, quod dictū conſilium Pauli de
Caſtro non poſſit applicari caſui noſtro. Maximè
cum verba præſentis noſtri ſtatuti ſint generalia,
& comprehendant omnes cauſas, & quaſcunque
perſonas, quo caſu ſtatutum dicitur noluiſſe obli-
gare hæredes, vt hęredes, ſed vt Curatores & Com-
miſſarios bonis datos, qui debeant voluntatem
teſtatoris exequutioni mittere, ſine ſui tamen præ-
iudicio, & de bonis teſtatoris, *argumento leg. 1. C. de*
Curator. bonis dando & l. à filio §. alumno, cum ibi not.
ad Trebell. & l. peto §. mater ff. de leg. 2. cum ſimilibus,
cum alijs per Bolognetum in l. 1. nu. 249. in fine ff. de
leg. 1.

22 Quibus accedit, quod cum dictis Dominis exe-
quutoribus fuerit in teſtamento data plena facul-
tas exigendi, & exequendi, adhuc etiam non adita
hæreditate exigere, & ſoluere poſſunt *Lapus alleg.*
92. nu. 5. verſ. ſuper ſecundo membro, & ſequitur. Illu-
ſtriſſimus Cardinalis Tuſcus in ſuis concluſionibus in
litera c concluſ. 541. nu. 15.

23 Nec obſtat quod dicebatur, D. Iudicem à quo
ſententiaſſe extra petita, dum conceſſit exequutio-
nem contra Iura hæreditaria penes quemcunque
exiſtentia, licèt actores ſe reſtrinxerint ad pecunias
depoſitatas ſuper Illuſtriſſimo officio abbundan-
tiæ, quia cum dictū legatum eſſet ſoluendum de to-
ta hæreditate, non poteſt dici ſententiatum in hac
parte extrà petita, ſi quidem illud, ſuper quo fuit
pronunciatum acceſſoriè, & virtualiter, ex natura
24 actionis, vel alias comprehendebatur, & petitioni
ſuberat, ex quo tacitè inerat, vt declarat *Bald. in l.*
fin. C. de fideicomm. libert. & poſt alios Vantius de nulli-
tat. ex defectu proceſſus nu. 98. Quod præcipuè di-
25 cendum eſt in caſu noſtro, cum agatur ſummariè
ad tradita *per Decium in l. vinum nu. 22. ff. ſi certum*
petatur, & Rotam deciſ. 256. nu. 3. & 7. par. 1. diuerſ.
Atque ex his fuit reſolutum pro d. D. Fœlice. Par-
26 tem verò aduerſam ab expenſis excuſauimus, quia
ex prædictis conſtat habuiſſe aliquam cauſam liti-
gandi, maximè cum teneretur litigare, adhoc vt
ſolutionem repetere poſſet, & qualis qualis cauſa
ab expenſis excuſat, ad tradita *per D. Doctores in l. pro-*
perandum §. ſin autem alterutra ff. de iudicijs, cum
ſimilibus.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SPECTABILIS SYLVE-
ſtri Trentæ, Cum Spectabilibus Iacobo
& Federico de Arnolphinis.

ARGVMENTVM.

Iudex inferior, an poſſit de nullitate laudi à Prin-
cipe confirmati cognoſcere?

SVMMARIVM.

Capitula impertinentia ſunt reijcienda, num. 1.
Capitula, quæ tendunt ad impugnandam tranſactionem,
dicuntur impertinentia, num. 2.
Exceptiones, & oppoſitiones, quæ tranſactionem impu-
gnant non poſſunt aliquo modo opponi, & oppoſitæ
non attenduntur, num. 3.
Oppoſitiones tranſactionem impugnantes ſi admitterentur
fruſtra tranſactiones fierent, & reuangaretur Mun-
dus, num. 4.
Capitula eo magis iudicantur impertinentia quando ten-
dunt ad impugnandam tranſactionem, ſeu laudum à
Principe confirmatum, num. 5.
Iudex inferior non poteſt de nullitate, & iniuſtitia laudi à
Principe confirmati cognoſcere, num. 6.
Confirmatio in forma communi non impedit, quin iudices
inferiores poſſint de nullitate, & iniuſtitia tranſact. à
Principe confirmatæ cognoſcere, num. 7.
Confirmatio non dicitur facta in forma communi, ſed ex
Principis certa ſcientia, quando in ſupplicatione fuit
expreſſus tenor, & ſubſtantia inſtrumenti confirmati,
& in

& in manibus Cancellarij Principis inſtrumentum fuit relaxatum, num.8.

Scientia Principis non poteſt argui ex exhibitione inſtrumenti concordiæ facta in manibus Cancellarij Principis, num.9.

Præſentatio inſtrumenti facta in manibus Cancellarij Principis non excludit præſentationem factam Principi, num.10.

Relatum verè, & propriè continetur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, num.11.

In materia confirmationis ſimplex relatio ad inſtrumentum facit illud haberi verè & propriè pro inſerto in confirmatione, num.12.

De ſcientia Principis ſatis dicitur conſtare eo ipſo, quòd conſtat de ſcientia eius miniſtri, & officialis primarij, num.13.

Confirmatio non dicitur in forma communi quando reſcriptum non continet ſolum confirmationem tranſactionis, ſed addit alia in inſtrumento non contenta, num.14.

Confirmatio non dicitur in forma comm. quando continet clauſulam ſupplentes, num.15.

Confirmatio in forma communi nihil addit actio confirmato, num.16.

Confirmatio dicitur ex certa ſcientia, quando fuit addita clauſula ſupplentes, vel alia ſimilis, num.17.

Clauſula ſupplentes operatur ſolum circa defectus iuris poſitiui, non autem circa defectus erroris, aut alios naturales, num.18.

Confirmatio, vt non poſſit dici in forma communi, ſat eſt, quod ex clauſula ſupplentes arguatur ſcientia, & Cauſæ cognitio in Principe, num.19.

Vbi in ſupplicatione petitur tranſactio, ſeu laudum confirmari à Principe, ad effectum, vt ſedentur lites, ſi Princeps reſcribat. Concedimus vt petitur, ex tali reſcripto arguitur, quòd Mens, & intentio Principis fuit vt concordia ſic per eum firmata amplius in dubbium reuocari non poſſit, num.20.

Mens expreſſa Principis attendi debet, num.21.

De nullitate laudi à Principe confirmati dici non poteſt quando Princeps non ſolum confirmauit concordiam, & laudum, ſed etiam prohibuit, quod partes poſſent dicere de nullitate, appellare, recurrere reductionem petere, & ſimilia facere, num.22.

Quod approbo impugnare non poſſum, num.23.

Iudex inferior poteſt de nullitate laudi à Principe confirmati cognoſcere, quando nullitas laudi prouenit ex defectu iuriſdictionis, nu.24. Intellige tamen & declara verum, quando abſolutè & generaliter eſt permiſſum dicere de nullitate, non autē quando eſt datus modus reclamandi aduerſus laudum emanatum ſuper compromiſſo confirmato à Principe, num.25.

Quando à ſtatuto eſt aſſignatum certum tempus ad reclamandum à laudis emanatis ſuper compromiſſo à Principe confirmato elapſo dicto tempore aſſignato, non poteſt vlterius de aliqua nullitate dari, etiam ſi nullitas prouenires ex defectu iuriſdictionis arbitrorum, nu.26.

Iudex inferior, poteſt de nullitate laudi à Principe confirmati cognoſcere, quando de nullitate, & iniuſtitia laudi notoriè conſtat, num.27.

Quando inter partes fuit expreſsè conuentum, quod non poſſit dici de nullitate laudi, quamuis de cauſa, & ſub quouis prætextu, ſub aliqua pœna, Pars non poteſt audiri ſuper nullitate laudi, etiam intra tempus præfixum ad dicendum de nullitate, niſi prius depoſitat pœnam conuentam, num.28.

Verba, nō poſſit audiri, nullo modo ſunt vniuerſalia, adeò vt comprehendant omnem modum, & caſum, propter quem poſſet in Iudicio proponi nullitas, num.29. & ſic etiam quando nullitas excipiendo, & replicando proponeretur, num.30.

Peremptio Inſtantiæ non poteſt probari per teſtes ſed ſolum per lecturam & rimationem actorum, num.31.

Acta non poſſunt probari per teſtes, ſed ſolum per lecturam, & rimationem actorum, num.32.

Læſio enormiſſima ex diſpoſitione c. Rotæ 58. in 2. pagina non poteſt aliter probari, quam ex actis, numero 33.

Intellige verum, quando nullitas, ſeu enormiſſima læſio deduceretur agendo, ſecus ſi excipiendo, & replicando, num.34.

Sed quod c. Rotæ 58. comprehendat vtrumque caſum videlicet tam quando nullitas & enormiſſima læſio deducitur agendo, quam quando deducitur replicando, & excipiendo probatur verius, num.35.

Læſio enormiſſima ſi poſſet excipiendo probari, & non agendo ſequeretur quod d. cap. Rotæ 58. eſſet ſuperfluum, cum vnuſquiſque excipiendo proponere, & probare tentaret quod agendo ei non eſſet permiſſum, quod non eſt dicendum, num.36.

Ab expenſis partes abſoluuntur ob difficultatem articulorum, num.37.

DECISIO XVIII.

Dominus Illuminatio, & ſalus mea.

IN cauſa Recurſus vertentis inter ſpectabilem Syluestrum Trentam ex vna, & ſpectabiles Iacobum, & Federicum de Arnolphinis ex altera Vnanimiter confirmauimus ſententiā D. Iudicis, à quo dum pronunciauit Capitula, de
1 quibus agitur tamquam impertinentia eſſe reij-
2 cienda. Quia, vt perſpeximus dicta capitula tendebant ad impugnandam tranſactionem, quo caſu impertinentia dicūtur, cum exceptiones, & oppoſitiones, quæ tranſactionem impugnant non poſſint aliquo modo opponi, & oppoſitæ non at-
3 tendantur *l. peremptorias C. ſententiam reſcindi non poſſe Bartol. in l. à Diuo Pio nu.7. ff. de re Iudicata Baldus in l.1. C. de Iuris, & facti ignorantia.*

4 Et meritò, quia ſi oppoſitiones ipſam tranſactionem impugnantes admitterentur fruſtra tranſactiones fierent, & reuangaretur mundus, DD. *in l.1. C. de ordine cognitionum Baldus in §.1. num.2. C. de Iuris & facti ignorantia Roman. conſ.410. num.3. Borgnin. dec.10. num.18. & ſeq. & dec. 45. nu.63. & 94. Carthar. dec.7. num.12. Lancellot. de attentatis par.2. c. 17. num.151. ver. duodecimo, cum alijs per Magon. dec. florentina 3. num.1. & 29.*

5 Et prædicta eo magis in præſenti caſu procedere exiſtimauimus quia dicta capitula tendebant ad impugnandam tranſactionem, & laudum ab Excellentiſſimo Senatu confirmata, quo caſu Iudex inferior non poteſt de illorum nullitate, & prætenſa iniuſtitia cognoſcere *cap.1. & 2. de confirma-*

Digitized by Google

firmat. vtili vel inut. l. Minor aut Magiſtratus ff. de mino
ribus. Dec. in d. c. 2. num. 7. Rolandus conſ. 61. num 41.
42. 43. & 44. l. 3. Pariſ. conſ. 118. num. 6. par. 1. Surdus
conſ. 558. num. 1. 2. & 3. l. 4. Decianus reſponſo 23. nu-
6 *mero 24. & 25. l. 5. & conferunt tradita per Lepidum*
dec. 55. per totum & Merlinum dec. 5. num. 1. & 2. &
dec. 72. per totam.

Nec obſtare viſum fuit, quod dicebatur dictam
7 confirmationem non impedire, quin Iudices infe-
riores poſſint de nullitate, & iniuſtitia tranſactio-
nis cognoſcere, cum confirmatio eſſet in forma cõ-
muni, vt per Rotam Romanam *dec. 780. num. 5. par.*
1. diuerſ. quia reſpondetur quod cum in ſupplica-
8 tione fuerit expreſſus tenor, & ſubſtantia inſtru-
menti confirmati, & in manibus maioris Cancella-
rij Excellentiſſimi Senatus idem inſtrumentum re-
laxatum, confirmatio non dicitur in forma com-
muni, ſed ex certa ſcientia Principis facta *Gabriel*
conſ. 100. num. 7. lib. 1. Ruin. conſ. 31. num. 5. lib. 1.
Abbas conſ. 101. num. 10. lib. 1. Roman. conſ. 327. nu.
7. in fine Decius in c. porrecta poſt. num. 25. de confir-
matione vtili, vel inutili Gabriel conſ. 183. num. 14.
l. 2. & fuit pluries deciſum in Rota Romana, vt vi-
dere eſt in vna Abulenſi Iuriſdict. 27. Ianuarij
1587 coram R. P. D. Oramo, & in vna Burgen. Iu-
riſdictionis 3. Maij 1589. coram Illuſtriſſimo Car-
dinali Seraphino.

Nec aliquid facere putauimus, quod dicebatur
9 ex exhibitione inſtrumenti concordię facta in ma-
nibus Maioris cancellarij Principis ſcientiam ar-
gui non poſſe, quia reſpondetur primo, quod præ-
ſentatio facta maiori cãcellario non excludit præ-
10 ſentationem factam Principi, Immò ex tenore ip-
ſius ſupplicationis clarè, & manifeſtè patet, quod
tam ſupplicatio, quam Inſtrumentum concordiæ
fuerunt exhibita in manibus Maioris Cancellarij
ad effectum, vt præſentarentur Excellentiſſimo Se-
natui, vnde fit quod quemadmodum Princeps v-
nius cognitionem habuit, ſic quoque præſumen-
dum eſt quod alterius etiam ſcientiam habuerit,
11 maximè attenta relatione, quam habet ſupplica-
tio ad Inſtrumentum prædictum, ſecundum quam
dicitur relatum verè, & propriè in referente conti-
neri cum omnibus ſuis qualitatibus *Alex. conſ. 9.*
num. 4. circa med. lib. 1. Aymon conſ. 45 nu. 4. cum alijs
per Tiraquell. de legibus connub. Gl. 7. nu. 182. cum plu-
12 *ribus ſeqq.* & in ſpecie, quod ſimplex relatio ad in-
ſtrumentum in materia cõfirmationis faciat illud
haberi verè, & propriè pro inſerto in confirma-
tione tradit *Caputaque dec. 204. num 4. par. 1.*

13 Secundò reſpondetur quod ſatis dicitur conſta-
re de ſcientia Principis, eo ipſo, quod conſtat de
ſcientia, & notitia eius Miniſtri, & officialis prima-
rij *Bartol. in l. ſi publicanus §. vlt. de publicanis Bal-*
dus conſ. 145. ante finem, verſ. & præſertim lib. 2. &
conſ. 340. col. 2. l. 5. cum alijs per Menoch. conſ. 1007.
num. 93. & fuit reſolutum in Rota Romana in vna
Caleiatenſ. iuriſdict. 16. Ianuar. 1587. corã R. P. D.
de Rubeis, & in Romana ſecretariatus 11. Aprilis
1592. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino.

14 Exiſtimauimus vlterius dictam tranſactionem
non eſſe in forma communi, quia reſcriptum non
continet ſolum confirmationem tranſactionis, ſed
addit, alia in inſtrumento non contenta, & in ſpe-
15 cie clauſulam ſupplentes, quæ operatur quod
confirmatio non ſit in forma cõmuni, ſed ex cer-
ta ſcientia, cum de natura confirmationis in forma
16 communi ſit nihil omninò addere actoi confirma-
to *Oldradus conſ. 237. in fine nu 8. verſ. ſecundo Baldus*
conſ. 130. verſ. præterea lib. 1. Paul. de Caſtro conſ. 84.
17 *col. 2. in fine verſ. & quod dixi lib. 2.* Et in ſpecie quod
adiectio huius clauſulæ ſupplentes, vel aliarum ſi-
milium operetur, quod confirmatio debeat cenſeri
ex certa ſcientia tradunt *Gabriel vbi ſupra Pariſ.*
conſ. 3. num. 44. lib. 4.

Nec obſtare iudicauimus, quod dicebatur,
18 iſtã clauſulam operari ſolum circa defectus iuris
poſitiui, non autem circa defectus erroris, aut
alios naturales, quia reſpondetur quod in iſtis ter-
minis, & ad effectum, de quo agitur ſat eſt, quod ex
huiuſmodi clauſula probetur ſcientia, ſeu cauſæ
19 cognitio in Principe, quia hoc ſufficit, vt confir-
matio non poſſit dici in forma communi, & conſe-
quenter inferior ſuper actu confirmato ſe ingerere
non valeat, vt diximus. Et illud tandem viſum
fuit tollere difficultatem, quia cum in ſupplicatio-
ne fuerit petitum, dictam tranſactionem & lau-
20 dum confirmari ab excellentiſſimo ſenatu ad effe-
ctum, vt ſedarentur lites, quæ erant ortæ inter di-
ctas partes, & vt deinceps occaſio nouarum litium
inter eas prorſus excluderetur, & Excellentiſſimus
Senatus reſcripſerit, conceditur, vt petitur, certe ſu-
21 mus in claris quod mens, & intentio excellentiſſi-
mi ſenatus fuit, vt dicta concordia ſic per eum
confirmata amplius in dubium reuocari non poſ-
ſet, & conſequenter, cum habemus mentem ex-
preſſam Principis, illa attendi debet *gl. in cap. ſi pro-*
pter tua in verſ. intentionis de reſcriptis in 6. & in cap.
mandatum ext. de reſcriptis. Iaſon in l. iuris gentium §.
prætor ait col. penultima de pactis. Bald. in cap. 2. col.
fin. verſ. item quod potius de reſcriptis DD. comm. in
cap. cum Eccleſia de except. vbi inter alios Felin. & Dec.
Alex. conſ. 120. num. 29. lib. 2. & in puncto tradit Pariſ.
conſ. 3. nu. 54. & 87. lib. 4.

22 Quod & eo magis procedere viſum fuit in caſu
noſtro, Tum quia Princeps non ſolum confirmauit
prædictam concordiam, & laudum, ſed quod plus
eſt, prohibuit quod partes poſſent dicere de nulli-
tate, appellare, recurrere, reductionem petere, &
facere his ſimilia, quo caſu nec agendo, nec exci-
piendo, de nullitate dici poteſt *Puteus deciſ. 170. in*
nouis alias 174 par 3. Ruginell. de appellat. §. 4. cap. 2.
nu. 23. cum alijs per Rotam Romanam deciſ. 941. par. 3.
diuerſorum.

Tum etiam, quia ipſa pars aduerſa expreſsè in
23 actis declarauit ſe nolle præmiſſam tranſactionem
impugnare, ſed velle potius illam approbare, & ef-
fectum ſortiri, qua declaratione ſtante ſatis patet,
quod illius reſpectu nulla inter partes extat con-
trouerſia, quæ operam, ſeu miniſterium iudicis
exigat.

Nec obſtare putauimus quod cum dictum lau-
24 dum prætenderetur nullum ex defectu iuriſdict.
adhuc iudex inferior poſſet de tali nullitate co-
gnoſcere, non obſtante quod ſit confirmatum à
Principe, ad tradita *per Soccinum conſ. 83. col. fin. lib.*
4 quia reſpondetur plurib. modis.

Primò quod Socin. loquitur quando abſolutè,
& gene-

25 & generaliter eſſet permiſſum dicere de nullitate,
non autem quando eſt datus modus reclamandi
aduerſus laudum emanatum ſuper compromiſſo
confirmato ab excellentiſſimo conſilio, prout eſt in
caſu noſtro, cum in cap. Rotæ 58. ſit aſſignatum
certum tempus ad reclamandum ab huiuſmodi
26 laudis, quia eo elapſo non poteſt vlterius de ali-
qua nullitate dari, etiam ſi nullitas, proueniret ex
defectu iuriſdict. arbitrorum *Lancellottus de attenta-
tis cap. 17. nu. 114. par. 2. cum alijs per Borguinum deciſ.
19. nu. 6. par. 3.*

Secundò reſpondetur quod Socin. in d. ſuo con-
27 ſilio ſupponit de nullitate, & iniuſtitia notorie
conſtare quod non eſt hic, cum ſtante omni exioia
diligentia partis non potuerit, nec dari aliquis mi-
nimus fumus de aſſertis erroribus.

Accedat prædictis, quod cum in compromiſſo
28 fuerit expreſſe inter partes conuentum, quod non
poſſet dici de nullitate dicti laudi quauis de cauſa,
& ſub quouis prætextu ſub pœna ſcutorum 4000.
applicanda parti obſeruanti, & dicta pœna non
ſolum fuerit confirmata ab excellentiſſimo Sena-
tu, ſed aucta vſque in alios ſcutos ducentum, om-
ni caſu d. Spect. Syluester non poterat audiri ſuper
prætenſis nullitatibus etiam contra terminum, &
tempus à d. cap. Rotæ præfixum, cũ non fecerit de-
poſitũ d. pœnæ ſcutorũ 4200. prout diſponitur *in d.
cap. 58. in verſ. & prædicta*, vbi põderauimus ea ver-
29 ba non poſſit audiri nullo modo, quæ ſunt vniuer-
ſalia, adeo vt comprehendant omnem modum, &
caſum, propter quem potuiſſent partes proponere
in iudicio nullitatem, ſi dictum capitulum factum
30 non eſſet, & ſic etiam quando nullitas excipien-
do, & replicando, proponeretur, vt explicando vim
& naturam horum verborum vniuerſalium tra-
dunt *Dec. conſ. 173. nu. 4. & conſ 599. nu. 3. Decian.
conſ. 51. nu. 12. lib. 1. Cæphalus conſ. 451. nu. 187. cum
alijs per Surdum conſ. 453. nu. 8.*

Additur tandem vltimo loco, & hoc ſit ex abun-
danti dictum quod quatenus etiam Iudex inferior
potuiſſet cognoſcere de aſſertis nullitatibus erro-
ribus, ac ænormiſſima leſione, adhuc dicta capitu-
la fuiſſent impertinẽtia, quia quod attinet ad nul-
litatem laudi reſultantem ex peremptione inſtan-
31 tiæ illa certum eſt, quod non poterat probari per
teſtes, ſed ſolum per lecturam, & rimationem acto-
32 rum compromiſſi, quia Acta non poſſunt alio mo-
do probari, quam per inſtrumenta publica, *vt legi-
tur in cap. 30. lib. 1. ſtatutorum.*

Quòd verò ſpectat ad prætenſam enormiſſimam
33 læſionem & ipſa ex actis debet apparere, & aliter
probari non poteſt, prout expreſsè habetur in cap.
Rotæ 58. in 2. pagina ibi, quæ appareret ex dedu-
ctis coram eis, & non vltra, alias, nec alio modo.

Nec obſtare exiſtimauimus quod dicebatur d.
cap. Rotæ procedere quando nullitas, & ænormiſ-
34 ſima læſio deduceretur agendo, non autem exci-
piendo, ſeu replicando, quia immò d. cap. Rotæ
58. coprehendit vtrumque caſum, vt vltrà allega-
35 tos in his terminis optimè probant *Caualcan. deciſ.
11. ante num. 55. par. 1. Cæphal. conſ. 201. nu. 8. Practic.
Papien. in forma exequut. ſentẽtiæ n. 11. verſ. quod ſi ſta-
tuto cauetur Aymo conſ. 79. num. 4. Caſtrenſ. conſ. 788. in
2. dubio l. 1. Corn. conſ. 202. col. 2. verſ & ſi quod Calca-
neus. conſ. 16. nu. 94. Roland. con. 83. nu. 16. lib. 1. cum
alijs per Curt. Iun. conſ. 85. num. 4. verſ. præterea.*

Et hoc eſt adeo verum, vt ſi diceretur quod læ-
36 ſio enormiſſima excipiendo probari poſſet, & non
agendo ſequeretur quod d. c. Rotæ ſuperfluũ red-
deretur, cum vnuſquiſque excipiendo proponere
& probare tentaret, quod agendo ei non eſſet per-
miſſum, quod non eſt dicẽdum, ad tradita *per Ro-
tam dec. 125. num. 10. par. 1. diuerſorum.*

Nec obſtat quod fuerit petita reformatio pro-
nunciæ D. Iudicis à quo reſpectu admiſſionis ca-
pitulorum, ad effectum examinandi ſuper facie lo-
ci, quia adhuc vidimus reſiſtere eaſdem difficulta-
tes, de quibus ſupra.

Atque ex his fuit vnanimi voto concluſum ca-
pitula, de quibus agebatur eſſe tamquam imper-
tinentia reijcienda. Ambas verò partes ab expen-
ſis abſoluimus ob difficultatem articulorũ ad tra-
dita per Doctores in l. properandum §. *ſin autem
alterutra C. de Iudicijs.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

---

*IN CAVSA BAPTISTAE, ET LAV-
rentij de Martinis, cum D. Maria Cataldi,
Paſqua, & Ioanne Quilici Stagi.*

ARGVMENTVM.

Condutor & eius hæres ſeù habens cauſam ab
eo an poſſit preſcribere res conductas contra
locatorem & eius hæredes & habentes cau-
ſam ab eis?

SVMMARIVM.

Dominium bonorum ſpectare ad aliquem probatur ex confeſſione poſſidentis, num. 1.

Dominium cedentis eſt penes ceſſionarium, num. 2.

Hæredem eſſe debet plene probari, num. 3.

Confeſſio propria plene probat, num. 4.

Hæres dicitur ille, qui facit aliquem actum, qui non poterat fieri niſi titulo hæreditario, num. 5.

Singula quæ non proſunt multa collecta iuuant, num. 6.

Probationes etiam diuerſi generis coniunguntur ad effectum vt faciant plenam probationem, num. 7.

Identitas dicitur probata per confeſſionem partis, nu. 8.

Conductores, nec eorum hæredes, nec habentes cauſam ab eis non poſſunt perſcribere res conductas contra locatorem & eius hæredes, & habentes, cauſam ab eis, num. 9.

Reconductio tacita in prædio ruſtico habet locum, donec conductor remanet in conductione ſciente, & patiente locatore, & talis reconductio habetur perinde ac ſi de ea appareret publicum inſtrumentum ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſis, nu. 10.

Actore non probante Reus abſoluitur, num. 11.

Abſoluto ab obſeruatione Iudicij conceditur in factis antiquis, & multũ intricatis, ne ius actoris pereat, numero 12.

Affe-

Digitized by Google

Affectus appellatione venit etiam cenſus, & canon vbi agitur de ſolutione longi temporis, num 13.

DECISIO XIX.

Dominus illuminatio mea.

CONDEMNAVI D. Mariam, &
D Ioſeph Cataldum eius vitum
pro omni ſuo iure, & intereſſe
ad dimittendum, & relaxãdum
Baptiſtæ, & Laurentio de Mar-
tinis medietatem petiæ Terræ
per q. D. Ioſeph. Arſinam pa-
trem D. Mariæ emptam à Magdalena filia olim
Alexandri Martini cũ conſenſu, & Interuẽtu olim
Baſtiani eius viri, nec nõ Ioſeph olim Iuliani Mar-
tini eius proximioris & hodie poſſeſſam per D.
Mariam filiam, & hæredem D. Ioſephi Arſinæ em-
ptoris. Motus quia cum Alex. pater dictæ Magda-
lenæ de anno 1551. confeſſus fuerit ſe tenere, &
poſſidere dictam petiam terræ vti conductoré ope-
ræ Annunciatę, à qua dicti Baptiſta, & Laurentius
cauſam habent, ex Inſtrumento celebrato inter
prædictos Baptiſtam, & Laurentium & dictã ope-
ram de anno 1612 de quo in proceſſu, & ſic per di-
ctam confeſſionem Alexandri conſtet dictam ter-
ram eſſe ſub Dominio dictæ operæ *Bart. in l. cum*
1 *filius num. 7. & 8. ver. prodeſt tamen C. de iuris, & fa-*
cti ignorantia, cum alijs per Ruin. conſ. 128. num 18. l. 2.
& dicta confeſſio noceat etiam Magdalenæ eius
filiæ & hæred. *l. generaliter, C. de non numerata pecu-*
niæ, Baldus conſ. 89. num. 6. lib. 1. cum alijs per Sur-
dum conſ. 60. nu. 1. lib. 1. Reliquum eſt quod dictum
Dominium hodie ſit penes dictos Baptiſtam &
2 Laurentium, tamquam ceſſionarios dictæ operæ
l. emptor, vbi Baldus in 1. not. C. de hæred. vel act. ven-
dita l. 1. C. de nouat. l. 2. C. de donationibus, & l. ſi ager
vbi Bart. & alij ff. de rei vendicat. & conſequenter
ad nos dictam petitam Terræ ſpectare, & pertine-
re pronunciandum erat.

Nec obſtat quod dicebatur non apparere con-
3 cludenter probatum, quod dicta Magdalena fue-
rit heres dicti Alexãdri eius patris, quia vltra quod
ipſam fuiſſe hæredem dicti Alexandri ſui patris ſa-
tis apparet per ipſius confeſſionem factam in ip-
ſo Inſtrumento venditionis dictæ Terræ, quæ ple-
4 ne probat, *l. generaliter, C. de non numerata pecu-*
niæ, huc etiam probatur per depoſitionem Ber-
nardini Michaelis, nec non per ipſum actum ven-
5 ditionis dictæ petiæ Terræ, cũ non appareat illam
vendidiſſe alio titulo, *ad tex. in l. pro hærede ff. de*
acq. hæred Natta conſ. 448. num. 18. cum alijs per Cæ-
ſarem de Graffis dec 11. num 12. de teſtamentis, quæ
6 omnia quando, vti de per ſe conſiderata non ſuf-
ficerent ad probandam iſtam qualitatem, quod
expreſſe negatur, tamen certum eſt, quod omnia
ſimul iuncta optimè probant, cum probationes
7 etiam diuerſi generis coniungantur ad effectum
vt faciãt plenam probationem *Gl. in l. 2. in princ.*
in verſ. legitimis ff. de excuſat. Tutorum Bartol. in l.
admonendi num 48. ff. de Iure Iurando, cum alijs per
Creſcent. dec. 3. de probat.

Nec pariter obſtat quod exad. dicebatur non
conſtare de identitate dictæ petiæ Terræ, quia im-
8 mò ſatis de illa conſtat per confeſſionem ipſius
Arſinæ, dum reſpondendo Interrogatorio dixit ſe
tenere, & poſſidere ferè dimidiam dictorum bono-
rum, ſuper quibus adeſt vna Domus per eum con-
ſtructa, & ædificata, cohærens Domui ad duos
arcus, de quibus in interrogatorio, & confeſſio
partis ſuperat omnem probationem ex allegatis.

Nec obſtat quod cum ab anno 1551 de quo
tempore dictus Alex. Faſſus fuit tenere dictam pe-
tiam Terræ, vti conductor operæ Annũciatę vſque
ad annum 1583 de quo tempore dicta Magdale-
na vendidit dd. bona d. Ioſeph Arſinę effluxerint
32. anni, dicta Terra fuerit præſcripta, quia ex di-
9 ſpoſitione ſtatuti 116. l. 2. nec conductores, nec eo
rum hæredes, nec habentes cauſam ab eis poſſunt
pręſcribere res conductas cõtra locatorem, & eius
hæredes, & habentes cauſam ab eis.

Nec obſtat quod à principio locatio fuerit fa-
10 cta pro tribus annis tantum, quia reſpondetur,
quod cum ſimus in prędio ruſtico habet locum ta-
cita reconductio, donec conductor permanſerit
in conductione ſciente, & patiẽte locatore, & dicta
conductio habetur perinde ac ſi de ea appareret,
publicum Inſtrumentum, ita diſponente ſtatuto
l. 2. cap. 103.

Ab illa tamen petia Terræ. quam Ioſeph Arſina
pater d. Mariæ emit à Federico patre dictorum
Baptiſtæ, & Laurentij actorum, dictam D Mariam
abſolui, quia non poterant dicti actores aliquid
in ea prætendere cum iam fuiſſet refrãcata per D.
Ioſeph à dicta opera antequam dicta opera cæde-
ret eius iura dictis actoribus.

Paſquam autem, & Ioannem Quilici Stagi ab-
ſolui ab obſeruatione Iudicij, quia pro parte di-
ctorum actorum non fuit probatum dictos Reos
11 conuentos tenere, & poſſidere dicta bona, vti
Conductores operæ, & licet Actore non probante
Reus abſoluatur à petitis, tamen quia agitur de
factis multũ antiquis, tutius eſſe exiſtimaui abſol-
12 uere dictos Reos, ab obſeruatione Iudicij, ſi quis
dem ſic iura actorum non pereunt ad tradita *per*
Afflict. dec. 60. num. 4. vbi V. ſil. in add. num. 7. Ga-
briel. conſ. 41. in princ. lib. 1. & Cæſar. de Barzis
deciſ. 42. num. 9. & deciſ. 113. num. 8. & dec. 122.
num. 7.

Nec obſtat quod Paſqua coram officio Viduo-
rum facta fuerit ſoluere operæ Annunciatæ vnam
ſalmam vini, & ſeptem librettas olei pro affictu,
quia non ex hoc arguitur quod dicta Paſqua te-
neat dicta bona in locatione, cum appellatione
affictus venire poſſit etiam cenſus, & canon vbi a-
gitur de ſolutione longi temporis, prout hic ad
tradita per Papienſem. In forma libelli, quo agi-
tur ad fictus præſtationem in principio *& ibi Glo.*
in verſ. Inueſtiuit in principio. Atque ex his ita ſen-
tentiaui.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA HONORANDAE COMmunitatis Chà Maioris cum ſpectabili benedicto filio & hærede Spect.q. Cæſaris, de Nobilibus.

ARGVMENTVM.

Remiſſio mercedis an, & quando fiat emphiteutæ?

SVMMARIVM.

Teſtes periti plene probant, num.1.

Remiſſio penſionis fit conductori quando in re conducta recepit damnum abſque eius culpa, num.2.

Emphiteutæ non fit remiſſio mercedis ſicut fit conductori, num.3. declara vt num.4.

Remiſſio mercedis fit in Emphyteuſi largo modo ſumpta quando non percipiuntur fructus ſoliti, ſed pauciores dimidia, num.5.

Doctores loquentes contra communem opinionem non ſunt attendendi, num.6.

Enormiſſimæ læſioni etiam cum iuramento renunciari non poteſt, num.7.

Renunciatio non comprehendit caſum valde inſolitum, & incogitatum etiam ſi ſit iurata, num.8.

Caſus valde inſolitus non comprehenditur ſub quibuſcunque clauſulis generalibus, maximè ſi ſit adeo inſolitus & extraordinarius, vt non potuerit à quocunque ſapientiſſimo viro excogitari, num.9.

Caſus valdè inſolutus & inexcogitatus dicitur quando Princeps prohibet nemoris inciſionem, num.10.

Remiſſio fit in Emphyteuſi etiam quando quis impeditur vti re emphyteutica facto tertij, num.11.

Renunciatio caſuum fortuitorum, intelligitur de caſibus fortuitis, qui communiter, & generaliter omnibus accidunt & non de illis, quæ ex plenitudine poteſtatis Principis proueniunt, num.12.

Remiſſio fit ementi Gabellam alicuius, ciuitatis cum omnibus commodis, & incommodis, quia reſidebat ibi Papa ſi contingat Papam ab illa ciuitate recedere, non obſtante quod eſſet conuentum, quod remiſſio aliqua ex cauſa peti non poſſet, num.13.

Super remiſſione canonis poteſt iudicari, licet illa non fuerit petita, ſed fuerit petita reſolutio contractus, ſi infra terminum à ſtatuto ad probandum aſſignatum fuerit articulatum, & probatum quod non recolliguntur fructus ſoliti, ſed minores dimidia, num.14.

Omne probatum cenſetur deductum ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſis, c.15.l.1.num.15.

Iudices Lucenſes procedunt ſummariè ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, numero 16.

Remiſſionis ſubſtantiam ſufficit eſſe articulatam intra terminum, vt extra terminum poſſit peti, & declarari, num.17.

Declaratio etiam poſt terminum fieri poteſt, num.18.

Declarans nihil noui deducit, num.19.

Iudex non prohibetur declarare ſententiam à ſe latam, num.20.

Qui non poteſt poſt terminum aliquid facere poteſt tamen declarare factum, num.21.

Pars non poteſt ſe fundare in depoſitione teſtium partis, non producti à parte, num.22.

Remiſſio non poteſt peti, vbi agitur executiuè, num.23.

Exceptio non implementi obſtat locatori, qui non remouit impedimentum per quod conductor non poteſt vti, & frui re locata, num.24.

Exceptio non implementi competit etiam aduerſus obligationem cameralem, quæ habet exequutionem paratam, num.25.

Exceptio non implemẽti debet ſuppleri à Iudice, vbi non eſt oppoſita à parte, num.26.

Exceptio non implementi poteſt opponi etiam contra eum, qui allegat non impleuiſſe propter impedimentum ſibi præſtitum, num.27.

Maxime quando ex ordine intellectus eſt prius per actorem aliquod implendum, num.28.

Impedimentum quod non poteſt tolli per partẽ denunciari non debet, num.29.

Citatio non eſt neceſſaria quando ſi citatus fuiſſet præſens non potuiſſet actum impedire, num.30.

Bona emphiteutica dantur ad meliorandum, numero 31.

Culpa nõ eſt ommittere expurgare foueas vbi inundatio Maris ſtatim eas repleret, num.32.

DECISIO XX.

Dominus illuminatio mea.

VNANIMITER exiſtimauimus, ſententiam latam per D. Iudicem à quo ad fauorem ſpectabilis Benedicti de Nobilibus dum declarauit exequutionem petitam pro parte communitatis Caſtri Chà Maioris pro ſumma ſcutorum 260. pro quinque annis præteritis eſſe concedendam ſolum pro ſcutis trigintaquatuor pro ſingulo ex dd. quinque annis Reformandam eſſe ex nouiter coram nobis deductis ad ſummam ſcutorum ſexdecim tantũ pro quolibet ex dictis quinque annis, & ſic dictam exequutionem eſſe ſolum concedendam, & relaxandam contra dictum ſpect. Benedictum pro ſcutis 80. pro toto dicto tempore.

Quia cum ex inſtrumento emphiteutico celebrato inter dictam communitatem, & ſpectabilem Cæſarem patrem dicti ſpectabilis Benedicti inter alia fuiſſet dicto ſpectabili Cœſari, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſa facultas, & authoritas incidendi Nemora, de quibus in dicta conceſſione, vt expreſsè legitur in dicto Inſtrumento in illis verbis. *Dechiarando ancora à magg. cautela* & ex dicta inciſione poſſent ſingulo anno extrahi ſcuti quinquaginta, vt deponunt quinque teſtes examinati in recurſu interpoſito coram
1 nobis, qui cum ſint in hac parte periti, non poteſt dubitari, quin plene probent, *l. 1. in prin. ff. de ventre inſpiciendo, & l. ſeptimo menſe ff. de ſtatu hominum cum ſimilibus.* Et de anno 1606. ſub die 10. Martij fuerit ab Excellentiſſimo Senatu prohibita dicta Inciſio, vt nobis conſtitit ex Decreto dicti Excellentiſſimi Senatus, Certè ſtante dicta prohibitione non poteſt dubitari, quin dicto ſpectabili Bene-

Benedicto eſſet concedenda huiuſmodi remiſsio, cum remota, & ſublata dicta inciſione, dictus ſpectabilis Benedictus in Terris, pro quibus tenebatur ſoluere ſingulo anno ſcutos quinquaginta duos pro canone, non recolligat niſi quatuor, vel quinque ſextaria frumenti, nec non aliquam paruam quantitatem fœni, & bladarum, ſiquidem vt deponũt teſtes examinati tam pro parte ſpect. Benedicti, quam pro parte dictæ Communitatis, *dette Terre ſono per lo più paludigne, e ſottopoſte all'acqua, & inondatione, & cauo il legname ci ſia da far poco fondamento,* Et conſequenter cum ex tali inciſione nemorum fuerit allatum graue damnum dicto ſpe-
2 ctabili Benedicto, debuit ei fieri talis remiſsio, cum tale damnum ſibi euenerit abſque eius culpa, *l. ſi merces, §. vis maior, l. ex conducto, §. 1. ff. locat. cap. propter ſterilitatem, & ibi Doctores, vbi Ioan. Andr. num. 2. Anchar. num. 1. de locato, cum alijs per Surdum conſ. 34. num. 1. verſic. at vbi Conductor & per totum, & deciſione 326. num. 13. verſic. Stante autem præſuppoſito.*

Nec obſtare viſum fuit quod dicebatur prædi-
3 cta procedere in locatione, & nõ in emphiteuſi, qui eſt caſus noſter, quia licèt regulariter emphiteutæ non fiat remiſſio mercedis, prout fit in ſimplici locatione, *l. 1. & ibi DD. C. de iure emphiteutico, & tradunt Canoniſtæ in cap. potuit, de locato.* Tamen conclu-
4 ſio procedit in Emphiteuſi propriè ſumpta, videlicet quando ſoluitur quid minimum in recognitionem Dominij. Cœterum quando ſolueretur penſio correſpõdens fructibus, & ſic pro vſu rei, prout hic, vbi ex Terris computata dicta inciſione nemorum, vix percipiebatur tantum; quod ſufficeret pro ſatisfactione canonis vt apparet ex ſupradictis, cum tunc iſta emphiteuſis ſit ſimilis locationi, & de eius natura magis participet, *vt poſt Bartol. in l. 1. nu. 34. & ibi Iaſ. nu. 35. C. de iure emphiteutico,* vbi dicunt iſtum eſſe verum modum diſcernendi locationem ab emphiteuſi, tradunt Doctores communiter in d. c. potuit, de locato, & fuit deciſum per Rotam Romanam in vna Romana de Maximis 16. Nouembris 1575. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino quam eadem Rota in pluribus alijs ſequuta eſt, & præcipuè in vna Romana Caſalis Marcigliani 19. Iunij 1587. coram eodem Illuſtriſſimo Seraphino, quæ reperitur impreſſa apud *Boccacium in ſuo tract. de cenſib. par. 2. num. 153.* Reliquum eſt, quod etiam in tali emphiteuſi fiat remiſſio, ſicut in ſimplici locatione *DD. in l. 1. vbi Bart. in 2. oppoſitione,* & poſt eum cœteri, & præcipuè *Iaſ. nu. 20. C. de iure emphiteutico, Berous in cap. potuit nu. 175. in fine de locato. Soc. in l. Gallus, §. etiam ſi parente col. 2. in fine, ff. de liberis & poſthum. & conſ. 257. col. 5. ver. vlterius etiam pro ſolutione lib. 2. Roman. conſ. 369. col. penult. Andr. Sicul. in cap. potuit col. 8. de locato. Brun. conſ. 41. nu. 18. Gratus reſponſo 128. nu. 9. 10. & 11. lib. 2. Alex. conſ. 112. nu. 3. poſt princip. lib. 1. Berous conſ. 130. nu. 14. & ſeq. & conſ. 131. nu. 11. lib. 1.* vbi loquitur in
5 caſu, quo non fuerũt percepti fructus ſoliti, ſed minores, & pauciores, quam eſſet dimidia. *Ruin. conſ. 57. nu. 10. lib. 1. & conſ. 67. lib. 1. & conſ. 161. num. 21. eod. lib. 1. Burſat. conſ. 11. Riminald. iun. conſ. 49. nu. 14. & ſeq. Aymo conſ. 448. nu. 5. Boſſius de remiſſione mercedis, nu. 104. 114. & 117.* vbi hanc opinionem veram, & communem fatetur. *Clarus in §. emphiteuſis q. 8. verſ. ſed nunquid, ibi, niſi tamen. Roman. in l. interdum, §. ex naufragio num. 5. ff. de acq. poſſeſſ. Aretin. conſ. 55. nu. 3. ver. ex præmiſſis. Barbatia conſ. 14. num. 36. lib. 2. Cotta in ver. Emphiteuſis. Velaſch. de iure emphit. q. 27. nu. 11. Cagnol. in auth. qui rem num. 6. C. de ſacroſ. Eccleſ. Neuizan. conſ. 92. nu. 45. & 50. Roland. conſ. 96. nu. 26. lib. 1. Theſaur. deciſ. 20. num. 5. & 6. & 7. & ibi add.* Et hanc ſequitur Rota Romana, vt apparet *ex deciſ. 720. nu. 5. par. 1. diuerſorum,* vbi alij allegantur. Et conſequenter parum curauimus de Doctoribus in contrarium allegatis, quia aut loquuntur in Emphiteuſi propriè ſumpta, videlicet quando ſoluitur
6 quid modicum in recognitionem Dominij, vel nõ debent attendi tanquam loquentes contra communem, & receptam opinionem vt oſtendimus.

Nec dicatur, quod dictæ Terræ erant ſteriles, etiam à principio, quia non tractatur de ſterilitate, ſed de cauſa prohibitionis inciſionis ſuperuenta, quæ præbuit cauſam remiſſioni.

Nec obſtat quod inter partes fuerit conuentum, quod non poſſet peti remiſſio aliqua ex cauſa, etiam ex enormiſſima læſione, quia, vltra quod
7 enormiſſimæ læſioni etiam cum iuramento renunciari non poteſt. *Afflictus deciſ. 312. num. 9. Aymo conſilio 7. numero 6. Decius. conſilio 108. numero 7. cum alijs per Caſtrem Barzium deciſ. 67. numero 54.* Adhuc dicimus quod talis renunciatio non
8 comprehendit caſum valde inſolitum, & non cogitatum *l. fiſtulas § frumenta, ff. de contrahen. emptione. Doctores in l. ſed & ſi quis §. quæſitum, ff. ſi quis cautionibus. Ripa in tract. de peſte, num. 97. Neuizzan. conſilio 91. num. 5.* vbi dicit hoc procedere etiam ſtante iuramento. *Mandell. conſilio 1. num. 5.* latè *Menoc. conſ. 27. nu. 18. 19. & 20. l. 1. Mohedan. deciſ. 5. de locato,* vbi dicit caſum valde inſolitum non com-
9 prehendi ſub quibuſcumque clauſulis generalibus. Maximè quando caſus fuit ita inſolitus, & extraor-
10 dinarius, vt veroſimiliter non potuerit cogitari à quocumque ſapientiſſimo viro, prout hic, cum nemo potuiſſet cogitare quod Excellentiſſimus Senatus fuiſſet prohibiturus talem inciſionem, vt latè tradit *Corn. conſ. 12. lib. 4. Ripa in d. tract. de peſte, nu. 99. & plurib. ſeqq. Menoch. de arbitr. iudicum caſu 80. per totum. Alexan. conſ. 28. num. 11. & ſeq. lib. 1. Caputaq. deciſ. 96. par. 1. impreſſarum. & deciſ. 1. in manu-*
11 *ſcriptis & Fabius dec. 39. l. 2.* Et quod prædicta procedant etiam quando quis facto tertij impediretur vti re in emphiteuſim conceſſa. *Florianus in l. Proculus, §. fin. de vſufructu. Firmanus de Gabella 2. par. q. 12. & de communi. Cotta in verſic. conduct. 1. verſic. quarto, adde & Carocc. de locato, parte 3. capit. 46. num. 16.*

Et in puncto, quòd Renunciatio caſuum fortui-
12 torum debeat intelligi de caſibus fortuitis, qui communiter, & generaliter omnibus accidunt, & non de illis, qui ex plenitudine Poteſtatis Principis proueniunt, prout euenit in caſu noſtro tradunt *Ancharia conſil. 74. num. 2. Menochius conſil. 27. numero 53. Aymo conſil. 95. num. 5. & conſilio 233. numero 1. Carocc. de locato par. 3. cap. 46. numero 38. Carpanus ſuper Statuto Mediolani cap. 394. num. 111 lib. 2. Surd. deciſ. 326. num. 15. & 64.* vbi loquitur in Emphiteuſi. *Menoch. conſ. 531. num. 5.* qui loquitur,

D quan-

Digitized by Google

quando quis fuit impeditus incidere nemora iuſ-
ſu Iudicis, cum alijs *per Ancharanum conſ.402. per*
13 *totum*, vbi loquitur de eo, qui emerat Gabellam à
Communitate Piſtorij per plures annos cum om-
nibus commodis, & incommodis, quia reſidebat
ibi Papa, & dicit quòd cùm per receſſum Pontifi-
cis à dicta Ciuitate commoda Gabellę fuiſſent val-
de diminuta, debuit illi fieri remiſſio, non ob-
ſtante, quod fuiſſet conuentum, quòd remiſſio
aliqua ex cauſa peti non poſſet, cum illa ſpes re-
ſidentiæ fuiſſet cauſa finalis emptionis dictæ Ga-
bellæ pro tanta mercede, Vndè fit quod, cum in
caſu noſtro inter alia, inciſio nemoris fuiſſet cau-
ſa, vt ſolueretur tanta penſio, certè ſtante
prohibitione dictæ inciſionis, debuit etiam fie-
ri dicta remiſſio non obſtante dicta renunciatione
ex allegatis.

Nec obſtat quod infra terminum decem die-
rum aſſignatum à ſtatuto ad dicendum cauſam
14 quare dictus ſpectabilis Benedictus non tenere-
tur ad dictam ſolutionem canonis, non fuit peti-
ta remiſſio Canonis, ſed reſolutio contractus, quia
cum infra dictum terminum fuerit articulatum,
& probatum quod ex dictis terris poſseſsis per
dictum ſpectabilem Benedictum, ſublata dicta
inciſione nemorum, non recolliguntur, niſi aliqui
15 pauci fructus, & hic adſit ſtatutum quod om-
ne probatum cenſetur deductum vt legitur *in cap.*
15. *lib.1.* ſatis potuit iudicari ſuper dicta remiſ-
ſione, licet ipſa non fuiſſet expreſsè petita, *con-*
tra regulam legis qui habebat, ff. de inſtitut. actione,
vt in puncto huiuſmodi ſtatuti *tradit Franciſcus*
Marcus deciſ.86. num.6. ſtante maximè alio ſtatuto 14.
eiuſdem libri primi, in quo diſponitur, quod Iudi-
ces debeant procedere ſommariè, ſine ſtrepitu,
16 & figura Iudicij, & ſola facti veritate inſpe-
cta, quæ ex actis, & probationibus appareat *Fran-*
ciſcus Marcus vbi ſupra, num.7. & Grammatic. deciſ.
103. *num.* 141.

Et prædicta in caſu noſtro procedere ſine diffi-
cultate viſum fuit ex eo, quia comperimus in pro-
ceſſu, dictam remiſsionem fuiſse expreſsè petitam,
coram D. Iudice, à quo, quæ licet fuerit petita ex-
17 tra terminum, nihilominus ſtante, quod in termi-
no fuit articulata ſubſtantia ipſius remiſsionis, ſa-
tis potuit extra terminum peti declarari, quia de-
18 claratio etiam poſt terminum fieri poteſt, cum
19 declarans nihil de nouo deducat. *l. hæredes palam*
§ ſed ſi notam, ff. de teſtamentis cap. cum dilecti de ac-
cuſationibus cap. literæ de dilationibus. Sed potius
detegit quod inerat *l. ſicut §. ſed ſi quæritur, ff. ſi*
ſeruitus vendicetur, & l. ex diuerſo, ff. de rei vendi-
catione, ſicut ille qui tritans granum ſub ariſtis
latens nonam ſpeciem non inducit *Baldus in l.*
edita in 10. *oppoſitione, C. de edendo, vbi Decius, num.* 48.

Et ideo Iudex qui lata ſententia dicetur functus
20 officio ſuo, *l. Iudex, ff. de re iudicata*, non prohibe-
tur ſuam declarare ſententiam *Gloſ. in verſic. ſ. d an*
interpretari in lege ea qua, C. comminat. epiſtola, & in
l. ſed & ſi vtrinſque in ver. & ſic, ff. de euict.

Et quod, qui non poteſt poſt terminum aliquid
21 facere, poſsit tamen declarare, tradit *Bald. in a. l. hæ-*
redes palam, & in l. tres denunciatores in fine, C. quomo-
do & quando Iudex cum alijs per Carthariam in deciſ. Ia-
nuenſ. 16. *num.* 18. *cum pluribus ſequentibus*, vbi præ-
dicta confirmat multis ſimilibus.

Nec obſtat, quod ex depoſitione Stephani Pieri
examinati pro parte dicti Spect. Benedicti in pri-
ma inſtantia appareat dictum Spect. Cæſarem non
habuiſſe rationem ad inciſionem dicti nemoris,
22 quia vltra quod eius dictum non fuit à Spectabili
Benedicto productum, vt legitur in proceſſu, quo
caſu non poteſt in eo pars aduerſa ſe fundare, vt
poſt *Thob. Nonium conſil. 24. num. 27. & Burſatum*
conſil. 89. nu. 11. tradit Lepidus deciſ. 34. col. 3. circa me-
dium, adhuc dicimus, quod in eius depoſitione nō
poteſt aliquod fieri fundamentum, cum ex lectura
ipſius inſtrumenti contrariū appareat, vt diximus.

23 Nec obſtat, quod cum agatur exequutiuè non
poſſit peti remiſſio, quia cum pro parte dictæ
Communitatis fuerit promiſſa dicto Spectabili
Cæſari, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus omnis
defenſio, vt ipſis conductoribus liceret vti, & frui
re cōducta, & inciſione dictorum Nemorum, ſicuti
re vera fecerant pluries, vt deponunt teſtes, &
ſtante dicta prohibitione Principis dictus Specta-
bilis Benedictus non poſſit dictum Nemus am-
plius incidere, obſtat dictæ Communitati exceptio
non implementi, cum non remouerit dictum impe-
dimentum, prout tenebatur *per l. ſi quis fundum, §.*
Imperator, ff. de locato, & conducto, & in ſpecie tradit
Alciatus conſ. 689. num. 4. in fine Socin. ſenior conſilio
70. num. 2. lib. 3. cum alijs per Menochium conſil. 531.
num. 8. l. 5. Quæ exceptio non implementi compe-
24 tit etiam aduerſus obligationem cameralem, quæ
habet exequutionem paratam, *Corneus conſilio 79.*
num. 13. libro primo, & conſil. 297. num. 1. lib. 3. Decius
conſil. 119. num. 2. cum alijs per Galliſium ad formam
obligationis cameralis in 4. parte, quæſtione prima, num.
7. Chartarius deciſ. 3. num. 2. & 3. cum alijs per Lepi-
dum dec. 65. per totam, & maximè in fine.

25 Et hoc eſt adeo verum, vt quamuis talis exce-
ptio non eſſet oppoſita à parte, adhuc Iudex tene-
retur illā ex officio ſupplere, *Romanus conſ. 244. Ay-*
mo conſ. 151. num. 10.

26 Et in puncto, quod talis exceptio opponi poſ-
ſit, etiam contra eum, qui allegat non impleuiſſe
propter impedimentum, *Alexan. conſ. 49. l. 2. Ay-*
mo dicto conſil. 151. num. decimo, ver & ideo agere quis
non poteſt. Decius in l. cum proponas, numero quarto, C.
de pactis, Felin. in capit. peruenit, num. 2. in fine, de iure
iurando, cum alijs per Maſcardum concl. 1393. nu. 44.

27 Et concluſio procedit ſine difficultate, quando
ex ordine intellectus eſt prius per actorem aliquid
implendum, vt ſequatur implementum alterius,
quia tunc poteſt ſemper contra agentem excipi,
cur ex parte ſua non implenit, *Baldus in l. primi, nu-*
mero 22. C. de vſuris & fruct. legatis. Socinus conſilio
vltimo, num. 3. verſic. non obſtat l. 3. Marcus Brunus ab
Angelilaria conſil. 105. num. 156.

28 Nec obſtat, quod dictum impedimentum non
fuit denunciatum Communicati, quia cum d. im-
pedimentum non potuiſſet tolli per Communita-
tem, cum illud eueniſſet ex facto Principis erat
29 omnis denunciatio ſuperflua, *Socinus conſil. 120. nu.*
10. lib. 3. Menochius conſil. 246. num. 27. lib. 3.

30 Sicut dicitur in ſimili de citatione, quæ non eſt
neceſſaria, quando ſi citandus fuiſſet præſens
non

Digitized by Google

non potuiſset actum impedire, nec iuſtè contradicere *l. qui poteſt inuitis, & ibi Decius de regul. iuris, num. 2. verſic. & per iſtam regulam infertur, Bart. in l. 3. §. ſi cauſa, num. 7. ver. non cum eo contradicente, ff. de bonorum poſſeſſione. Oldradus conſ. 95. num. 17. in fine. verſ. præterea ſi præſens eſſet contradicere non poſſet.*

Nec obſtat quod ſi ex dictis Terris non recolliguntur fructus hoc debet attribui culpæ ſpectabilis Benedicti, qui non curauit refici foueas, & alia fieri, ex quibus Terræ ad culturam redigerentur, cum bona emphiteutica dentur ad meliorandum, *Bald. in cap. 1. §. ſi Vaſallus, num. 2. tit. hic finitur lex Federici*, quia reſpondetur, quod tàm ex teſtium depoſitionibus, quàm ex ipſius loci facie nobis conſtitit, quod omnes diligentiæ fuiſsent inanes, ſiquidem, vt deponunt teſtes & ipſa loci facies oſtendit dictæ Terræ ſunt ità inferiores & depreſſiores mare quod illis prope eſt, vt licet foueæ reficerentur adhuc vnica tantum nocte aquis replerentur, vt experientia multoties docuit, ſi quidem vt deponunt teſtes licet ſpectabilis Cæſar pater ſpect. Benedicti eaſdem foueas reficere fecerit nihilominus ſtatim aquis fuerunt repletæ, & culpa non eſt omiſiſse expurgare foueas, vbi inundatio ſtatim eas repleuiſset ad tradita *per Baldum conſ. 145. num. 3. verſic. & tunc refert an caſus nihilominus contigiſſet, & num. 4. verſic. item conſumatores l. 4. cum alijs per Aymon. conſ. 83. num. 5.*

Atque ex his fuit concluſum pro remiſſione facienda ad fauorem dicti ſpectabilis Benedicti in ſumma prædicta.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA DD. TVTORVM SPEctabilis Donati Ori, cùm DD. Tutoribus filiorum Iacobi Banelli.

ARGVMENTVM.

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, an & quando debeatur?

SVMMARIVM.

Intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis non debetur ſine mora, num. 1.

Mora non eſt damnoſa debitori, quando creditor potuit ſolutionem recipere, & non recepit, num. 2.

Simplex mora non ſufficit, vt debeatur intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, ſed amplius requiritur quod cum mora concurrant cumulatiuè requiſita Pauli de Caſtro in l. 3. §. nunc de eo, ff. de eo quod certo loco, num. 3.

Requiſita Pauli de Caſtro ſunt. Quod vltra moram quis ſit ſolitus negociari, quod habuerit merces paratas ad emendum quod propter defectum pecuniarum illas non emit, quod ſi illas emiſſet tantum ſuperlucratus fuiſſet, num. 4.

Iſta opinio Caſtrenſ. eſt magis communiter approbata, numero 5.

Minores non poſſunt prætendere intereſſe lucri ceſſantis & damni emergentis, niſi ſint probata requiſita Pauli de Caſtro, num. 6.

Potentia lucri propinqua non probatur ex eo, quod ſumus in Ciuitate Mercantili, in qua paſſim inueniuntur occaſiones pecunias ad lucrum collocandi, numero 7.

Intereſſe damni emergentis non poteſt conſequi, niſi in indiuiduo probetur damnum conſequutum fuiſſe, ex eo quia non habuit pecunias, num. 8.

Sine requiſitis Pauli de Caſtro mora in vſuris non poteſt aliquid operari, nec de ſtylo, nec de conſuetudine, numero 9.

Ab expenſis Iudex abſoluit iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus, num. 10.

DECISIO XXI.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

ROTA cenſuit benè iudicatum per D. Iudicem à quo, dum pronunciauit terminum exequendum ſolum pro ſorte principali nulla facta mentione alicuius intereſſe. Quia quod attinet ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis ab anno 1601. vſque ad diem 11. Auguſti 1616. qua die fuit pronunciatum non eſſe locum depoſito, ſed exburſationi pecuniarum eſt clarum, quod per totum dictum tempus nullum debetur intereſſe, nec lucri ceſſantis, nec
1 damni emergentis cum nulla interuenerit mora
tex. eſt in l. ſocium qui, cum Gloſ. ff. pro ſocio. Corn. conſilio 145. lib 2. Ruin. conſilio 55. lib. 2. Cagnol. de act. empt. ſub num. 23. lib. 1. Nauarr. in commentario de vſuris, num. 46. qui dicit communem de omnium Theologorum ſententia, & fuit deciſum in vna Romana Societatis de anno 1612. coram Illuſtriſſimo Cardinali Sacrato, quæ eſt impreſſa apud *Farinacium in 2. volumine ſuorum conſiliorum criminalium in ordine deciſ. 362. num. 1.*

Quod verò ſpectat à die, qua D. Iudex pronunciauit non eſſe locum depoſito, ſed exborſationi, & pariter ab illa die non debetur aliquod intereſſe, quia tantum abeſt, quod poſſit conſiderari aliqua mora in debitore, quod potius negligentiæ
2 creditoris imputandum ſit, cum potuerit ſolutio-
nem recipere, & non fecit, quo caſu talis mora non poteſt eſſe damnoſa debitori, *tex. eſt expreſſus in l. 1. §. nec tamen Iudex vbi Bart. & Bald. ff. de vſuris. Ruin. conſ. 104. num. 10. verſ. ſi verò lib. 4. Alciatus conſ. 59. nu. 3. lib. 5.* & fuit reſolutum in Rota Romana, vt
3 apparet apud Statirium Pacificum *poſt ſuum tract.*
Saluiani interdicti deciſ. 119. per totam & in ſpecie, nu. 4. Gamma deciſ. 110. verſ. nunc verò vt clarius uncto ver. in ſecundo autem caſu. Carpan. ad ſtatutum Mediolani cap. 43. num. 6. & 16. lib. 1.
4 Et licet iſta ſatis, ſuperque ſufficiãt pro deciſio-
ne cauſæ. Tamen ex abundanti addere placuit, Quod quando etiam dicti de Banellis fuiſſent in aliqua mora, quod expreſsè negatur ex ſupradictis

Digitized by Google

Adhuc dicimus, ſimplicem moram non ſufficere
ad effectum, vt debeatur intereſſe lucri ceſſantis
ſeu damni emergentis, ſed ampliusrequiri quod
cum mora cumulariuè concurrant requiſita *Pau-
li de Caſtro in l.3. §.nunc de eo, ff. de eo, quod certo
loco*, nempè, quod prætendens intereſſe vltrà mo-
ram debitoris ſit ſolitus negociari, & quod ha-
buerit merces paratas ad emendum, & propter
defectum pecuniarum non potuerit illas emere,
quas ſi emiſſet tantum lucratus fuiſſet, vt poſt *Di-
uum Thomam 2.2.quæſt.78. num.2. verſic. ad primum
tenuerunt, Aymo conſil.320. num.6. Roland. conſil.35.
num.13. lib.1. Natta conſil.450. num.6. Franc. Mar-
cus deciſ.167. lib.2 Hondedeus conſil.50. num.30.
lib.1. Mobedanus deciſ.3. de vſuris. Puteus deciſ.3.
eodem tit. & deciſ.327. lib.1. Caputaq. deciſ.2. l.3. in
manuſcriptis*, & fuit ſæpiſſimè deciſum in Rota Ro-
mana, vt videre eſt in vna Romana Fundaci
9. Nouembris 1585. coram Illuſtriſſimo Seraphi-
no, in vna Romana Societatis 26. Aprilis 1591. &
28. Ianuarij 1592. coram Illuſtriſſimo Blanchet-
to, & in vna Lucana locationis 18. Martij, & 29.
Aprilis 1611. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lan-
cellotto iuniori, quæ hodie reperitur impreſſa
apud *Farinac. in 2. volumine dictorum ſuorum conſi-
liorum criminalium, in deciſ.325. num.7.* & nouiſſimè
in alia Romana fructuum, & intereſſe ſub die 11.
Decembris 1614. coram R.P.D. Pamphilio.

Et quod prædicta opinio Caſtrenſ. ſit magis ve-
5 ra, & communiter recepta non ſolum à Rota Ro-
mana, ſed à diuerſis Tribunalibus Italiæ patet *ex
Lupo in l. curabit, C. de act. empt. §.6. num.113.* vbi
dicit vltra Rotam Romanam ita iudicaſſe *conſil.
Neapolitanum, vt per Afflictum deciſ.20. Senatum Re-
gni Luſitaniæ, vt per Gammam deciſ.110. Senatum
Delphinatus vt per Franciſcum Marcum deciſ.167.
num.8. par.2. Rotam Ianuenſem, vt per Martam voto
165. num.9. Concilium Regni Cataloniæ, vt per Peguer.
deciſ. crimin. cap.33. ſub num 11. verſic. ex his igitur*,
& fuit de anno 1615. deciſum etiam in hac Rota
in vna cauſa vertente inter Spectabilem Maſſimi-
lianum à Porticu, & ſpect. Ioannem Andream pa-
trem à Porticu, vt per acta Ser Horatij Gaſparini
actuarij de dicto anno 1615. *fol.209.*

Nec obſtat quod iſti, qui prætendunt iſtud in-
tereſſe ſint minores, & ſtatutum iubeat, quod eo-
rum pecuniæ, per eorum tutores non debeant te-
6 neri ocioſæ, quia cum non fuerint probata dicta
requiſita Pauli de Caſtro, adhuc obtinere non poſ-
ſunt, *vt poſt Afflictum dicta deciſ.20.* fuit deciſum in
vna Romana vſuraria 13. Aprilis 1577. coram R.
P.D. Caputaquenſe. *Mobedan. deciſ 208.* & fuit
pariter deciſum in alia Romana vſurarum 16. De-
cembris 1569. coram Illuſtriſſimo Seraphino, quæ
eſt impreſſa *apud Farinacium in primo volumine ſuo-
rum conſiliorum criminalium deciſione quinta, numero
quarto.*

Nec obſtat quòd ſimus in Ciuitate mercantili,
in qua paſſim inueniuntur occaſiones, pecunias
7 ad lucrum collocandi, quia ex hac ſola qualitate
Rota Romana tenet non eſſe probatam iſtam po-
tentiam lucri propinquam, vt fuit deciſum in
vna Romana Societatis de anno 1612. coram Il-
luſtriſſimo Sacrato, quæ eſt impreſſa *per Farinacium,
ad dictum ſuum volumen ſecundum conſiliorum crimi-
nalium deciſ.362. num.2.* vbi expreſsè dicitur, quòd
in hac materia Rota tenet requiri in ſpecie, quod
tempore interpellationis creditor habeat certam
occaſionem pecunias inueſtiendi, vt diximus.

Nec obſtat quòd dictus ſpectabilis Donatus
paſſus fuerit damnum ex quo eodem tempore ſol-
uebat fructus & intereſſe diuerſis perſonis, & quod
propterea ei licitè debeatur intereſſe ſaltem dam-
8 ni emergentis, ſi quidem ſi iſtas pecunias habuiſ-
ſet, debita extinxiſſet, nec damnum paſſus fuiſſet,
nam Rota Romana ad hunc effectum requirit,
quod in indiuiduo probetur, quod ex iſta cauſa,
videlicet quia non habuit pecunias illas damnum
conſequutus fuerit *Mobedan. deciſ.2. de vſuris*, & fuit
reſolutum in vna Romana pecuniaria de Zabec-
carijs 7. Aprilis 1581. coram b.m. Lauretano, &
in vna Romana de Brunis 2. Decembris 1591. co-
ram b.m. Orano, & in Romana Cambiorum 15.
Maij & 19. Iunij 1592. coram Illuſtriſſimo Milli-
no, & in vna Bononienſe dotis 24. Maij 1600. co-
ram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto iuniori, &
in dicta Lucana locationis 18 Martij, & 29. Aprilis
1611. coram eodem Illuſtriſſimo Lancellotto, quæ
eſt impreſſa ad ſecundum volumen conſiliorum,
Farinacei deciſ.325. num.5. & denique in vna Lug-
dunenſ. Computorum 18. Decembris 1609. coram
R.P.D. Coccino, in qua fuit in ſpecie dictum, quod
Rota in hac materia non ſequitur conſilium *Ruini
104. num.6. lib.1.* qui volebat ſufficere, quòd con-
ſtaret de damno, ex quo præſumitur, quod ſi fuiſ-
ſet ſolutum id quod debebatur, illud non fuiſset
paſsum, & meritò, quia vt conſiderat eadem Ro-
ta poteſt eſse quod mutuans non ſoluiſset illa de-
bita & quod alias daretur magna occaſio fraudi-
bus, & poſset quis prætextu vnius crediti ſcuto-
rum centum dare diuerſis perſonis ſub vſuris mul-
to maiorem ſummam. Et propterea Rota ad
9 iſtum effectum ſemper reſoluit quod vltra moram,
concurrere debeant requiſita Pauli de Caſtro, ſi-
ne quibus certum eſt, quod nec ſtylus, nec conſue-
tudo aliqua in vſuris aliquid operari poſsunt *cap.
quia in omnibus, & ibi Gloſ. in ver. multa de vſuris*, cum
alijs additis in his terminis in Romana Societatis
2. Iulij 1570. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancel-
lotto, & 20. Maij coram Illuſtriſſimo Millino.
Proinde cum pro parte dicti ſpectabilis Donati
non fuerint probata dicta requiſita Pauli de Ca-
ſtro, meritò Rota cenſuit illi nullum deberi in-
tereſse.

Dictum autem ſpectabilem Donatum ab expen-
ſis abſoluimus iuſtis de cauſis animum noſtrum
mouentibus, ad tradita *per Doctores in l. properan-
dum, C. de iudicijs, cum ſimilibus.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA MAGNIFICI D. HYERONIMI de Vannis cum D. Octauio Mutono carcerato.

ARGVMENTVM.

Debitor relaxandus à carceribus quando creditor qui illum capere fecit non ſoluit per octo dies bononenum, an debeat relaxari quoad alium creditorem, qui fecit illum arreſtare, & non defecit in ſolutione.

SVMMARIVM.

Debitor detentus in carceribus ad Inſtantiam ſuorum creditorum ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſis, debet conſequi qualibet die à ſuis creditoribus bononenum vnum pro alimentis, & ſi fuerit ceſſatum in ſolutione dicti bononeni per octo dies debet excarcerari, numero 1.

Statuti verba vbi non verificantur non habet locum eius pœna, num. 2.

Debitor licet ſit relaxandus pro captura quando Creditor, qui illum capere fecit non ſoluit per octo dies bononenſ, non debet tamen relaxari quoad creditorem, qui fecit illum arreſtare, & non defecit in ſolutione bononeni, num. 3.

Interpretatio ſemper illa eſt capienda, per quam ſtatutum vnum effectum contra Ius commune & non duplicem operetur, num. 4.

Concordia non poteſt obligare niſi à die conuentionis, & concordiæ, quando in ſtatuto adeſt dictio tunc, numero 5.

Tunc dictio denotat de ſui natura extremitatem temporis, & conuentionem ad illud tempus reſtringit, nu. 6.

Argumentum à contrario ſenſu procedit etiam in ſtatutis, num. 7.

Pœnam non meretur, qui facit lege permittente, nu. 8.

Quando in Rota non reperitur, niſi vnus tantum Iudex, tunc iſte non poteſt procedere in cauſa, ſed tantum ei eſt data facultas interloquendi ſuper admiſſione recurſuum, num. 9.

Citatio quoad ordinem, & modum procedendi dicitur de iure poſitiuo, & ideo eius omiſſio reputatur leuis dummodo interueniat ſubſtantia, videlicet quod Citandus per ſe, vel per procuratorem compareat, numero 10.

Ab expenſis partes abſoluuntur quando ſententia reformatur, num. 11.

DECISIO XXII.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea.

IN cauſa Recurſus interpoſiti à Magnifico Domino Hyeronimo de Vannis nominibus de quibus in ſententia lata ad fauorẽ Octauij Mutoni carcerati. Rota cenſuit, dictum Octauium eſſe detinendum in carceribus pro duabus arreſtationibus, ſeu recommendationibus de eo factis altera ſub die 15. Decembris 1616. ab hæredibus Ioſeph Speziali, & altera ſub die ſequenti à ſpect. Paulo Veculi, licet attenta die 14. Decembris, in qua fuit primo loco captus veniret excarce
1 randus, Quia & ſi à dicta die 14. appareat ceſſatũ per octo dies in ſolutione bononeni, qui à creditoribus debet qualibet die ſolui carceratis pro eorũ alimentis vigore ſtatuti 124. l. 1. & ſic quoad dictam capturam d. Octauius per ceſſationem factã per octo dies in ſolutione dicti bononeni veniret ex diſpoſitione dicti ſtatuti excarcerandus, Tamen cum à die arreſtationum de eo factarum, attẽta concordia, & cõuentione inita, ſub die 17. eiuſdem Menſis Decembris inter creditores ipſius de ſoluẽdo qualibet die vno bononeno inter omnes Iuxta diſpoſitionem eiuſdem ſtatuti, facto cõputo a die 15. Decembris 1616. qua die fuit primo loco arreſtatus vſque ad & per totam diem vltimam Menſis Iulij proximè præteriti non fuerit ceſſatum in ſolutione dicti bononeni, niſi per ſeptem dies, ſi quidem à dicta die 15. Decembris vſque ad & per totam diem vltimam Iulij incluſiuè non ſunt decurſi niſi 229. dies, & dictus Octauius habuerit bononenos 222. vt apparet ex fide ſuper ſtitis Carcerum, & ſic non deficiant niſi bononeni ſeptem, ſumus in claris, quod non venit caſus excarcerationis, de quo in dicto ſtatuto, cũm tũc demum ſtatutum cõcedat excarcerationem quando fuit ceſſatum per octo dies, vt clare legitur in illis verbis verum ſi talis perſona, &c.

2 Et vbi verba ſtatuti non verificantur non habet locum eius pœna *l. 4. §. toties, ff. de damno infecto, l. ſi ſeruum, §. non dixi, ff. de acquirenda hæreditate. Roman. conſilio 442. numero 2. Alexand. conſil. 17. num. 2. lib. 1. cum alijs per Afflictum d. Sta decis. 21. num. 9.*

Nec dicatur quod cum dictus Octauius eſſet relaxandus pro captura eſſet etiam relaxandus pro arreſtationibus, quia cum captura fuerit à principio rectè conceſſa, licèt poſtea per ceſſationem factam per octo dies in ſolutione bononeni veniat annullanda, & ſucceſſiuè dictus Octauius relaxandus quoad creditorem, qui illum à princi-
3 pio capere fecit, non ideo debet relaxari quoad Creditores, qui illum arreſtare fecerunt, & non defecerunt in ſolutione dicti bononeni per octo dies, vt oſtendimus, cum ipſi ius haberent illum capi faciendi, & detinendi etiam ante capturam ex ijs, quæ tradit *Bartol. in quæſt. Lapus in ſolut. nu. 17. verſ nat ſecunda, recommendatio Angel. in l. ſi vnus in principio ff. de bonis author. Iudicis poſſidendis Iaſon in l. quod ſi ſeruum §. quod ſi prætor num. 10. ff. de ne quis eum qui in Ius, & poſt alios tradit Franc. dec. 415. num. 1.* licèt ipſe contrarium teneat in caſu ſuo, ex quo captura, de qua ibi à principio peccabat in forma.

Nec pariter obſtare putatum fuit, Quod Concordia inita inter Creditores de ſoluendo vno bononeno inter omnes eos obligauerit ad ſoluendum etiam a die capturæ, quia reſpondetur quod, vltra quod ſat eſt, quod concordia operetur illud, quod a ſtatuto diſponitur, videlicet, quod ſufficiat ſoluere vnum bononenum inter omnes, cum ſemper illa ſit capienda interpretatio per quam

ſtatutum vnum effectum contra ius commune, & non duplicem operetur, *Roman. conſil. 199. num. 6. cum alijs per Socin. conſ. 110. nu. 3. lib. 4.* adhuc quod cōcordia non potuerit eos obligare, niſi à die con-
5 uentionis & concordiæ datur apertè intelligi ex proprietate, & natura illius dictionis, Tunc, de qua in dicto ſtatuto dum diſponit, quod ſi contingat aliquem debitorem in carceribus recommendari ad petitionem plurium creditorem, Tunc creditores facta æquali diuiſione teneantur ad ſolutio-
6 nem dicti bononeni, nam dictio, tunc, de ſui naturà denotat extremitatem temporis, & conuentionem ad illud tempus reſtringit *l. in ſubſtitutione in ſecundo reſponſo, ff. de vulgari, l. penultimo, ff. de teſtamentaria tutela. Alex. conſ. 110. num. 12. lib. 7. cum alijs per Par. ſ. conſ. 98. num. 5.*

Nec dicatur quod cum ante conuentionem quilibet creditor teneretur ſoluere dicto Octauio bononenum vnum, adhuc etiam facto computo à die 15. Decembris fuit ceſſatum per octo dies in ſolutione bononeni, cum pro primo arreſto eſſent per hæredes Ioſephi ſpetiali ſoluendi duo bononeni, & vnum pro ſecundo arreſto, & ſic cum deficiant in totū bononeni octo, adhùc erat ſaltem pro primo arreſto excarcerandus, quia reſpōdetur, quod cum ex diſpoſitione dicti ſtatuti quilibet ex dictis creditoribus potuerit ceſſare in dicta ſolutione per ſeptem dies, ſumpto argumento à contrario ſenſu,
7 quod etiam in ſtatutis procedit, *Dec. in l. 1. num 59. ff. de officio eius, vbi Curt. iun. num 63. cum alijs per Decium conſ. 507. num. 5. & conſ. 508. num. 3. & 4.* clarè apparet ex dinumeratione dierum decurſorum à die 15. & 17. Decembris reſpectiuè, & bononenorum reſpectiuè receptorum per d. Octauium, quod tam pro parte dictorum hæredum, quàm pro parte ſpectabilis Pauli non fuerit ceſſatum in dicta ſo-
8 lutione niſi per ſeptem dies, quod cum ſit permiſſum à ſtatuto, nihil eis imputari debet *ad tex. in l. Graccus, C. ad leg. Iuliam de adulterijs.*

Nec obſtare viſum fuit quod dicebatur nō poſſe amplius ſententiari ſuper meritis huius cauſæ, ex quo attentis primis citationibus factis ſub die 15. & 16. Auguſti, Lapſa erat inſtantia ſub die 4. Septembris, quia reſpondetur quod cum de tempore dictarum citationum reperiretur in Rota vnus ſolus Iudex, qui vigore c. Rotæ 28. non poterat pro-
9 cedere in cauſa, ſed tantum erat ei data facultas à c. 31. eiuſdem Rotæ interloquendi ſuper admiſſione recurſuum, Inſtantia non incepit die 15. nec 16. Auguſti, vt ex aduerſo prætenditur, ſed poſt comparitionem factam ſub die 31. Auguſti poſt reditum D. Sindici, & ſic, cum cauſa iſta haberet ſex dies à die primæ comparitionis, ſatis fuit expedita infra tempus Inſtantiæ, cum fuerit expedita die 6. Septembris.

Prout nec tādem obſtare viſum fuit, quod dicebatur, de nullitate citationis, ex quo in proceſſu nō apparet quod Nuncius adhibuerit teſtem, & alia ſolemnia de quibus *in cap. 16. lib. 1. ſtatutorum* prout expreſsè diſponitur in cap. 31. Rotæ, ibi ſeruata in cæteris forma ſtatuti, de citatione loquentis, quia cum pars comparuerit per eius procuratorem, & fecerit omnes defenſiones, quas ſciuit, & potuit, & ſic fuerit ſequutus effectus conſideratus à iure naturali, quod nemo indefenſus remaneat, non curatur quod ordo citationis fuerit impletus quia cita-
10 tio quo ad ordinem, & modum procedendi dicitur de iure poſitiuo, & ideo eius commiſſio reputatur leuis dummodo interueniat ſubſtantia, hoc eſt quod citatus per ſe, vel per procuratorem compareat, vt poſt Vantium in ſuo tractatu de nullitatibus ſententiæ *tit. quibus modis nullitas ſaluari poſſit, num. 107.* tradit copioſè *Lepid. in ſua deciſ. finali in fine verſic. quo ad nullitatem.*

Atque ex his fuit vnanimi voto concluſum, quod licet dictus Octauius quo ad primam capturam de eo factam ſub die 14. Decembris 1616. eſſet excarcerandus ob ceſſationem factam in vno bononeno iuxta formam ſtatuti, tamen quoad arreſtationes, ſeu recommendationes factas ſub die 15. & 16. eiuſdem Menſis ſit in carceribus detinendus donec ſatisfecerit ſuis creditoribus pro debitis, pro quibus fuit ab eis arreſtatus.

Et quia ſententia D. Iudicis à quo, non fuit in totum reuocata, ſed reformata ipſum ab expenſis abſoluimus, ad *Gloſ. in l. generaliter, §. & ſi Iudex, & ibi Salicetus, C. de rebus creditis, & in l. properandum, §. ſi autem, C. de Iudicijs.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.

Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA MARCI MATTHEI Tintoris, cùm Chriſtophoro Stagi.

ARGVMENTVM.

Prohibitus dicere de nullitate, an cenſeatur prohibitus illam proponere & allegare per modum excipiendi?

SVMMARIVM.

Laudā prolata inter coniunctos nulla dici non poſſunt, num. 1.

Prohibitus de nullitate dicere, cenſetur prohibitus illam proponere, & allegare etiam per modum excipiendi, num. 2.

Quilibet, dictio eſt vniuerſalis & comprehendit omnes modos & caſus, num. 3.

Quilibet dictio, etiam ad improprios caſus trahitur, nu. 4.

Omninò dictio eſt dictio vniuerſalis, & ſign ficat indiſtinctè & totaliter, num 5.

Omninò, dictio omnem caſum comprehendit, num. 6.

Interpretatio lata fieri debet etiam in materia ſtricta, & odioſa, quatenus verborum proprietas ſignificat, & patitur, num. 7.

Interpretatio lata fieri debet, quatenus verborum proprietas patitur etiam in ſtatutis, num. 8.

Deciſiones non habentur pro legibus, num. 9.

Authoritas Rotæ Romanæ præfertur authoritati aliarum Rotarum, num. 10.

Iniuſtitia notoria reddit ſententiam nullam, num. 11.

Iniuſtitia notoria non inducit notoriam nullitatem ſententiæ, num. 12.

Iniu-

Iniuſtitia notoria non reddit verè & notoriè ſententiam nullam, ſed ſecundum quid, num. 13.

Prohibitio dicendi de nullitate comprehendit etiam exceptionem notoriæ iniuſtitiæ, num. 14.

Exceptio firmat regulam in contrarium in non exceptis, num. 15.

Statutum reſeruans aliquas tantum exceptiones cenſetur excludere omnes alias exceptiones, etiam habentes maiorem rationem expreſſis, num. 16.

Etiam ſi traheret rem ad iniquum, & contrà naturam negocij, num. 17.

Nullitas etiam notoria cenſetur excluſa, quando ſtatutum præciſe mandat lauda omnino exequutioni mandari non obſtante qualibet exceptione, & nullitates quouis modo, aut ſub quouis prætextu propoſitæ reyciuntur, num. 18.

In iudicio exequutionis laudorum poteſt excipi de nullitate, quæ reſultat ex actis, num. 19.

Per aſſignationem termini ad opponendum quicquid partes volunt, & poſſunt videtur permiſſa exceptio notoriæ nullitatis & iniuſtitiæ, num. 20.

Statutum 152. lib. 1. dum ſe refert ad cap. 109. & 110. eiuſdem lib. 1. agentia de exequutione ſententiarum, hoc facit reſpectu formæ modi ſeu ordinis procedendi in iudicio exequutionis, num. 21.

Exceptio notoriæ nullitatis, & iniuſtitiæ per prohibitionem dicendi de nullitate ampliſſimis, & vniuerſalibus verbis conceptam à capitulis Rotæ Lucen. 57. & 58. cenſetur excluſa, num. 22.

Aſſignatio termini ad opponendum in iudicio exequutionis laudorum, quicquid partes volunt & poſſunt reſtringitur ad terminos habiles, & ſic ea tantum in dicto termino opponi poſſunt quæ ſunt permiſſa, num. 23.

Quod per laudum ſententiatur ab arbitris valet, & tenet ac ſi per partes in concordia factum fuiſſet, num. 24.

Contra laudum non poteſt opponi, niſi de defectu iuriſdictionis doli veri, & doli præſumpti, num. 25.

Exceptiones aliàs oppoſitæ, & reiectæ per ſententiam non poſſunt in iudicio exequutionis ſententiæ tamquam cum ea incompatibiles opponi in iudicio exequutionis, n. 26.

Nullitas ex defectu iuriſdictionis ſi fuerit ſemel oppoſita, & reiecta tacite per ſententiam non poteſt amplius opponi, num. 27.

Semel deciſum non poteſt iterum cognoſci, num. 28.

Deductum in principali cauſa per viam exceptionis non poteſt deduci, & opponi in iudicio exequutionis, nu. 29.

Proceſſus in infinitum dari prohibetur, num. 30.

Exceptio nullitatis notoriæ, ac notoriæ iniuſtitiæ non poteſt opponi in iudicio exequut. vbi aliàs de ea fuit cognitum & fuit reiecta, num. 31.

Intellige verum vbi de talibus except. fuiſſet plene cognitum, ſecus ſi de illis non fuiſſet plene cognitum, nu. 32.

Cauſæ cognitio dicitur plenè adhibita quando fuerunt citatæ partes, & eorum iura audita, & ordo iudicij ſeruatus, num. 33.

Spatium quinque dierum non poteſt dici breue, ad effectum vt arbiter poſſit dici inſtructus de cauſa, maximè ſi ſit peritus, & legalis, num. 34.

Arbiter iuris peritus, & legalis non præſumitur quod abſque cauſæ cognitione plenum præiudicium vni ex partibus ſuo laudo parare voluerit, num. 35.

Sola legalitas, & iuris peritia arbitri ſufficit ad præſumendum quod per ipſum fuerit adhibita plena cauſæ cognitio, num. 36.

Laudum non poteſt prætendi nullum ex defectu cognitionis cauſæ ob temporis breuitatem quando ſi non plena, aliqua ſaltem cognitio adhibita fuit, num. 37.

Liber eſtimi contra tertium ceſſantibus adminiculis plene non probat, num. 38.

Sententia non poteſt dici nulla, quando Iudex noluit adhibere fidem teſtibus, licet ex hoc poſſit dici notoriè iniqua, num. 39.

Probationes non ſunt de ſubſtantia proceſſus ſed de iuſtitia, ideo illorum ommiſſio, vel quod iudex noluerit ſe in illis fundare non reddit ſententiam nullam, num. 40.

Sententia notoriè iniqua, & nulla vt cenſeri valeat requiritur, quod Iudex, ſiuè arbiter in prolatione ſententiæ expreſſè ac per modum cauſæ ſe referat ad acta in actis laudum, ſeu ſententiam fundando, num. 41.

Sententia ſine probationibus lata, vel quando apparet iniqua ex actis, ſi ad acta ſe non referat non dicitur notoriè iniuſta ità, vt ſit nulla, num. 42.

Sententia ad hoc, vt notoriè dici poſſit iniuſta, iniuſtitia debet eſſe adeò potens, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, num. 43.

Reſeruationes in ſententia fieri permittuntur quando per illas non impeditur exequutio, ſed illis non obſtantibus deciditur totum negocium, num. 44.

Ab expenſis partes abſoluuntur ob mutuam victoriam, num. 45.

DECISIO XXIII.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

IN cauſa recurſus interpoſiti à Marco Matthæi Tintoris, tam nomine ſuo proprio, quam vice, & nomine D. Thomaſſæ eius vxoris à quadam exequutione laudi, tam contra præfatum Marcum, quam D. Thomaſſam eius vxorem conceſſa à D. Commiſſario Burgi Mozzani ad fauorem Chriſtophori, & aliorum litis conſortium de Stagis, nec non in cauſa adhæſionis factæ dicto recurſui per d. Chriſtophorum, & alios litis conſortes ſuper eo, quod ab exequutione à dicto D. Commiſſario conceſſa ad eorum fauorem delenda eſſent quædam verba, quibus mediantibus dictus D. Commiſſarius reſeruauit dicto Marco iura agendi in alio iudicio circa quædam bona communalia ſi quæ, &cæt. Rota cenſuit bene iudicatum per d. D. Commiſſarium, dum conceſſit dictam exequutionem modo, & forma, quibus illam conceſſit, & male recurſum pro parte dicti Marci, nec non male dicto recurſui adhæſum pro parte dicti Chriſtophori, & aliorum de Stagis.

Quia tam exceptio prætenſæ notoriæ iniuſtitiæ reſultantis ex eo, quod tam prædictus Marcus, quam D. Thomaſſa eius vxor fuerint condemnati ad dimittendum, & relaxandum dictis de Stagis, quædam bona, quæ in proceſſu tam per librum æſtimi, quam per teſtes apparebant communalia, & non liuellaria, quæ propterea non debebantur dictis de Stagis, cum prædicti de Stagis nō prætenderent niſi bona liuellaria, quam aliæ exceptiones, quæ deducebantur ex defectu probationis vtilis

Do-

Dominij, cum fuerit actum vigore plurium inſtru-
mentorum eadem die celebratorũ, quorum alte-
rum tollebat veritatem alterius, & quod dicti de
Stagis Actores egiſſent ſine actione cum iam eſſet
finita quarta generatio, ad quam pars bonorum,
de quibus agitur, erat conceſſa in emphyteuſim, &
quod omni caſu dicti de Stagis non habebant ali-
quod ius in dictis bonis cum iam illa fuiſſent aſ-
ſignata in dotem dictæ D. Thomaſſæ. Quæ omnes
exceptiones à d. Marco deducebãtur ad effectũ im-
pediendi, & retardandi exequutionem dicti laudi,
non potuerunt impedire, differre, aut retardare di-
ctam laudi exequutionem ex duobus.

Primò, quia in hoc iudicio exequutionis nulla
poterat prædictarum exceptionum cognitio ſumi.

Secundò quia quatenus de eis cognoſci potuiſ-
ſet non ſubſiſtebant, quod autem in præſenti, iu-
dicio dictarum exceptionum nulla cognitio ſumi
poſſet probatur pariter ex duobus.

Primò quia ex forma cap. Rotæ 57. ver. & ab
1 iſta ſententia expreſsè tollitur facultas opponendi,
aut dicendi de nullitate contra lauda prolata inter
coniunctos, prout eſt laudum de cuius exequutio-
ne in præſentia agitur, & in *cap. 58. verſ. & ulterius*
verbis ampliſſimis cauetur, non licere iudicibus
cognoſcere de aliqua nullitatis dictione ſimilium
laudorum, autq; ſuper ea procedere in hoc omnem
iuriſdictionem ab eis auferendo.

Nec viſum fuit obſtare quod dicebatur præmiſ-
ſa procedere ſi principaliter de nullitate dictum
fuiſſet, non autem ſi incidenter prout hic, quia cum
in dictis capitulis Rotæ prohibeatur de nullitate
dici, hoc ſufficit ad hoc, vt cenſeatur prohibitum
2 proponi nullitatem, etiam per modum excipien-
di, tam ex diſpoſitione iuris communis, vt tradunt
*Aymo conſ. 179. nu. 4. Puteus deciſ. 171. in nouiter im-
preſſi, alias deciſ. 174. par. 2. Rota deciſ. 941. par. 3. di-
uerſorum Rugincll. de appellat. §. 4. cap. 2. num. 23 Gal-
ganettus ad ſtatuta Roma cap. 191. nu. 10. lib. 1.* vt fuit
aliàs per nos in hac Rota deciſum in cauſa ſpecta-
bilis Syluestri Trẽtæ, cum ſpectabilibus de; Arnol-
phinis, quam ex verbis expreſſis *d. cap. Rotæ 57.
verſ. & ab iſta ſententia*, dum ibi mandatur iudici-
bus, vt lauda huiuſmodi qualibet exceptione re-
mota omnino exequantur, ponderando illam di-
3 ctionem, qualibet, quę eſt vniuerſalis *Paul. de Caſtro
conſ. 383. nu. 2. lib. 2.* & includit omnes exceptiones,
& omnes alios modos excipiendi *l. à Procuratore C.
mandati, nam vt dicit Vulpell.* de propoſitione aduer-
4 biorum ſupra dicta dictione, qualibet, iſta dictio eſt
adeo generalis, vt etiam ad improprios caſus tra-
hatur, nec non conſiderando illam dictionem, om-
5 ninò exequatur, quæ eſt præciſæ, & vniuerſalis na-
turæ, & ſignificat indiſtinctè, & *gl. & Bartol. in l. ſi
cum exceptione §. quatenus ff. quod metus cauſa. Ruin.
6 conſ. 155. nu. 8. lib. 1. & conſ. 150. nu. 17. & 133. nu. 8.
lib. 2.* vbi dicit, quod omnem caſum comprehendit.
Nam cum dictũ cap. Rotæ 57. velit, quod qualibet
exceptione remota omninò huiuſmodi lauda exe-
quantur, vtique ſiue agatur de nullitate agendo,
ſiue excipiendo debet cenſeri ſemper talis exceptio
7 reiecta, cum lata fieri debeat interpretatio, etiam
in materia odioſa, quatenus verborum proprie-
tas ſignificat, & patitur, vt per illum *tex. notant
Aretin. in l. cum lege poſt principium ff. de teſtamentis
Dec conſ. 128. in fine, cum alijs per Hyppolitum Riminal-
dum conſ. 655. nu. 36. lib. 6.* vbi loquitur in terminis
8 conſtitutionis, ſiue ſtatuti prohibentis dicere de
nullitate ſententiæ.

Nec putatum fuit obſtare, quod per DD. Audi-
tores Rotæ præteritæ fuerit deciſum, quod prohi-
bita facultate dicendi de nullitate, licèt non poſ-
ſit de illa principaliter, ac per modum agendi op-
poni, poterat tamen de illa opponi per viam exce-
9 ptionis, quia vltrà quod deciſiones non habentur
pro legibus, vt apertè diſponitur in cap. 50. Rotæ,
Doctores in dicta deciſione allegati hoc non di-
cunt, nam *Alexander conſ. 83. nu. 12. lib. 3.* de hoc
nullum verbum facit *Pariſ. conſ. 95. nu. 83. lib. 1. nihil
adducit, & Achilles de Graſſis deciſ. 5. & 6. de conſti-
tutionibus*, non ſolum loquitur in caſu vbi ſtatutum
prohibet agi, non autem de nullitate dici, prout
hic, ſed etiam expreſsè firmat, quod ſi ſtatutum
prohibeat dici de nullitate, tunc nullitas non poſ-
ſit etiam incidenter, ſeu per modum excipiendi op-
poni, vt ad literam declarat, & diſtinguit *in deciſ. ſu-
pra allegata num. 3.* Vndè cum habeamus Doctores,
10 & deciſiones Rotæ Romanę, quæ hanc partem de-
cidunt illis ſtandum eſt, *Borgninus deciſ. 15. num. 3. &
4. par. 1. & deciſ. 5. par. 2. num. 6.*

Nec obſtare exiſtimatum fuit, quod dicebatur
ſimilia ſtatuta non procedere vbi excipitur de nul-
11 litate notoria, tum quia licet nonnulli Doctores
aſſerãt ex iniuſtitia notoria reddi ſententiam nul-
lam, prout tradit *Surdus conſ. 324. nu. 2. Gabriel. conſ.
12 28. lib. 2. & conſ. 43. à nu. 38. vſque ad finem lib. 1.* Ne-
mo tamen dicit notoriam iniuſtitiam notoriam in-
ducere nullitatem ſententiæ. Immo plerique fa-
13 tentur, & aſſerunt hoc caſu ſententiam impropriè,
& ſecundum quid eſſe nullam, tantum abeſt quod
ſit verè, & notoriè nulla *Afflictus deciſ. 28. num. 9. &
latè proſequitur Contard. in l. vnica C. ſi de momentanea
poſſeſſione limit. 9. nu. 48. & ante iſtos hoc clariſſimè tra-
didit Franc. in c. dilecto nu. 142. poſt medium verſ. & in-
tellige prædicta, de appellat. vbi loquendo in terminis ſi-
milium ſtatutorũ, licet ſuperius nu. 137. firmiſſet* noto-
riam, ac patentem nullitatem non contineri in ſta-
tutis prædictis tamẽ in d. nu. 142. cõcludit prohibi-
tionem dicendi de nullitate includere etiam exce-
14 ptionem notoriæ iniuſtitiæ, vt per eum, quem no-
uiſſimè refert, & ſequitur *Borgnin. deciſ. 11 nu. 54.
par. 1. vbi plures concordantes adducit.*

Tum quia cum ex dictis capitulis Rotę, & in ſpe-
cie ex *cap. 58. verſ.* & ſupradicta locum habeant,
concedatur facultas opponendi nonnullas exce-
ptiones aduerſus huiuſmodi lauda, inter quas, cum
15 non legatur iſta notorię iniuſtitiæ, cenſetur neceſ-
ſariò excluſa, cum exceptio firmet regulam in con-
trarium in non exceptis *Bartol. in l. quæſitum §. deni-
que ff. de fund. inſtructo* & in puncto quod vbi ſtatu-
16 tum reſeruat aliquas tantum exceptiones, vt quia
diceret, quod aduerſus publicum inſtrumentum
nulla poſſit opponi exceptio, niſi ſolutionis, falſi-
tatis, & nullitatis, cẽſeatur tali caſu excludere om-
nes alias exceptiones, etiam habentes maiorem ra-
tionem expreſſis, tradunt *Natta conſ. 573. nu. 4.
lib. 3. Aretinus conſ. 106. num. 8. & conſ. 20. num. 2.
Riminaldus Iunior conſ. 87. num. 7. lib. 1. Lancellot. m*

de at-

Digitized by Google

de attentatis par.2.c.18.num 122. Crotus conſ.71.nu.
8. Hondedeus conſ.18.num.15.& 16 cum alijs per Ca-
rolum de Graſſis in ſuo tractatu de excep. num.147 vbi
num.148.poſt Cynum Baldum,& Salicet in l. ita nobis
pudor C.de adulterijs, & Angel. & Baldus in l.ſi quo
tempore ff.de petitione hæreditatis, & alios quos alle-
gat dicit ſtatutum tali caſu in tantum excludere
exceptiones maiorem rationem habentes expreſ-
ſis, vt illas reijciat etiam ſi traheret rem ad ini-
17 quum,& contra naturam negocij.

Tum etiam quia cũ dicta capitula Rotæ verbis
ampliſſimis, & vniuerſalibus excludant his caſibus
facultatem dicendi de nullitate,& vlterius præciſè
18 mandent, quod nõ obſtante qualiber exceptione
Lauda omninò exequutioni demãdentur, & nulli-
tates quouis modo, aut ſub quouis prætextu pro-
poſitæ reijciantur iſtud ſolum operatur, vt omnis
prorſus nullitas etiam notoria excluſa cenſeatur, vt
firmat plenè Hippolitus *Rimmaldus d.conſ 655.à nu.*
29. vſque ad 37.

19 Nec obſtare iudicatum fuit, Quod ex diſpoſi-
tione ſtatuti 152.*lib* 1. ſe referentis ad *cap.109.&*
110.eiuſdem libri poſſit in Iudicio exequutionis lau-
dorum excipi de nullitate, quæ reſultat, ex actis,
20 maxime ſtante c.Rotæ 55. In quo dum aſſignatur
terminus ad opponendum quicquid partes volunt
& poſſunt, videtur permitti poſſe excipi de noto-
ria nullitate, & iniuſtitia laudorum vt fuit pariter
deciſum in allegata deciſione Rotæ præteritæ ex
aduerſo adducta, quia reſpondetur dupliciter. Pri-
mo quòd dum ſtatutum prædictum *in d.c.152. ſe*
refert ad c.109.& 110.agentia de exequutione ſen-
tentiarum hoc facit reſpectu formæ modi, ſeu or-
dinis procedendi in iudicio exequutionis, vt cla-
rè colligitur ex illis verbis obſeruando formam
ſtatuti petiti.

21 Secundò reſpondetur, quod cũ poſt ſtatuta vni-
uerſalia superuenerint capitula Rotæ 57.& 58 lo-
quentia de laudis inter coniunctos prolatis, & in
illis ad effectum vt lauda inter coniunctos prolata
præciſè ac omninò exequutioni demandentur, nõ
obſtante quauis oppoſitione, exceptione, aut nul-
litatis dictione, addiderunt ſtatutis vniuerſalibus
verſiculum, & vlterius regiſtratum in c.18. Vbi cũ
expreſsè diſponatur, quod nullus iudex poſſit co-
gnoſcere, aut procedere, nec habeat aliquam iu-
riſdictionem cognoſcendi, aut procedendi ſuper
aliqua appellatione, aut nullitatis dictione, vel re-
ductione, aut recurſu, qui, ſeu quæ, quouis modo,
aut ſub quouis colore, aut prætextu interponere-
22 tur, à tali ſententia, ſed teneatur omninò audien-
tiam denegare, quæ verba ſũt adeò ampla, & præ-
ciſa, vt non poſſit dubitari, quin attentis dictis
verbis etiam nullitas, ſeu notoria iniuſtitia cen-
ſeatur excluſa, vt in puncto tradit *Hippolitus Rimi-*
nald. d.conſ.655.

Nec obſtat quod c.Rotæ 55.aſſignet terminum
opponendi in Iudicio exequut. Laudi quicquid
23 partes volunt & poſſunt, tum quia illa generalis
aſſignatio termini intelligi debet reſtricta ad ter-
minos habiles, & conſequenter, vt ea tantum in
dicto termino opponi poſſit, quæ ſunt permiſſa
l. vt gradatim, ff.de muneri.& honoribus l.1. in princ.
C.de ſacroſ.Eccl. l.1.qui teſtam. de teſtam.cum ſimilibus.

Tum quia d.c.55.hoc expreſsè declarat, dum ſub-
dit, & ei ex forma ſtatutorum permiſſum eſt. Pro-
inde cum exceptio, de qua agitur, ex forma ſtatu-
torum, & c.57 & 58 Rotæ opponi non poſſit, vt di-
ximus, merito d.c. Rotæ 55. nullam difficultatem
facit.

Et prædicta tanto magis in caſu noſtro procede-
re viſa fuerunt, quia cap Rotæ 57.ver.& dicti arbi-
tri, clarè diſponit quod id, quod per laudum ſen-
24 tentiatur ab arbitris valeat, & teneat ac ſi per par-
tes in concordia factum fuiſſet, quæ diſpoſitio ma-
25 nifeſtè oſtendit, quod nihil contra laudum opponi
poſſit, præter excepta in cap.58. videlicet defectus
iuriſdictionis, doli veri, & doli præſumpti maximè
cum tollat omnes ſolemnitates iuris, quibus om-
miſſis ſententia, ſeu laudum alias eſſet notoriè nul-
lum, ex quo datur propterea intelligi, quod exce-
ptio nullitatis laudi etiam notoriæ excluſa cenſeri
debeat.

26 Secundò principaliter de tali exceptione, & alijs
ex aduerſo oppoſitis cognoſci non poſſe iudica-
tum fuit, quia alias fuerunt coram D. arbitro de-
ducta, & per ipſius ſententiam reiecta, & propterea
tamquam incompatibilia cum laudo prolato ad-
mitti non poſſunt in iudicio, exequutionis *l. perem-*
ptorias, vbi Bald.nu.5.ad finem, verſ. & quæ eſt ratio C.
ſententiam reſcindi non poſſe. Bartol. in l. à Diuo pio. in
princ.nu.7. de re iudicata, vbi Iaſon nu.12. de comm.
Boer. deciſ.43. Ruin.conſ.52. in fine lib.2 Socc.nepos.
conſ.67.nu.7.lib.1.Gabriel. conſ 31.nu.23. lib.2. Et in
fortioribus terminis tradunt Alex. conſ.111. per totum
& preſertim nu.6.lib.5.& Natta conſ.573.nu.31. vbi
27 loquendo in ſpecie de nullitate reſultante ex defe-
ctu iuriſdictionis concludunt, talem nullitatem, ſi
ſemel oppoſita ſit ac per ſententiam tacitè reiecta
vlterius opponi non poſſe, vt per eos.

28 Eſt enim regulare quod ſemel deciſum non poſſit
iterum cognoſci *l. qui Romæ § duo fratres vbi notatur*
ff. de verb.oblig.l.minimè, ff.de legibus cum ſimilibus.

29 Et facit quod deductum in principali cauſa per
viam exceptionis non poteſt opponi in iudicio
exequutionis *Romanus conſ.410.nu.3.& 4. Alba conſ.*
13.nu.6. Magonius deciſ. Florentina 3 nu.2.28.& 29.
Borgnin.deciſ.10 nu.20.par.1.

30 Et meritò, quia alias daretur proceſſus in infini-
tum quod eſt abſurdum, & de iure prohibitum *l.*
fideicommiſſo §. ſi decem de leg.3 leg.1.in principio C.de
ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt. Alex.conſ.60.col.
2.lib.1.cum ſimilibus.

31 Et in terminis nullitatis notoriæ, ac reſultantis
ex actis quod de ea opponi non poſſit, vbi fuit alias
de ea cognitum, & reiecta tradunt *Lancellot. de at-*
tentatis par.2.cap.17.num.151.& Carpan.ad ſtatutum
Mediolan. 158.nu.153.

Nec dicatur prędicta procedere, vbi de prędictis
32 exceptionibus fuiſſet plenè cognitum, cœterum
vbi de illis non eſſet plenè cognitum, prout acci-
dit in caſu noſtro, cum ſtante, quod à die vltimæ
productionis actorum vſque ad ſententiam non
33 interceſſerint quinque dies, infrà tam breue tem-
pus non poſſit dici de talibus exceptionibus plene
cognitum. Quia vltra quod ex proceſſu contra-
34 rium datur intelligi cum fuerint citatę partes, iura
ipſorum audita, ordo iudicij ſeruatus, ſtatuti ter-
mini

Digitized by Google

mini ad probandam, & hinc inde iura pnpoſita,
& oppoſitæ exceptiones, quod ſufficit ad effectum
vt poſſit dici conſtare fuiſſe adhibitam plenam
cauſæ cognitionem iuxta tradita *per Menochium
de arbitr. iudicum lib. 1. q. 19. & in conſ. 208. num. 17.*
Adhuc fuit dictum quod ſpatium quinque dierum
non poteſt dici breue ad effectũ vt dictus Arbiter
poſſet dici inſtructus de dicta cauſa, maximè attenta
eius optima conditione, & maxima iuris pe-
35 ritia, & legalitate, quem propterea nullo modo
credendum eſt, quod non præcedente debita cau-
ſæ cognitione plenum præiudicium vni ex parti-
bus ſuo laudo parare voluerit, vt conſiderarunt
*Soc. d. conſ. 121. num. 3. circa medium, ver. vnde attenta
legalitate Arbitrorum, & Menoch. conſ. 208. num. 22.
36 verſ. 3. ſuffragatur.* Quod ſolum ſufficit, vt præſumi
debeat plenam cauſæ cognitionem adhibitã fuiſ-
ſe, *Aymo conſ. 139. col. 1. verſ 2. reſpondeo Gratus conſ.
37. col. 4. in fine cum ſeq. lib. 1. Gabriel de except. concl.
1. num. 16. ver. ſed concordando opiniones.*

Vltra quod in omnem caſum (circumſcriptis
omnibus præmiſſis) negari non poſſe viſum fuit,
quod ſi non plena, aliqua ſaltem cauſæ cognitio
37 adhibita fuit, quod non ſolum ſufficit, vt laudum
ex capite defectus cognitionis cauſæ ob prætẽſam
temporis breuitatem non poſſit prætendi nullum
*c. tam ex literis de reſtitutione in integrum, vbi Abb. in
8. not. Menoch. conſ. 208. num. 23. & 24. Gabriel de
ſenten. concl. 6. num. 19. verſ 5. limita.*

E. hæc dicta ſunt quoad primum caput, quod
de iſta exceptione notoriæ Iniuſtitiæ in hoc iudi-
cio exequutionis cognoſci non poſſit.

Verũ quod quando etiam in præſenti iudicio de
notoria iniuſtitia cognoſci potuiſſet, ꝙ omninò
negatur ex ſupra deductis, Adhuc in præſenti caſu,
de illa nõ cõſtare exiſtimatum fuit, quia cũ omnis
prætenſa notoria iniuſtitia laudi, de quo agitur in
hoc ſolo fundetur, quod ſ. dictus Arbiter non ha-
buerit rationem depoſitionis teſtium, qui ad cõfir-
matione libri æſtimi, dicũt bona ex aduerſo præ-
tenſa fuiſſe, & eſſe communi alia ſaltem de audi-
tu, & de eorum credulitate, & negari non poſſit
38 librum extimi ceſſantibus adminiculis contra ter-
tium plenè non probare iuxta notas. & certiſſimas
Iuris cõcluſiones Reliquum eſt, quod ex quo non
adhibuerit fidem teſtibus nõ poteſt reddi ſenten-
39 tia nulla, quatenus etiam ex hoc dici poſſet ini-
qua, vt in puncto declarat *Contardus in d. l. vnica li-
mit. 9. nu. 60. poſt princ. ver. ſed quod è contra, C. ſi de
momentanea poſſeſſione*, vbi adducit multos concor-
40 dantes, & quidem meritò, nam Probationes non
ſunt de ſubſtantia proceſſus, ſed de iuſtitia, ideo
illarũ ommiſſio, vel quod Iudex noluerit ſe in illis
fundare non reddit ſententiam nullam *Alex conſ.
105. num. 4. l. 5. Aymo. conſ. 265. ante num. 1. verſ. qui-
uimo etiam nullis. Socin. conſ. 134 ſub num. 1. lib. 1. Be-
rous in rubrica de Iudicijs ſub nu. 20. cum alijs per Van-
tium de nullit. ex defectu proceſſus, num. 38.*

Additum ex abbundanti fuit, quo dquando
etiam poſſet dici conſtare de iniuſtitia dicti Laudi
41 adhuc ex hoc non reſultaret illius nullitas, cum
dictus Arbiter in eius prolatione expreſsè, ac
per modum cauſæ ad acta ſe non retulerit, in
ipſis actis laudum fundando, prout exigitur ad
effectum, vt ſententia iniqua notoriè nulla cenſeri
debeat, prout de magis comm. teſtantur *Alex. conſ.
123. nu. 7. lib. 1. Surd. conſ. 223. nu. 18. & 19. Barzius
decis. 33. nu. 6. & 7. Gabriel de ſententijs concl. 10. per
totam, cum alijs per Vancium de nullitatibus ex defectu
proceſſus nu. 129. & 130. & ſequitur Puteus decis. 401.
nu. 1. lib. 1. vbi poſt Alexandrum in l. Præſes ff. de re iu-
42 dicata in principio*, apertè dicit quod ſententia lata
ſine probationibus, vel quando apparet iniqua ex
actis, dum tamen ſententia ad acta non ſe referat
non eſt notoriè iniuſta, ita vt ſit nulla, & quod iſta
opinio eſt communis.

Et prædicta eo magis procedere viſa fuerunt
cum omnes prædictæ exceptiones haberent in ſe
maximam difficultatem, & eſſent de apicibus iu-
43 ris, & nihilominus certum ſit, quod ad hoc vt ſen-
tentia notoriè poſſit dici iniuſta, iniuſtitia debet
eſſe adeo patẽs, vt nulla tergiuerſatione celari poſ-
ſit *Felinus in cap. inter, cæteras nu. 11. de ſententia, & re
iudicata. Cæphal. conſ. 201. nu. 10. l. 1. Nenizzan. conſ.
40. nu. 31. Burſattus conſ. 73. nu. 3. lib. 1. Menoch. conſ.
478. num 54. lib. 5. Cabill. conſ. 31. num. 5. & 6. Hon-
ded. conſ. 28. num. 48 & 49. lib. 1. cum alijs per Surdum
conſ. 324. num. 7. verſ. circa verò ſecundum, & conſ. 405.
num. 17.*

Dictum autem fuit malè per dictum Chriſtopho-
rum, & alios dicto recurſui adhæſum, dum præten-
debant reſecari reſeruationem conceſſam, per D.
Commiſſarium, dicto Marco agendi in alio Iudicio
ſuper bonis communalibus quatenus &c. quia po-
tuit D. Commiſſarius facere talem reſeruationem,
cum per illam nullum præiudicium fieret exequu-
44 tioni dicti laudi, ſi quidem non ſit nouum, quod
quando reſeruationes non impediunt exequutio-
nem, ſed illis non obſtantibus deciditur totum ne-
gocium, vt hic accidit, tunc reſeruationes in ſen-
tentia fieri permittantur *Bald. conſ. 101. lib 1. poſt gl.
in l. item Labeo verſ. ſed ſi pure ff. fam. herciſcundæ
Bald. in l. 1. C. qui accuſare non poſſunt nu. 77. Imola in
l. iudex poſteaquam col. 7. ver ſi euenit. ff. de re iudicata
cum alijs per Antonium Ciofum conſ. 26. nu. 21.*

Abſolutæ denique fuerunt ambæ partes ab ex-
penſis ob mutuam victoriam *ad tex. in l. properan-
dum §. ſin autem alterutra, de iudicijs, cum alijs per Me-
nochium de arbitr. iud. lib. 2. cap. 117. & Barzium decis.
47. num. 27.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

---

*IN CAVSA D. PETRI OLIM CA-
pitanei Franciſci Vrſini de Cerretto Inferio-
ri cum hæredibus Sylueſtri Lenæ de Balneo.*

ARGVMENTVM.

Sententia vbi fertur contra principalem & fide-
iuſſorem, an teneat cõtra fideiuſſorem viuum,
ſi, de tempore latæ ſententiæ publicis erat
mortuus.

SVM-

SVMMARIVM.

Sententia lata contra mortuum eſt ipſo iure nulla, numero 1.

Sententia nulla non poteſt parte opponente confirmari, etiam ſi in meritis ſit iuſta, num. 2.

Sententia nulla poteſt confirmari ſi in meritis reperiatur iuſta quando non eſt notoriè nulla, num. 3.

Nullitas vt impediat confirmationem ſententia debet eſſe ita notoria, & patens, vt in facto non indigeat probationibus, & in iure non ſit diſputabilis, nec recipiat aliquid dubij, num. 4.

Sententia in dubia eſt confirmanda, num. 5.

Sententia vbi eſt lata de conſilio ſapientis eſt valde dubium an debeat attendi tempus conſilij, vel ſententiæ promulgatæ, num. 6.

Conſilium, & ſententia poſt promulgatum conſilium ita commiſcentur vt ſint vnum, & idem, adeo vt ſi ſententia ſit nulla, ſit nullum etiam conſilium, num. 7.

Conſilium vbi eſt ſequendum dicitur cauſa materialis, & formalis ſententiæ, num. 8.

Sententia lata contra mortuum, vt valeat ſufficit quod ante mortem ſit concluſum in cauſa, & cauſa ad conſulendum tranſmiſſa & conſilium datum, & firmatum, licèt non àpertum, num. 9.

Sententia lata contra mortuum, vt valeat ſufficit quod actus ſit rectè geſtus cum viuo vſque ad ſententiam excluſinè, num. 10.

Quod iure factum eſt non debet retractari, licet perueniat ad caſum, à quo incipere non potuit, num. 11.

Sententia lata contra mortuum multo magis valere debet, vbi ante mortem iam datum eſſet conſilium, & nihil aliud ſupereſſet, niſi eius publicatio, num. 12.

Opinio vnius Doctoris facit rem dubiam, num. 13.

Iudex malè Iudicans excuſatur propter contrariam opinionem Doctoris, num. 14.

Sententia vbi eſt lata contra duos, quarum alter erat viuus, & alter mortuus, ſententia valet contra viuum, num. 15.

Sententia reſpectu perſonarum dicitur diuidua, numero 16.

Fideiuſſor Iudicij non poteſt affici ſententia nulliter lata contra principalem, num. 17.

Intellige verum in ſimplici fideiuſſore, ſecus in fideiuſſore obligato principaliter, & inſolidum, num. 18.

Obligatus principaliter & inſolidum non dicitur fideiuſſor, ſed principalis Reus debendi, num. 19.

Diſpoſita in ſimplici fideiuſſore non habent locum in obligato principaliter, & inſolidum, num. 20.

Fideiuſſor Iudicij, ſi ſit obligatus principaliter, & inſolidum cum aliquo, perinde eſt ac ſi eſſet principalis, num. 21.

In materia promiſſionis iudicatum ſolui nihil refert an quis ſit fideiuſſor, vel promittat vt principalis correus debendi, num. 22. & 23.

Sententia lata contra patrem non grauat filium niſi ſit hæres, num. 24.

Filius recurrens à ſententia lata contra patrem oſtendit ſe hæredem patris, num. 25.

Recurrere non poteſt, qui nullum ſentit grauamen à ſententia, nec ſuper tali recurſu audiri debet, numero 26.

Voces quorum non intereſt in Iudicijs non audiuntur, num. 27.

Sententia in meritis iuſta debet confirmari quando nullitates ſunt turbidæ, num. 28.

Scriptura priuata recognita habet vim publici inſtrumenti, & exequutionem paratam, num. 29.

Teſtes deponentes inueroſimilia redduntur de falſo ſuſpecti nu. 30. Item & contraria deponentes, num. 31.

Per ſecundam obligationem dicitur receſſum à prima promiſſione, num. 32.

Qui omne dicit nihil excludit, num. 33.

Pactum generale, & per verba generalia comprehenſum ad omnia extenditur, omniaque comprehendit, num. 34.

Contractus quando ad inuicem non compatiuntur, tunc primum nouatur, licet de nouatione non ſit dictum, num. 35.

Promiſſio facta pro reſiduo, quod quis debebat vigore primi ſcripti inducit nouationem, adeo vt promiſſa in primo Chirographo non debeant attendi, num. 36.

Nouatio ſufficit colligi ex præſumptionibus, & coniecturis, num. 37.

Nouatio non dicitur facta niſi ex coniecturis appareat partes voluiſſe facere nouationem, num. 38.

Nouatio vt dicatur facta ex coniecturis ſufficit coniecturas colligi ex verbis ipſius ſcripti, num. 39.

Nouatio cenſetur inducta per iſta verba omne debitum de præterito videatur ſolutum, num. 40.

Renuncians exceptionibus non poteſt poſtea aliquo modo excipere, num. 41.

Compenſare qui vult dicitur agere, & litem mouere, num. 42.

Ab expenſis abſoluitur habens aliquam cauſam litigandi, num. 43.

DECISIO XXIV.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

OBTINVERANT hęredes Syluestri Lenæ de Balneo per D. Commiſſarium Burgi Mozzani pronunciari de conſilio ſapientis, non eſſe locum compenſationi petitæ per D. Capitaneum Franciſcum Vrſinum, ſed præceptum, ſiue terminum quindecim dierum fore, & eſſe exequendum tam contra dictũ Capitaneum, quam contra eius fideiuſſorem pro ſumma ſcutorum 250. de qua in petitione, & cum à dicta ſententia pro parte Petri filij dicti Capitanei fuiſſet recurſum ad Rotam, & præcipue ex cauſa nullitatis, ex quo dicta ſententia prætendebatur nulla, tamquam lata contra d. Capitaneum, qui de tempore prolationis
1 ſententiæ latæ per D. Commiſſarium erat mortuus, quo caſu ſententia erat ipſo iure nulla *ad tex. in l. in ſumma §. ſi a. ff. de re iudicata, cum ſimilibus*, quæ propterea parte opponente confirmari non poterat
2 licèt eſſet iuſta in meritis. *Rota deciſ. 361. par. 1. diuerſorum*. Ideò fuit opus videre an tali caſu adeſſet talis nullitas, quæ dictæ ſententiæ confirmationem impediret. Et communi voto concluſum fuit non adeſſe in præſenti caſu talem nullitatem, quæ impedire poſſet confirmationem ſententiæ
3 aliàs iuſtæ, & ideo ſentẽtiam prædictam tamquam repertam in meritis iuſtam eſſe confirmandam,

Quia

4 Quia non omnis nullitas impedit confirmationem
ſententię,ſed ſolum illa,quæ ſit ità notoria, patens,
& manifeſta vt in facto non indigeat probationi-
bus,& in iure non ſit diſputabilis, nec recipiat ali-
quid dubij. *Feliu.in cap.inter cæteras,num.10.de ſen-
tentia,& re iudicata Cæphal. conſ.201.num.10. lib.2.
Neuizzan.conſ.70.num.31. Burſattus conſ.73. num 3.
lib.1. Surd.conſ.405.nu.17.lib.3. Menocch. conſ.478.
nu.54.lib.5.Caball.conſ.31.num.5. & 6. Honded. conſ.
28.num.48.& 49.lib.1.& fuit etiam per nos dictum in
antecedenti deciſione, quæ eſt in ordine la 23.nu.43.*

Proinde cum in caſu noſtro non adeſſet illa no-
toria,& manifeſta nullitas, ſed tam in facto,quam
5 in iure res eſſet valde dubia merito dictā ſenten-
tiam confirmauimus, cum in dubio ſententia ſit
confirmanda *l. Iudices C. de iudicijs. Doctores in l. ſi
finita, §.eleganter, ff. de damno infecto. Caputaq. dec.
132 num.1.par.3.* Quod autem articuli,ad quos re-
ducebatur cauſa eſſent valde dubij patet, quia
quicquid ſit de illa quæſtione, an ſententia lata
contra mortuum valeat, & an procedat indiſtin-
ctè ſiue iudex ſciuerit, ſiue ignorauerit mortem,
vel ſolum vbi ſciuerit, & an in caſu noſtro poſſet
dici adeſſe in D. Commiſſario ſcientia mortis dicti
Capitanei tamen animaduerſum fuit hæc parum
obſtare,quia non ſumus in ſimplici ſententia, ſed
in ſententia lata de conſilio ſapientis,vndè licet de
temporê promulgatæ ſententiæ appareret dictus
6 Capitaneus mortuus,tamen quia de tempore dati
conſilij non apparebat mortuus, erat valde dub-
bium an deberet attendi tempus ſentētiæ vel con-
ſilij. Quia licet ex traditis per Scalam de conſilio
ſapientis *cap.14.lib.4.* videretur attēdendum tem-
pus ſententiæ, ex quo conſilium & ſententia poſt
publicatum conſilium ita commiſceantur vt ſint
7 vnum & idem,adeò vt ſi ſententia ſit nulla, ſit nul-
lum etiam conſilium,tamen ex alia parte diceba-
tur, quod immò in caſu noſtro debebat attendi
tempus conſilij,ex quo ſecundum eundem *Scalam
8 in dicto tract. de conſilio ſapientis cap.24.lib.1.* Quan-
do conſilium eſt ſequendum,prout erat ſequendum
in caſu noſtro,ex diſpoſitione ſtatuti 106. l.1. con-
ſilium tali caſu erat cauſa formalis, & materialis,
ſine qua nulla res ſubſiſtit,ad quod comproban-
9 dum adducebatur etiam quod ad hoc vt ſententia
lata contra mortuum valeat ſufficit quod ante
mortem ſit concluſum in cauſa, & cauſa ad conſu-
lendum tranſmiſſa,& conſilium datum, & firma-
tum licet non apertum, vt *poſt Abbam conſ.90. per
totum lib.1.& Beccium conſ.110.nu.2. verſ. 2. aduer-
tendum eſt l.2.dicebatur probari per Rebuffum ad conſti-
tutiones Regni tomo 3. tit. de ſententiis art. vlt.gl.vnica
num 6.* vbi loquitur in fortioribus terminis, videli-
cet in ſimplici ſentētia,& dicit,quod ſufficit, quod
actus ſit rectè geſtus cum viuo vſque ad ſententiam
10 excluſiuè, & ſic ſit ſolum concluſum in cauſa,adeo
vt nō ſuperſit niſi ſententia,adhoc,vt ſententia lata
11 contra mortuum valeat, cum, quod iure factum
eſt,nō debeat retractari,licèt peruenerit ad caſum,
à quo incipere non potuit, vnde dicebatur multo
magis debere valere dictā ſententiam in caſu no-
12 ſtro,cum iam eſſet datū conſilium,& nihil aliud ſu-
pereſſet,niſi illius publicatio,& ſic cū ex iſtis inten-
13 tio partis redderetur valde dubia, cum etiam
vnius Doctoris opinio faciat rem dubiam, *Bartol.
in l.qui Romæ §.duo fratres nu.9. ff.de verborum oblig.
Burſattus conſ.14.num.23.& ſubdit Bartol.in loco præ-
dicto*,quod Iudex malè iudicans excuſatur propter
cōtrariam opinionem Doctoris,& ſequitur *Surdus
deciſ.188. num.9.* Meritò pro ſententia reſponſum
fuit.

14 Maximè quia dicebatur, quod quando etiam
ſententia non valeret cōtra Capitaneum, valebat
tamen contra eius fideiuſſorem,qui fuit in illa con
15 demnatus cum non ſit nouum, quod vbi ſenten-
tia eſt lata contra duos,quorum alter erat viuus,&
alter mortuus,ſententia valeat contra viuum,licet
contra mortuum ſit nulla *Gabriel.conſ.55. num.15.
16 lib.1. Becc.d.conſ.110.in fine.* cum ſententia reſpectu
perſonarum dicatur diuidua Illuſtriſſimus Sera-
phinus *dec.597.num.5.*

Et licèt pro parte Recurrentis diceretur nos eſ-
ſe in fideiuſſore Iudicij, qui non poteſt affici ſen-
tentia, quę ſit nulliter lata cōtra,principalem, ta-
17 men pro parte Actorum replicabatur,quod dato,
& non conceſſo quod ſententia prædicta contra
principalem dici poſſet nulla,adhuc prædicta for-
18 ſan procederent in ſimplici fideiuſſore, & non in
obligato principaliter,& inſolidum,qui non dici-
19 tur fideiuſſor,ſed Reus principalis debēdi, in quo
20 non hàbent locum diſpoſita in ſimplici fideiuſſo-
re,prout poſt *Nattam conſ.52. num.1.2.& 3. tradunt
Borgninus dec.31.num.20. par.1. Surdus conſ.20.num.
23.cum ſeqq. vſque in finem.& deciſ.308.num.11.12.
& 13.cum alijs per Gratianum in ſuis diſceptat. foren-
21 ſib.c.122.num.21.* & in puncto fideiuſſoris Iudicij,
quod ſi ſit obligatus principaliter,& inſolidū cum
aliquo,perinde ſit ac ſi eſſet principalis tradit *Ay-
mo conſ.172.num.13.*

Et quamuis contra prædicta adduceretur deci-
ſio Vincentij de Franchis 400. *ſub num.8.& 10.* In
qua habetur, ꝙ in materia promiſſionis iudica-
22 tum ſolui,nihil refert, quod quis ſit fideiuſſor, vel
promittat vt principalis correus debendi, tamen
quia ad hoc probandum, *allegat Baldum,in l. fin.§.
& cum antiquitas col.1. C.de vſur.rei iudicatæ, & Bal-
23 dus hoc non dicit*, Replicabatur quod in eius deci-
ſione non poterat proterea fieri fundamentū,& ſic
res etiam quoad hoc remanet dubia.

Ad illud verò,quod vltimo loco dicebatur di-
ctam ſentētiam, non poſſe ſuſtineri,ex quo in ape-
ritione voti Petrus filius dicti Capitanei non fuit
citatus vti hæres dicti Capitanei ſed ſimpliciter vti
24 filius. Reſpondebatur, quod aut dictus Petrus
volebat eſſe hæres dicti Capitanei eius patris,
aut non. Si volebat eſſe hæres, prout apparet
ex recurſu ab eo interpoſito à ſententia lata con-
25 tra patrem, ſiquidem ſi non eſſet hæres, non op-
portebat,quod ab ea recurreret, ex quo ab ea non
eſſet in aliquo grauatus,& hoc ſufficere dicebatur
pro validitate ſententiæ, licèt in citatione non fuiſ-
ſet expreſſa dicta qualitas hæredis.

Aut non volebat eſſe hæres, & tali caſu, cum
26 nullum ſentiret grauamen ex dicta ſententia non
poterat ab ea recurrere,nec ſuper tali recurſu au-
diti, cum voces eorum quorum non intereſt in iu-
27 dicijs non audiantur, *Surd.conſ.31.num.8.& conſ.
137.num.5. lib.1.* Et ſic cum omnes prædicti arti-

cuia

Digitized by Google

euli continerent in ſe maximam dubietatem, vt di-
ximus, non dubitauimus ſententiam prædictam in
meritis iuſtam repertam confirmare pręſertim, cum
28 vltra ſuperiùs allegara cóperimus in terminis nul-
litatum turbidarum fuiſſe confirmatam ſentẽtiam
alias in meriris iuſtã per Rotam Romanam in vna
Interamnen. bonorũ Veneris 14. Nouembr. 1603.
coram Illuſtriſs. Ludouiſio, vbi fuit reſolutũ nõ ob-
ſtantibus nullitatibus, quæ ibi allegabantur, ſen-
tentiam eſſe validã, ſtante quod nullitates non eſ-
ſent claræ, & præſertim illius iuſtitia, quæ omninò
debet prænalere, vt ibi dicitur, nullitati turbidæ.
Quod autem ſententia lata de voto Conſultotis
per D. Commiſſatium fuerit iuſta, dũ pronunciauit
terminum qnindecim dierum fore & eſſe exequen-
dum contra d. D. Capitaneum Franciſcum, & eius
fideiuſſorem pro ſumma perita ſcutorum 250. eſt
euidẽs, nàm eũ in quodam Chyrographo recogni-
to celebrato ſub die 20. Ianuarij 1614. inter præ-
dictos filios, & hæredes Sylueſtri Lenæ actores, &
dictum Capitanenm Frãciſcum pro omni calculo,
& pręten ſione inter eos exiſtente cauſa, & oceaſio-
ne cuiuſdam Societatis initæ inter Sylueſtrum Le-
nam patrem dictorum actorum, & d. Capitaneum
Frauciſcum, nec non pro omni calculo, & præten-
ſione, quę inter dictos actorès, & dictũ Capitaneum
vſque in illam diem inter ipſos exiſteret, Idem Ca-
pitaneus Frauciſcus conſtituerit ſe verum, & legiti-
mum debitorem dd. hæredum de ſumma & quan-
titate ſcutorum 597. ſoluenda in duabus vicibus,
vna ſcut. 321. facienda per totum Menſem Iunij
anni 1614. & altera ſcutorum 276. per totum men-
ſem Auguſti eiuſdem anui, abſque aliqua lite, ſeu
controuerſia, quæ dici, aut exeogitari poſſet renun-
cians inſuper omni exceptioni, quæ in huiuſmodi
ſolutioue opponi poſſet, prout de prædictis latius
apparet in ſcripto, de quo in actis, & cũ dictus Ca-
pitaneus ſtatuto, & præfixo termino non ſoluerit
integram ſummam, ad quam erat obligatus vigore
dicti ſcripti, certè nullæ aliæ erant partes dicti D.
Conſultoris, niſi pronunciare dictum terminum fo-
re exequendum tam contra dictum Capitaneum,
quam contra eius fideiuſſorem, cum ſcriptura pri-
uata recognita habeat vim publici inſtrumenti,
& ſic exequutionem paratam, vt diſponit *capitulum
97. Statut. lib.* 1. nec non Decretum Excellentiſſi-
29 mi Senatus factum ſub die 14. Maij 1563. prout
in terminis dicti decreti latè probant atque fir-
mant *Cæſar. de Barzis deciſ.* 106. *à num.* 18. *vſque ad
22. & Magon. deciſ. Lucenſ.* 15. *num.* 31. 32. *&* 33.
Nec obſtare viſum fuit, quod dictus Capitaneus
per duos teſtes probare conatus fuerit, quod inter
prædictum Silueſtrum & ipſum de tempore, quo
fuit factum primum Chyrographum fuerit factum
pactum tenoris infraſcripti, videlicet. *Che chi ac-
cettaua la reſcoſſione di detta Compagnia doueſſe hauer
franchi ſcuti* 200. *quali ſi doueſſero ſopportare dalla
Maſſa della Compagnia, & che ambe le parti doueſſe-
ro ſentire delle dette non eſſigibili, & che toccando
tal reſcoſſione al detto Capitan Franceſco, doueſſe Sil-
ueſtro farli buone tutte le partite di grano, e fare, che
detto Silueſtro haueſſe fatto dare à qualunque perſona,*
Et qnod cum dicta exactio dictorum creditorum
tetigerit Capitaneo Franciſeo. dictus Capitaneus
petierit compenſari cũ ſumma petita Medietatem
dictarum. dictarum inexigibilium, & prout dicitur
fallitarum, & illud quod exigi debebat ab illis, qui
habuerunt granum & fabas Societaris ab eodem
Silueſtro, ſeu alijs de eius ordine iuxta tenorem, &
continentiam dicti pacti, quia reſpondẽtur pluri-
bus modis.
Primò, quod dum prædicti dno teſtes dicũt fuiſ-
ſe factum dictum pactum inrer Silueſtrum patrem
dd. actorum, & D. Capitaneum Franciſcum inueri-
ſimilia deponunt & teſtes deponentes inueriſimi-
30 lia redduntur ſuſpecti de falſo, & nihil probant
Surd. conſ. 61. *num.* 38. *lib.* 1.
Quod aurem depoſuerint inueriſimilia patet,
Tum quia ſi dictum pactum eſſet verum, ſcuta du-
centum fuiſſent promiſſa Capitaneo Franciſco ſo-
lum pro labote, non autem pto periculo credito-
rum exigendorum, quod non eſt aliqno modo ve-
riſimile. Tum quia non eſt veriſimile quod Capi-
taneus Franciſcus cõſtituiſſet ſe debitorem ſummæ
ſcut. 800. ſi, cum ſcutis octingentis compenſari de-
buiſſent credita facta pro grano, & fabis daris à
Silueſtro, & medietatem dictarum fallitarum.
31 Secundo dicti teſtes non probant dictũ pactum,
quia ſunt ad inuicem contrarij, Alter enim dicit
quod iſtud pactum fuit oppoſitum in Chyrogra-
pho, ſeu obligatione ſcutorum 800. facta per Capi-
taneum Franciſcum dicto Silueſtro, Alter verò di-
cit quod dictum pactum non fuit poſitum in Chy-
rographo, ſeu ſctipto, & teſtes qui in vna eadem
cauſa contraria deponunt, redduntur de falſo ſu-
ſpecti, & nihil probant, vt poſt *Alexandrum conſ.
20. num. 4. l. 4. Albam conſ.* 139. *num.* 1. *Corn. conſil.
13. num. 2. lib. 1. tradit Menochius de præſumpt. præ-
ſumpt. 23. num. 1. & ſeq. lib. 5.*
Et nihilominus dato, & non cõceſſo, quod etiam
de tempore, de quo fuit facta prima promiſſio ſcut.
800. per prædictum Capitaneum Franciſcum dicto
Silueſtro, factum eſſet prædictum pactum, vt dicti
duo teſtes dicunt, tamen quod in ſecundo Chyro-
grapho nihil fuit dictum de dicto pacto, & ſumma
ſcut. 597. fuit promiſſa per eundem Capitaneum
filiis dicti Silueſtri ſimpliciter, & abſque aliqua
32 conditione per iſtam ſecundam obligationem di-
citur receſſum à prima obligatione, & promiſſio-
ne facta inter dictum Capitaneum, & dictum Sil-
ueſtrum, adeo vt prædicta ſcut. 597. debeãtur hæ-
redibus dicti Silueſtri putè, & ſimpliciter abſque
aliqua conditione, & conſideratione pactorum fa-
ctorum de tempore, quo fuit factum ptimum Chy-
rographum ex pluribus.
Primò quia cum prætenſio dicti pacti eſſet in-
ter prædictas partes de tempore, qno fuit factum
ſecundum Chyrographum, & ſumma ſcutorum
597. fuerit in ſecundo Chyrographo promiſſa pro
omni prætẽſione exiſtente inter eaſdem partes, vſ-
que in diem dicti ſecũdi Chyrographi, vt demon-
ſtrãt illa verba Chyrographi, videlicet *per ogni cal-
culo, e pretenſione, che fino à queſto preſente giorno frà di
loro foſſe*, fuit etiam promiſſa pro prætẽſione huius
pacti, ac in iſto calculo habita fuit ratio pretẽſionis
33 prouenientis ex aſſerto pacto, quia qui omne dicit,
nihil excludit, & pactũ generalem, ac per verba
generalia comprehenſum ad omnia extẽditur, om-

34 niaque comprehendit, vt benè ferè in his terminis exemplificant *Natta conſ. 113. num. 2. Hondedeus conſ. 49. nu. 23. lib. 1. Surd. conſ. 267. nu. 6. & 7. cum ſeq. l. 2.*

Et quod ratio habita fuerit etiam de aſſerto pacto, quatenus de illo conſtaret, quod omninò negatur, Vlterius colligitur ex defalcatione ſummæ ſcutorum 800. ad quam dictus Capitaneus erat obligatus in ſaldo, quem fecerat cum Siluestro Lena, cum in ſaldo & computo poſtea inito cum hæredibus dicti Silueſtri, dicta ſcuta 800. reducta fuerint ad ſcuta 597. & ſic detracta fuerint ſcuta 203. quæ detractio fortaſſe facta eſſe poſſet pro aſſerta prætenſione, & propterea purè ſe obligauit dictus Capitaneus, & renunciauit omni exceptioni, & prætenſioni.

Secundò, quia ſtante partis prætenſione non eſt dubium, quin competeret eidem ius opponendi contra ſummam petitam vigore dicti ſecundi Chirographi, & petendi quod cum ſumma debita compenſarentur pecuniæ non exactæ, Vndè ſicut dictus Capitaneus promiſit dicta ſcut. 597. ſoluere abſque aliqua contradictione, & renunciauit omni oppoſitioni ſibi contra promiſſa in dicto Chyrographo competēti, ita etiam certum eſt, quod renunciauit dicto pacto ad ſui fauorem, vt prætenditur, facto, quòd nihil aliud continebat, quam oppoſitionem contra præmiſſa, & contenta in dicto Chyrographo.

Tertiò quia ſi aſſertum pactum eſſet verum iſtæ duæ promiſſiones eſſent contrariæ. Vbi enim in primo Chyrographo ſumma ſcutorum 800. fuit promiſſa ſub iſta conditione, & pacto, ita e conuerſo in iſto ſecundo ſumma ſcutorum 597. fuit promiſſa purè, & ſimpliciter, & in modum, quod illius ſolutio non poſſet ſub quouis prætextu impediri, ſeu retardari, vt demonſtrant ea verba Chyrographi, *Et queſto ſenza lite, ò imaginabile cauillatione, eſſendoſene ben contento, e ſodisfatto, e però renuntia ad ogni ſenſa, & oppoſitione, che a tale pagamento poteſſe fare*, Et quando contractus ad inuicem non com-
35 patiuntur, tunc primum nouatur, & ab eo intelligitur receſſum per ſecundum, licèt de nouatione non ſit dictum, *Bald. in l. fi. nu. 1. verſ. ſed ſi eſſet caſus, C. de nouationibus. Dec. conſ. 400. num 9. verſ. & his ſtantibus. Aymo conſ. 167. num. 9. Rota dec. 797. nu. 10. par. 1. & dec. 262. num. 5. par. 2. diuerſorum Surdus conſ. 524. num. 21. & 22. l. 4. Maſcardus de probat. concl. 1108. num. 23. cum alijs per Gabrielem de nouationibus, concl. 1. num. 60. ver. 4. limita.*

Quartò, quia cum dicta ſcuta 597. fuerint pro-
36 miſſa pro reſiduo eius, quod Capitaneus Franciſcus debebat vigore primi ſcripti, vt demonſtrant ea verba Chyrographi, videlicet *li ſcudi 597. ſono per reſto d'vn ſaldo fatto d'accordo per le mercantie fatte con detto Silueſtro*. Intelligitur facta nouatio, & promiſſa in primo Chyrographo, ſeu de tempore, quo fuit factum primum Chyrographum non debent attendi, ad tradita *per Maſcardum concluſ. 1107. num. 21. & Gabrielem de nouat. concluſ. 1. num. 59.*

Quintò quia licèt nouatio, & mutatio primæ obligationis in caſu præſenti non inducatur ex
37 verbis Chirographi expreſsè, ſufficit tamen ex præſumptionibus & coniecturis colligi, *Cyn. in l. fin. C. de nouationibus. Crotus conſ. 167. num. 10. lib. 2. Dec. conſ.*
38 *400. nu. 2.* vbi dicit, nō fuiſſe factam nouationem, niſi ex coniecturis manifeſtè appareat partes voluiſſe facere nouationem, *Abb. conſ. 68. in fine. Apoſtilla ad Alexandr. conſ. 13. l. 2. Surd. conſ. 525. nu. 23. l. 4. Maſcard. concl. 1107. num. 18. Afflict. deciſ. 44. nu. 15. Facchinens controuerſiarum iuris c. 92. l. 3. Gabriel. de nouat. concl. 1. nu. 57. Rota deciſ. 262. num. 1. par. 1. diuerſ.* Proinde cum in caſu noſtro adſint tot præſumptiones, & coniecturæ, quod per ſecundū Chyrographum fuerit nouatum primum; non poteſt dubitari, quin ex illis fuerit inducta nouatio, Ma-
39 ximè cùm coniecturæ colligantur ex verbis ipſius ſcripti, dum in eo dicitur *per reſto d'vn ſaldo fatto inſieme, & per ogni pretenſione, che ſino à queſto giorno foſſe fra loro*, quo caſu non poteſt dubitari, quin etiam ex coniecturis dicatur inducta nouatio, vt tradit *Salicet. in l. fin. C. de nouat. & Gabriel. de nouat. concluſ. 1. num. 58. & 59.*

40 Et magis in puncto, quod per ſimilia verba omne debitum de preterito videatur ſolutum, adeo vt amplius de eo agi nō poſſit cēſeatur inducta nouatio tradit *Cornazzanus in dec. Rotæ Lucen. dec. 7. nu. 6.*

Septimò quia cum pars aduerſa renunciauerit omni exceptioni, vt in dicto ſcripto legitur, nō poteſt modo aliquo exceptiones opponere, ita diſponente ſtatuto *lib. 2. cap. 101.*

Octauò & vltimò, quia cum Capitaneus Vrſinus in ſupradicto ſcripto promiſerit ſoluere, *ſenza lite, ò imaginabile cauillatione* non poteſt compenſationem opponere, quia qui compenſare vult dicitur agere, & litem mouere, prout ferè in terminis, de quibus agitur, conſuluit *Natta conſ. 60. num. 5. lib. 1.*

Plura etiam dici poſſent. Verum quia hæc ſatis ſuperque ſufficiunt, ideo conſulto ommittuntur.

Ambas autem partes ab expenſis abſoluimus, quia ex prædictis patet quod dictus Petrus habuit aliquam cauſam litigandi, *ad tex. in cap. 1. in fine de elect. in 6. & l. qui ſoudum, §. etiam, ff. de legat. 1. & vtrobique Doctores.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA MAGISTRI CAESARIS Soldini cum Daniele Gaſparrini.

ARGVMENTVM.

In Emphiteuſi acquiſita pro ſe, & filijs expreſſis eorum nominibus, an filij faciant partem viuente patre?

SVMMARIVM.

In Emphiteuſi acquiſita pro ſe filiis, & nepotibus succeditur hoc ordine, vt primum habeat pater, deinde filij, & poſt filios nepotes, num. 1.

Emphiteuſi acquiſita, pro ſe, & filiis expreſſis eorum nominibus filij etiam viuente patre faciunt partem, nu. 2.

Diſpoſita in feudo habent locum etiam in Emphiteuſi, vbi adeſt eadem ratio, num. 3.

Filij

Digitized by Google

Filij viuente patre faciunt partem etiam in Emphiteuſi, vbi Emphiteuſis fuit acquiſita pro ſe, & filijs expreſſis eorum nominibus, num. 4.

Culpa patris non nocet filijs, quando Emphiteuſis fuit acquiſita pro ſe, & filijs expreſſis eorum nominibus, num. 5.

Iuri accreſcendi non eſt locus, quando filij etiam viuente patre faciunt partem in Emphiteuſi, ſed mortuo vno, eius portio redit ad Dominum directi, num. 6.

Emphiteuſis poteſt alienari per primum acquirentem in præiudicium filiorum vocatorum, & comprehenſorum in inueſtitura de conſenſu Domini directi, num. 7. Intellige niſi filij eſſent in inueſtitura expreſsè nominati, num. 8.

Quicquid acquirit filius, acquirit patri, num. 9. Fallit in aduentitijs, num. 10.

Emphiteuſis conceſſa patri, & filijs, nominibus proprijs expreſſis dicitur aduentitia, num. 11.

Iuri accreſcendi eſt locus in Emphiteuſi pro canone correſpondente fructibus conceſſa, etiam ſi pluribus à principio immediatè fuerit conceſſa, num. 12.

Maximè in Emphiteuſi modici valoris, quo caſu magis expedit Domino, quod portio deficientis alijs accreſcat cum obligatione ſoluendi canonem, quam quod ad ſe reuertatur, num. 13.

Congruitas canonis ſecundum veriorem opinionem non poteſt alterare naturam Emphiteuſis, num. 14.

Et omni caſu correſpectiuitas canonis inducit ius accreſcendi Domino ſic volente, num. 15.

Dictio diſtributiua, cuiuslibet, eſt eius natura, vt vnicuique tribuat actum inſolidum, num. 16.

Dictio diſtributiua, cuiuslibet, quando non eſt appoſita inter ipſos contrahentes, ſed inter eorum deſcendentes non inducit ius accreſcendi inter contrahentes, num. 17.

Diſtributiuum cuiuslibet parit ius accreſcendi etiam inter primos inueſtitos, licèt ſit relatum ad deſcendentes, num. 18.

Intellige verum vbi Emphiteuſis fuiſſet conceſſa vſque in eorum, & cuiuslibet eorum tertiam generationem, & perſonam finitam & completam, num. 19.

Diſtributiuum cuiuslibet quando refertur ad nomen, perſonam, & ſic eſt additum etiam perſonis primo loco inueſtitis, tunc etiam inter perſonas primo loco inueſtitas operatur ius accreſcendi, num. 20.

Diſtributiuum cuiuslibet, quando ſalua ratione recti ſermonis poteſt applicari perſonis primo inueſtitis, etiam inter primos inueſtitos habet locum ius accreſcendi, num. 21.

Clauſula vſque in tertiam generationem ſecundum veriorem opinionem non operatur ius accreſcendi, num. 22.

Clauſula vſque in tertiam generationem ſecundum rationem recti ſermonis non poteſt referri ad primos inueſtitos, ſed ad eorum deſcendentes tantum, num. 23.

Nemo generat ſe ipſum, num. 24.

Clauſula vſque in tertiam generationem non inducit ius accreſcendi inter primos inueſtitos, niſi ſit additum vſque in tertiam generationem, & perſonam, num. 25.

Emphiteuſis dicitur acquiſita titulo lucratiuo quando in illius acquiſitione nihil fuit ſolutum, num. 26.

Ius accreſcendi non habet locum in Emphiteuſi titulo lucratiuo acquiſita, num. 27.

Ab expenſis abſoluitur habens primam ſententiam pro ſe, ſi poſtea ſuccumbat, num. 28.

DECISIO XXV.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

CONDEMNAVIMVS Magiſtrũ Cæſarem Soldinum ad reſtituendũ Danieli Gaſparrini ſolùm quartam partem Domus, de qua agitur, quia cum illa fuerit acquiſita in Emphiteuſim per Iacobum q. Pauli Gaſparrini à Confraternitate Sanctorum Frãciſci, & Magdalenæ de Luca pro ſe, & vice, & nomine Benedicti Danielis, & Alphonſi eius filiorum, certum eſt quod ſtante dicta nominatione dicta Domus fuit acquiſita omnibus prædictis pro virili, & nõ ordine ſucceſſiuo, quia licèt in Emphiteuſi acquiſita pro ſe, filijs,
1 & nepotibus ſuccedatur hoc ordine, vt primũ habeat pater, deinde filij, & poſt filios, nepotes. *Bart. in l. quod dicitur nu. 6. ff. de verbor. obligat. cum alijs per Clar. in §. Emphiteuſis quæſt. 35. per totam.* Tamen concluſio nõ procedit vbi Emphiteuſis acquiritur pro ſe, & pro filijs expreſsis eorum nominibus, quia tũc
2 filij etiam viuente patre faciunt partem in Emphiteuſi, *Iſern. in c. 1. §. & ſi libellus ver. item in l. hæredes, de alienatione fœudi paterni. Aluar. in §. denique, tit. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi col. 5. circa finem, verſ. octaua concluſio. Curt in 5. par. tract. fœudorum, tit. cui applicatur fœudum amiſſum col. 3. in princip. ver. ex hac prima limitatione. Roman. conſ. 405. nu. 4. ver. cæterum dico. latè Afflict. deciſ. 393. nu. 5. ibi.* tunc filij habẽt partem viuo patre; & paulo inferius filius habebit medietatem etiam in vita patris, *& num. 6. in fine, & Vrſill. ibi per tot. & præcipuè nu. 5.* qui licèt lo-
3 quatur in fœudo, tamen idem eſt dicẽdum in Em-
4 phiteuſi cũ eadem ſit ratio, Et in terminis Emphiteuſis tradit *Corbol. de cauſis priuationis ob non ſolutum canonem amplat. 7. nu. 6.* ibi nã ipſi filij, etiam viuẽte patre, vbi propterea dicit quod tali caſu culpa pa-
5 tris non noceret filiis quantũ ad portionem ad ipſos filios pertinẽtem, Et cõſequenter cum tali caſu
6 non ſit locus iuri accreſcendi, ſed mortuo vno, eius portio redeat ad Confraternitatem Dominã directi, quia vnicuique pro virili conceſſa fuit, *l. ſi mihi, & Titio, vbi DD. de verbor obligat. Socin. conſ. 50. in princ. lib. 1. Ruin. conſ. 47. nu. 4. lib. 1. cum alijs per Corbol. de cauſis priuat. ob lineam finitam, num. 83* Certum eſt, quod dictus Daniel non poterat vendicare totam dictam Domũ alienatam per dictũ Iacobum eius patrem de conſenſu dictę Cõfraternitatis Dñæ directi, in Magiſtrũ Cęſarẽ Soldinũ, ſed ſolũ ratam ſibi tangentem, & ſic quartam tantum partem.

Nec obſtare putauimus, quod pro parte dicti Magiſtri Cæſaris dicebatur, quod nec dicta quarta pars adiudicari poterat d. Danieli, ex quo d. Domus fuit alienata per Iacobũ patrẽ dicti Danielis primũ acquirẽtem, de cõſenſu Dñi directi, quo caſu
7 poterat alienare in præiudiciũ eius filiorũ vocatorũ, & cõprehenſorũ in inueſtitura ad tradita *per Lepid. dec. 117. & Cornazzanum dec. 159. per totam,* quia concluſio non procedit, vbi filij ſunt in inueſtitura expreſsè nominati prout hic, nam tunc, cùm
8 Conceſsio ſeorum contemplatione cenſeatur facta, non poteſt pater, quamuis primus acquirens ſuis filijs, alienando, præiudicare, vt inter alios quam-

Digitized by Google

pluꝛes,qui poſſent allegari conſiderant,& firmant
*Vrſellus de bonis maternis. par.3. ſub num.99. Gabriel
de iure Emphitentico concluſ.2.num.11.* vbi de com-
muni. *Lepid. d.deciſ.117.colum.3. verſ. cuius autem.
Clarus in §.emphiteuſis quæſt.16. Valaſcus de iure Em-
phiteutico q.49. num.11. cum alijs per Gratianum in
ſuis diſceptat.Forenſ. cap.345.num.5. & 7.*
9 Prout etiam non obſtare putauimus,quod,quic-
10 quid acquirit filius acquirat patri, quia regula
non procedit in aduentitijs. *l.cum oportet, C. de
bonis, quæ liberis, §.igitur inſtituta, per quas perſonas*
11 *nobis acquiratur*, Vndè cum non poſſit dubitari
quin Emphiteuſis conceſſa Patri, & filijs nomini-
bus proprijs expreſſis dicatur aduentitia, cùm eo-
rum contemplatione ſtipulata præſumatur, vt ex-
preſsè firmant in noſtris terminis, *Natta conſ.475.
num.8. circa medium, & Lepid. deciſ.117.col.3.verſic.
ſi autem*, & latè probat *Vrſillus vbi ſupra*,ſumus in
claris, quod ceſſat obiectum.
Nec dicatur,quod cum iſta Domus fuerit con-
12 ceſſa in Emphiteuſim pro canone correſpondente
fructibus, etiam ſi pluribus fuerit à principio im-
mediatè conceſſa, adhuc inter illos eſt locus iuri
13 accreſcendi, maximè cum agatur de re modici va-
loris, quo caſu magis expedit Domino directi,
quod portio deficientis alijs accreſcat, cum obli-
gatione ſoluendi integrum canonem,quam ad ſe
reuerti, *vt poſt Iaſonem in l.ſi mihi,& Titio,nu.4.& 7.
in fine, vbi de communi, ff.de verbor.obligat.conſiderat
Decian.conſ.73.num.3.& ſeq. lib.2.* Quia vltra quod
14 dicta Canonis congruitas, ſecũdum veriorem opi-
nionem non poteſt vllo modo alterare naturam
Emphiteuſis,vt colligitur ex *Natta conſ.49.193.&
312. Syluano conſ.9. num. 20. Gabrielle conſ.84.nu.9.
lib.2.cum alijs per Corbulum de cauſis priuationis ob non
ſolutum canonem ampliat.12. per totam.*
Secundò quia Doctores,qui volunt ex huiuſmo-
di Canonis correſpondentia ius accreſcendi cenſe-
15 ri inductum mouentur ſolùm ex eo, quod interſit,
concedentis potius cæteris accreſci,quam ad eum
reuerti, & ſic omni caſu illa concluſio intelligi de-
bet, directo Domino ſic volente, cum alias ſeque-
retur, quod nulla reperiretur Emphiteuſis Eccle-
ſiaſtica, in qua iuri accreſcendi locus non eſſet, ex
quo,eo caſu non poſſunt fieri,niſi pro canone cor-
riſpondente fructibus,quod eſt abſurdum,vt inter
alios dicit *Francus deciſ.191. num.9.& 10. par.1. &
deciſ.235.num.12.par.2. Surdus deciſ.198. num.11.&
12.& Alciatus reſponſo 265.num.2.* Vnde cum in ca-
ſu noſtro huius intereſſe præſumptio non poſſit ali-
quo pacto conſiderari,cum Confraternitas directa
Domina conſentiendo alienationi factæ à dicto
Iacobo declarauerit ſua magis intereſſe dictis fra-
tribus non accreſcere, ſumus in claris, quod ex aſ-
ſerta canonis corriſpondentia non poteſt cenſeri in
caſu noſtro inductum aliquod ius accreſcendi ex
allegatis.
16 Nec obſtat quod cum in inueſtitura adſit illa di-
ctio diſtributiua cuiuslibet eorum,quæ eſt eius na-
turę, vt vnicuique tribuat actum inſolidum *l.ſi plu-
ribus, & ibi Gloſ.in ver.ſed omnes,ff.de legat.2. vbi not.
omnes*,fuerit inter prædictos fratres, vigore illius di-
ctionis diſtributiuæ inductum ius accreſcendi, *vt
not. Scribentes in d.l.ſi mihi,& Titio, ff.de verbor.obli-
gat. Parſ. conſ.6.nu.13 lib.1. Socin.conſ.50.nu.1.lib.1.
& Decian. d.conſ.73.num.16. lib.2.*
17 Quia reſpondetur,quod cum dicta dictio diſtri-
butiua non fuerit appoſita inter ipſos contrahen-
tes,ſed inter eorum deſcẽdentes, nulla vis fieri po-
teſt in dicta dictione,vt in terminis tradunt *Ancha-
ran.conſ.245.nu.4.Capic.in inueſtitura feudi cap.ius ac-
creſcendi ver.In inueſtitura in fine, Roncagall. in l.eam-
dem,nu.132.ver.Et tunc procedunt,de duobus reis. Cor-
bol.de cauſ.priuat.ob lineam finitã,nu.88. & plures alij,
quos ſequuta eſt hæc Rota vt per Magon. deciſ.8.num.8.*
18 Nec dicatur, quòd imò *ex Deciano d.conſ.73.num.
16.colligitur*, Quod diſtributiuum illud,cuiuslibet
pariat ius accreſcẽdi inter primos inueſtitos,etiam
ſi ſit relatum ad deſcendentes, quia reſpondetur,
quòd imò *Decianus d.num.16.*loquitur ſolum,quan-
do dicta dictio diſtributiua eſt appoſita inter de-
ſcendentes, Et licèt poſtea dicat in caſu ſuo fuiſſe
19 inductum ius accreſcendi etiam inter primos inue-
ſtitos, hoc tamen nõ dicit procedere ex natura di-
ctionis, cuiuslibet, ſed ex vi nominis perſonæ, de
quo in eius inueſtitura, cũ inueſtitura in caſu De-
ciani fuerit facta vſque in eorum,& cuiuslibet eo-
rum tertiam generationem,& perſonam finitam,&
completam, Et ſic non mirum ſi Decianus dicat in
caſu ſuo fuiſſe inductum ius accreſcendi, cum eſſet
facta conceſſio non ſolum vſque ad tertiam gene-
rationem cuiuslibet eorum,ſed etiam vſque in per-
ſonam cuiuslibet eorum, quod nomen, perſonam
latè ponderat adhunc effectum. *Decian. ibi. nu.17.*
20 *vbi ſub num.18.apertè dicit*,quod cum illa dictio di-
ſtributiua cuiuslibet, de qua in caſu ſuo referatur
ad nomen perſonam,& ſit perindè ac ſi dictum eſ-
ſet,vſque in perſonam cuiuslibet eorum finitam,&
completam, & vſque in tertiam eorum,& cuiusli-
bet eorum finitam & completam generationem,&
per conſequens conſtet, diſtributiuum illud cuiuſ-
libet, de quo ibi eſſe additum etiam perſonis pri-
mo loco inueſtitis,prout ratio recti ſermonis neceſ-
ſario ſuadet non poteſt in caſu ſuo dubitari, quin
etiam inter perſonas primo loco inueſtitas habeat
locum ius accreſcendi, cum etiam *Petr. Ancheran.
d.conſ.245. & alij ſupra relati* concedant,quod ſi di-
21 ſtributiuũ cuiuslibet ſalua ratione recti ſermonis,
poteſt applicari perſonis primo loco inueſtitis,etiã
inter primos inueſtitos habeat locũ ius accreſcẽdi.
Vnde,cum in caſu noſtro, non adſit dictum no-
men, perſona de quo in caſu Deciani,& non poſſit
ſalua ratione recti ſermonis referri ad ipſos primo
loco inueſtitos, meritò non poteſt inter eos habere
locum ius accreſcendi, vt expreſsè dicit idem *De-
cianus d.conſ.73. ſub num.18.circa medium*, ibi, & li-
cet ipſi conſuluerint.
Ex qua conſideratione licèt videatur ſublatum
etiam ſextum obiectum, Quod ex clauſula vſque
22 in tertiam generationem, de qua in fine noſtræ
Conceſſionis, & inueſtituræ cenſeatur inductum
ius accreſcendi,cum dicta clauſula nõ poſsit ſuum
ſortiri effectũ, niſi mediante iure accreſcẽdi, prout
poſt *Iaſonem conſ.117.col.6. verſic.tertiò principaliter
l.4.conſuluit Decian. d.conſ.73.num.15.* tamen magis
accedendo ad obiectum. Adhuc dicimus ex dicta
clauſula Vſque in tertiam generationem non poſſe
cenſeri inductum ius accreſcendi ex duobus.

Pri-

Digitized by Google

Primò quia verior, & magis communis opinio
23 eſt quod dicta clauſula, vſque in tertiam generationem non operetur ius accreſcendi, vt oſtendunt *Gabriel. conſil.87. num.3. in fine, verſ. minus obſtat. Magon. deciſ.8. num.9. & 10. & 11. & nouiſſimè. Mantica de tacitis, & ambiguis tomo 2. lib.22. tit.34. num.29. & 30.*
24 Secundò quia ſecundum rationem recti ſermonis in caſu noſtro dicta clauſula, vſque in tertiam generationem non poteſt referri ad primos inueſtitos, ſed ad eorum deſcendentes tantum, cum ne-
25 mo generet ſe ipſum, Et licèt Decianus in caſu ſuo dicat ex dicta clauſula vſque in tertiam generationem fuiſſe locum iuri accreſcendi etiam reſpectu
26 primorum inueſtitorum, hoc tamen nõ accidit ex vi dictionis illius, Vſque in tertiam generationem, ſed quia fuit additum. Vſque in tertiam generationem, & perſonam vt ſupra diximus, nam cum hoc caſu probabiliter dici poſſit inter ipſos contrahentes fuiſſe actum vt etiam inter quemlibet ipſorum contrahentium induceretur ius accreſcendi meritò in caſu Deciani etiam inter ipſos primos inueſtitos poterat eſſe locus iuri accreſcendi, quod tamen nõ poteſt dici in caſu noſtro, cum non adſit illud nomen perſona, de quo in caſu Deciani, & quod maximè ab eo ad hunc effectũ ponderatur.

Accedat prædictis, quod cum Domus, de qua
27 agitur fuerit acquiſita in emphiteuſim titulo lucratiuo, cum in eius acquiſitione nihil fuerit ſolu-
28 tum, ex hoc etiam omnis iuris accreſcendi præſumptio tollitur. *Alex. in d.l.ſi mihi & Titio, num.13. de verbor.obligat. cum alijs per Corbolum, qui dicit hoc eſſe de mente omnium Doctorum, de cauſis priuationis ob lineam finitam, num.104.*

Dictum autem Magiſtrum Cęſarem Soldinum ab expenſis abſolumus, quia habebat primam ſententiam pro ſe, ad tradita per *Rotam deciſ.251. alias 10. de dolo, & contumacia in nouis, & deciſ.770. par.1. diuerſorum.*

Et ita deciſum.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SVBSTITVTORVM AMATI filij ſpurij Magnifici D. Octauij del Giudice cum D. Bartholomeo fratre Germano dicti Magnifici Domini Octauij.

ARGVMENTVM.

Inſtituta turpi perſona per fratrem, & dato illi ſubſtituto vulgari, qui nulla infamiæ macula notetur, an frater per querelam rumpat teſtamentum in totum, vel potius ſubſtitutus debeat ipſe in totum obtinere?

SVMMARIVM.

Inſtituta turpi perſona per fratrem, & dato illi ſubſtituto vulgari, qui nulla infamiæ macula notari valeat frater per querelam rumpere teſtamentum non poteſt, num.1.

Querela fratris eſſet eluſoria ſi totum ſubſtituto reddi debet, quod non eſt dicendum, num.2.

Vbi fratri non eſt relicta legitima, vel minus legitima per querelam fratris teſtamentum rumpitur in parte, & ſic quoad legitimam, num.3.

Theſauri opinio refertur, num.4.

Spurius ex diſpoſitione Statuti Lucenſ.c.7.l.2. conſequitur medietatem hæreditatis, vbi non adſunt filij legitimi nec maſculi, nec fæminæ, num.5.

Legitima eſt debita fratri in caſu inſtitutionis turpis perſonæ, num.6.

Legitima eſt debita fratri in caſu inſtitutionis turpis perſonæ eſt quarta hæreditatis, num.7.

A legitima debita filijs ad legitimam debitam fratri non poteſt inferri, num.8.

Teſtamentum vbi rumpitur per querelam inofficioſi res reducitur ad cauſam inteſtati, adeo vt rumpantur omnes ſubſtitutiones directæ, num.9.

Intellige verum, vbi teſtamentum rumperetur per præteritionẽ liberorum non autem, vbi rumpitur per præteritionem fratris, num.10.

Inter rupturam teſtamenti ex capite præteritionis liberorum, & rupturam teſtamenti ex capite præteritionis fratris eſt maxima differentia, num.11.

Ex diuerſis non fit illatio, num.12.

Subſtitutio facta ſpurio in caſu quo decederet in minori ætate non eſt mera pupillaris, neque mera fideicommiſſaria, ſed compendioſa verbis ſingularibus expreſſa, num.13.

Tempus pupillaris ætatis durat vſque ad decimumquartum annum in maſculo, num.14.

Tempus pubertatis incipit poſt 14. annũ in maſculo, n.15.

Subſtitutio vbi continet plura tempora compendioſa indicatur, non obſtante, quod ad aliquod certum tempus reſtricta ſit, dummodo tempus reſtrictum pupillarem excedat, num.16.

In compendioſa continetur vulgaris, num.17.

Frater præteritus, licèt poſſit querelare fratris teſtamentum, ex eo, quia frater turpem perſonam ſibi hæredem fecerit, tamen concluſio non procedit quando turpi perſonæ fuit ſubſtitutus aliquis, qui nulla infamiæ macula notari valet, num.18.

Doctores loquentes in ſubſtitutione vulgari expreſſa procedunt etiam in compendioſa facta ſpurio, num.19.

Teſtamentum quod mediante querela inofficioſi, ob inſtitutionem ſpurij irritari prætenditur à ſorore ſumit vires à ſubſtituto, qui turpis perſona non exiſtat, num.20.

Inter fratrem, & ſororem ad effectum querelandi teſtamentum de inofficioſo nulla adeſt differentia, numero 21.

Teſtamentum factum ad fauorem filij ſpurij non recipit vires à ſubſtituto, quando ſubſtitutus non eſt capax, num.22.

Pupillaris ætas ex diſpoſitione Statuti Lucenſis, augetur vſque ad 18. annum, num.23.

Contrarium tamen, num.24. & 25.

Statutum mandans nomen Tutoris durare vſque ad annum 18. non operatur vt minor iudicari debeat pupillus vſque ad annum 18. num.26.

Minor ſi poſt 14. annum cenſeri debet pupillus teſtari non poſſet, num.27.

Pupillus non habet teſtamenti factionem, num. 28.

Adulti teſtari poſſunt ex diſpoſitione Statuti Lucenſ. num. 29.

Contrarietas in ſtatutis non eſt permittenda, num. 30.

Subſtitutio vulgaris contenta in compendioſa expirat per aditionem hæreditatis factam per Tutorem, numero 31.

Vulgaris ſubſtitutio contenta in compendioſa non expirat per inualidam aditionem hæreditatis, num. 32.

Subſtitutio vulgaris contenta in compendioſa expirat per aditionem hæreditatis quando effectualiter adita hæreditas eſt, ita vt verè inſtitutus ſine moleſtia obtineat, ſecus ſi adierit & non retinet, quia à iure prohibetur, quia tunc non expirat conditio vulgaris ſubſtitutionis, num. 33.

In compendioſa non poteſt contineri vulgaris collata in tempus quod præſupponit hæreditatem eſſe hæredi acquiſitam, num. 34.

Ex verbis, Ad quem totam hæreditatem peruenire voluit, non ſequitur quod ſubſtitutio compendioſa intelligatur facta ſolum poſt emolumentum acquiſitum, num. 35.

Verba, ad quem totam hæreditatem peruenire voluit verè, & propriè important inſtitutionem hæredis, numero 36.

Inſtitutio hæredis quibuſcumque verbis concipi poteſt, num. 37.

Teſtator ſicut aliquem hæredem vniuerſalem ſimpliciter inſtituendo vult totam hæreditatem ad ipſum peruenire, ita poſt hoc poſt inſtitutionem exprimere dicendo, hæredem inſtituo talem, ad quem volo totam meam hæreditatem peruenire, num. 38.

Taciti, & expreſſi par eſt virtus, num. 39.

Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt nihil operatur, numero 40.

Subſtitutio compendioſa ſcitur poſt ſimplicem vniuerſalis hæredis inſtitutionem continet etiam vulgarem, nec locum dumtaxat habet poſt emolumentum quæſitum, ita etiam continet vulgarem vbi poſt inſtitutiones adiecta ſunt iſta verba, Ad quem totam eius hæreditatem peruenire voluit, num. 41.

Vulgaris excluditur vbi Teſtator expreſsè ſubſtituit poſt aditam hæreditatem, num. 42.

Vbi verba ſubſtitutionis compendioſæ non demonſtrant expreſsè ſubſtitutionem fuiſſe factam in caſu aditæ hæreditatis tantum, tunc ſemper pro ſubſtitutione vulgari eſt capienda interpretatio, num. 43.

Subſtitutio facta ſub conditione, quando quis decederet antequam ætatem 14. annorum complenerit, non poteſt extendi ad alium caſum videlicet quando quis non eſt mortuus ante ætatem 16. annorum, ſed eſt incapax hæreditatis, num. 44.

Subſtitutio facta ſub conditione voluntaria non extenditur de vno caſu ad alium, num. 45. declara vt numero 46.

Vulgaris ſubſtitutio facta in caſu mortis ſine filijs extenditur etiam ad caſum, in quo hæres inſtitutus non poteſt adire, vel non vult eſſe hæres ſecundum receptiſſimam ſententiam, num. 47.

Subſtitutio facta ſpurio hæredi inſtituto, caſu quo ſine filijs decedat, extenditur etiam ad caſum, quo eſſet incapax hæreditatis, num. 48.

Doctores qui in puncto decidunt negocium ſunt ſequendi, num. 49.

Conditio mortis abſque filijs appoſita ſubſtitutioni compendioſæ eſt referenda tantummodo ad fideicommiſſarium in ea comprehenſam, non autem ad vulgarem in ea pariter contentam imò vulgaris hoc caſu retinet ſuos effectus præter, et abſque eo quod à tali conditione qualificari poſſit, num. 50.

Subſtitutio facta alieni hæredi ſcripto in caſu mortis infra certum tempus abſque conditione, ſi ſine liberis verificatur in eo, qui eſt incapax, num. 51.

Paria ſunt ſuccedere non poſſe, & non eſſe in rerum natura ad effectum vt ſubſtituto hæreditas deferatur, num. 52.

Inſtitutio facta ſpurio vltra medietatem ſibi à ſtatuto conceſſam, ſicut ob ipſius incapacitatem eſt nulla, & habetur pro non ſcripta, ita parimodo pro non ſcripta haberi debet conditio illa, ſi deceſſerit infra certum tempus, num 53.

Caduca effecta inſtitutione facta de aliquo expirant etiam conditiones illi adiectæ, num. 54.

Inſtitutio quando eſt nulla ob incapacitatem hæredis, ſubſtituti admittuntur nulla habita ratione inſtitutionis, & conditionis inſtitutioni adiectæ, num. 55.

Interpretatio illa ſemper debet accipi, per quam Teſtamentum ſuſtineatur, num. 56.

Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento, & concepta per verba futuri temporis operatur, vt frater querelans teſtamentum fratris de inofficioſo teſtamento, tamquam hæres ab inteſtato eius fratris cenſeatur rogatus reſtituere hæreditatem ſubſtitutis, num. 57.

Intellige verum vbi ſubſtituti eſſent capaces, ſecus ſi incapaces, num. 58.

Hæres incapax ſicut directè hæreditatem conſequi non poteſt, ita nec indirectè per ſubſtitutum, mediante clauſula codicillari illam conſequi valet, vbi ſubſtitutus eſſet incapax, num. 59.

Clauſula codicillaris ſuſtinet teſtamentum aliàs inofficioſum, quando fuit facta ſubſtitutio vulgaris in caſu, quo inſtitutus non poſſet eſſe hæres, numero 60

Omne legis obiectum ceſſat quando eſt ſubſtituta perſona non turpis turpi perſonæ, num. 61.

Subſtitutio quæ non poteſt valere iure directo, ſtante clauſula codicillari valet in vim fideicommiſſi, numero 62.

Vulgaris ſubſtitutio tranſit in fideicommiſſariam quando conſtat de expreſſa voluntate Teſtatoris, num. 63.

Monaſterium Sancti Franciſci eſt incapax hæreditatis, num. 64.

Pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus quis decedere non poteſt, num. 65.

Fratres Sancti Franciſci, licet non ſint capaces ſucceſſionum, tamen eorum Eccleſiæ, & Monaſteria hæredes inſtitui poſſunt, num. 66.

Quando non fuit ſimpliciter inſtitutus, ſeu ſubſtitutus Conuentus Sancti Franciſci, ſed fuit inſtitutus Conuentus, vel eius protectores, quatenus inſtitutio, ſeu ſubſtitutio reſpectu Monaſterij vti incapacis non teneret, valeret tamen reſpectu ipſius Protectorum, qui non ſunt incapaces, num. 67.

In alternatiuis ſufficit vnam partem verificari, numero 68.

Stante incapacitate hæredis ſcripti, ſubſtituti capaces in totum ſuccedunt, non ſecus ac ſi à principio

cipio

Digitized by Google

*cipio ipſi inſtituti eſſent. & hoc procedit tam in ſubſti-
tutione vulgari, quam in ſubſtitutione compendioſa
facta perſonæ turpe hæredi inſtitutæ, num. 69.*

*Inter cohæredes, vel inter vulgariter ſubſtitutos portio
incapacis accreſcit cohæredi, vel alteri ſubſtituto capa-
ci, num. 70.*

*Vulgaris ſubſtitutio in compendioſa comprehenſa trahi-
tur ad vniuerſam hæreditatem, prout inſtitutio pri-
mi gradus traderetur quando Teſtator in tertia tan-
tum parte ſuæ hæreditatis, aliquem ſubſtituit nulla fa-
cta mentione de alijs ſubſtitutis, ac de alijs quotis hæ-
reditatis, num. 71.*

*Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro
parte Inteſtatus, num. 72.*

Pars teſtati trahit ſecum partem inteſtati, num. 73.

*Frater quærelans teſtamentum fratris de inofficioſo in
totum, & non reſpectu legitimæ tantum, obtinet in
legitima ſibi debita, num. 74.*

*Ab expenſis partes abſoluuntur ob articulorum difficul-
tatem, num. 75.*

*Ab expenſis partes abſoluuntur quando reformatur ſen-
tentia, num. 76.*

Expenſæ cõpenſantur, quãdo reformatur ſententia, n. 77.

DECISIO XXVI.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

HÆREDITATEM Magnifici D.
Octauii *del Giudice*, ita diuiden-
dam eſſe Iudicatum fuit, vide-
licet Medietatem totius hære-
ditatis ſpectare. & pertinere ad
Amatum filium Spurium dicti
Magnifici Octauii, ab eo hęrede
1 Inſtitutum attento quod dictus D. Octauius non
haberet filios legitimos nec maſculos, nec fœmi-
nas ita diſponente ſtatuto, *cap. 7. l. 2.* Aliam verò
partem dictæ hereditatis pro medietate ſpectare
ad ſubſtitutos dicti Amati, & pro alia medietate
ad D. Bartholomeum fratrem germanum dicti D.
Octauij, qui querelauit teſtamentũ dicti ſui fratris
de inofficioſo, Quia licet ſit valde controuerſum,
An inſtituta turpi perſona per fratrem, & dato illi
ſubſtituto vulgari, qui nulla infamiæ macula no-
tari valeat, prout euenit in caſu noſtro, frater
per querelam rumpat teſtamentum in totum, vel
potius ſubſtitutus debeat ipſe in totum obtinere,
vt videre eſt apud *Theſaurum dec.* 127. qui licet in
hoc concludat pro ſubſtituto. Tamen ne querela
2 fratris ſic omninò eluſoria, prout eſſet ſi totum ſub
ſtituto reſtitueretur, quod eſt dicendum ad tradi-
ta *per Paulum de Caſtro in l. ſi patroni §. fin. ad Tre-
bell. vbi Alex. num. 6. & 7.* Quod tali caſu ſi fratri
non eſſet relicta legitima, vel minus legitima,
prout accidit in caſu noſtro, per querelam fratris
Teſtamentum rumpatur in parte, & ſic quoad le-
3 gitimam tradit *Peregrinus de fideicomm. ar. 36. nu.
53. & ante eum clarius voluit idem Theſaurus deciſ.*
128. *nu. 11. qui licet nu.* 14. dicat, quod iſta ſint in
iure valde ſcabroſa, & propterea ſi ad has ſędãdas
controuerſias perpetua lex eſſet per Principẽ præ-
4 ſcribẽda, ipſe Principẽ conſuleret, quod propoſita
per fratrem quærela ſubſtitutus omnia deberet
habere, & legata perſoluere, tertia bonorum parte
inter fratrem querelantem, & inſtitutum hæredem
diuidenda relicta, tamen eius opinio non potuit
5 in hac parte adoptari caſui noſtro, ſtante quod
Amatus hęres inſtitutus debet habere medietatem
totius hæreditatis ex diſpoſitione ſtatuti, vt ſupra
diximus. Vnde reliquum erat, quod altera pars di-
ctæ hæreditatis diuideretur inter ſubſtitutos dicti
Amati, & d. Bartholomeum, qui querelauit teſta-
6 mentum eius fratris æquis portionibus, ſecundum
iuris diſpoſitionem, cum legitima debita fratri in
caſu inſtitutionis turpis perſonæ ad *tex. in l. fratres
C. de innofficioſo teſtamento* ſit quarta pars hæredita-
tis, prout eſt portio iſta, quam aſſignauimus dicto
7 D. Bartholomeo, vt *poſt Baldum Fulgos. Aretin. &
alios, quos allegat tradit Natta conſ. 478. nu. 6. lib. 3. vbi
num.* 11. ponit differentiam, quæ eſt inter legiti-
mam debitam filio, & legitimam debitam fratri
8 in caſu quo inſtituitur turpis perſona, & dicit quod
cum non ſit tanta ratio in legitima fratri debita
hoc caſu, quanta in legitima debita filijs, non po-
teſt de vno caſu ad alium inferri, & ſequitur *Corn.
conſ. 176. num. 3. lib. 4. Clarus in §. teſtamentum quæſt.
50. verſ. ſed quæro, poſt Afflict. deciſ. 125. nu. 2. & deciſ.
204. num. 4. cum alijs per Gabrielem conſ. 126. num.
5. & 6.*

Nec obſtat, quod vbi teſtamentum rumpitur
9 per quærelam innofficioſi reducatur ad cauſam in-
teſtati, adeo vt rumpantur omnes ſubſtitutiones
directæ iuxta Theoricam Bartoli communiter re-
ceptam in authentic. ex cauſa C. de liberis præ-
10 teritis, quia concluſio procederet, vbi teſtamen-
tum rumperetur ex cauſa præteritionis liberorum,
non autem vbi intenditur rumpi per præteritio-
nem fratris, prout hic, quia inter iſtos duos caſus
11 eſt maxima differentia, nam in primo caſu ratio
præteritionis adeo militat in terminis inſtitutio-
nis, ſicut in terminis vulgaris ſubſtitutionis, ex quo
vtroque caſu filius non poteſt dici hæres inſtitutus,
ſiue exhæredatus, prout de iure requiritur ad *tex.
in l. ſi auus, vbi DD. C. de liberis præteritis §. hoc itaque
authoritate vt fratrum filij & §. cum filius inſtit. de
de heredum qualitate, & differentia.* In ſecundo verò
caſu, quando frater eſt præteritus, ratio præteritio-
nis non æque militat in ſubſtitutione directa, prout
in inſtitutione, quia non eſt neceſſe, quod frater
hæres inſtituatur ab altero fratre, vt docet *Clar. in
§. teſtamentum d. q. 50. in princ. per l. fratres C. de in-
nofficioſo teſtamento*, & ita in terminis huic obiecto
reſpondet *Aymo conſ. 921. nu. 6. & 7.* & conſequen-
12 ter cum iſti duo caſus ſint inter ſe valdè diuerſi,
non poteſt de vno, ad alium inferri ad vulgarem l.
Papinianus ff. de minoribus. Vnde merito con-
cluſum fuit teſtamentum D. Octauij, in quo inſti-
tuit Amatum eius filium ſpurium, & illi vulgariter
ſubſtituit Monaſterium Sancti Franciſci ſiue eius
Protectores in duabus partibus & in alia tertia
parte Laurentium Cardoſi, Bernardinum Simo-
netti, & Magnificũ D. Alexandrum Marcuccium,
non potuiſſe à D. Bartholomeo eius fratre quære-
lari, niſi quoad legitimam vt diximus.

Nec dicatur quod prædicta procederent in ſub-
ſtitutione vulgari expreſſa, non autem in pupilla-
13 ri, prout hic, quia quod immò prædicta ſubſtitutio
fuerit

Digitized by Google

fuerit vulgaris,& nõ pupillaris patet,quia fuit facta
Amato,caſu quo decederet in minori ætate, quo
caſu non eſt mera pupillaris, nec mera fideicom-
14 miſſaria ſed compendioſa verbis ſingularibus ex-
preſſa, quia continet duo tempora videlicet tem-
15 pus puppillaris ætatis,quod durat vſque ad 14.an-
num,& tempus pubertatis, quod incipit poſt di-
ctum annum 14. vt habetur *in §. maſculo igitur Inſtitut. de pupillari ſubſtitutione*, cum ſimilibus. Et
16 propterea vera compendioſa appellari debet,quia
vbi ſubſtitutio continet plura tempora,tunc ea
compendioſa iudicatur, non obſtante quod ad
aliquod certum tempus reſtricta ſit, dummodo
tempus reſtrictum pupillarem excedat,prout exce-
dit in caſu noſtro, vt in puncto ex frequentiſſi-
17 ma omnium ſententia tradiderunt *Com.rr.in cap. Raynutius §. 9. num.1. verſ. ſecundum hinc deducitur & num.3. de teſtamentis Craſſus in §. ſubſtitutio quæſt.60. num.12. Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.51.num.3. & 4.* Vnde cum in compendio-
ſa contineatur vulgaris *l. Centurio vbi Bart. & alij de vulgari,& pupillari. Natta conſ.247.nu.2. Oddus de compendioſa particula 5.quæſt.1. Peregr.de fideicomm.art.34.nu.16. Honded.conſ.65.num.37.l.1. cum alijs per Laderchium conſ.3.nu.9.* neceſſariò concludi
debuit teſtamentum,de quo agitur excepta legi-
tima fratri debita in ſuo robore,eſſe non obſtante
18 quod inſtituta fuerit turpis perſona, quia licet fra-
ter præteritus poſſit querelare teſtamentum fra-
tris,ex eo,quia frater turpem perſonam hæredem
ſibi fecerit *d.l. fratres, C. de innofficioſo teſtamento & §. ſoror inſtit. eod. tit.* Tamen hoc non procedit vbi
Turpi perſonæ ſubſtitutus fuerit aliquis qui nulla
infamiæ macula notari valeat, prout contingit in
præſenti caſu,nam tunc teſtamentum ſumit vires à
ſubſtituto, & talis ſubſtitutus efficitur hæres dire-
ctus,ac ſi primo loco vocatus fuiſſet *Bartol. in leg.1. col.7.verſ. ſumus expediti de primo effectu,de vulgari, & pupill. Alex.conſ.202. num.2.3.4.& 5.l.6. Gozzadinus conſ.21.nu.19 & ſequitur Peregr.conſ.75. nu.2.*
19 *lib.5.* Qui Doctores licèt loquantur in ſubſtitutio-
ne vulgari expreſſa, procedunt tamen etiam in
compendioſa ſpurio facta, vt in puncto tradunt
poſt alios *Alex.d.conſ.202. per totum lib.6 Gozzadin. conſ.21.num.21. Gabriel conſ.104. per totum lib.1. & conſ.103. lib.2. & latè Barzius qui de comm.* & magis
communi teſtatur *in ſuo conſilio vnico impreſſo poſt*
20 *eius deciſiones à num.81. vſque ad num.92.* Et in ſpecie
vbi teſtamentum mediante querela; innofficioſè
ob inſtitutionem ſpurij irritari prætendebatur à
21 ſorore,inter quam,& fratrem ad effectum de quo
agitur nulla extat differentia, vt dicit *tex. ad literam in d.l. fratres C. de innofficioſo teſtamento*, Quòd
teſtamentum ſumat vires à ſubſtituto,qui turpis
perſona non exiſtit,ſic preciſe conſuluit *Soccinus Nepos conſ.87. num.18. 19. & 20.lib.4.& in terminis fratris Aymo conſ.898. num.10.11.& 12.cum ſimilibus ſeqq.*

22 Nec obſtat Decius conſ.561. quia loquitur in
ſimplici inſtitutione facta de filio Spurio, cui ſub-
ſtitutus capax datus non erat, & ita in terminis
longe à noſtris diuerſis,ex quo teſtamẽtum in ſuo
caſu vires ſumere non poterat à ſubſtitutione, pro-
ut à tali ſubſtitutione robur accipit teſtamen-
tum,de quo tractatur, vt firmant *Alex. Gozzadin. Gabriel Peregr. & alij ſupra adducti.*

Nec dicatur quod immo ſubſtitutio, de qua agi-
23 tur, ſit pupillaris, cum ex forma ſtatuti *lib.2. cap. 58.* pupillaris ætas duret vſque ad annum 18. iux-
ta tradita per *Craſſum in § ſubſtitutio quæſt. 21.nu.4.*
24 quia negatur,quod ex forma dicti ſtatuti ætas pu-
pillaris fuerit aucta, vſque ad annum decimum-
octauum,ſi quidem in eo ſolum tractatur de ætate
legitima ad effectum, vt poſſit quilibet de ſuis re-
bus ad libitum inter viuos diſponere, & determi-
natur quod ad hunc effectũ ætas legitima ſit anno-
rum 18. derogando in hoc iuri communi dictanti
ætatem legitimam eſſe annorum vigintiquinque
completorum. Et nunquam in dicto ſtatuto ſit
mentio de pupillari ætate,prout fuiſſet neceſſariũ
ad hoc, vt ſubſtitutio minori facta pupillaris cen-
ſeri potuiſſet vt animaduertit *Craſſus vbi ſupra* nam
non ſequitur ætas annorum 18. eſt legitima, ergo
25 ætas infra 18. annos eſt pupillaris, quia etiam
de iure comm. ætas legitima eſt annorum 25. &
tamen ætas infra dictum annum 25.non eſt pupil-
laris, ſed vſque ad annum 14. pupillaris appella-
tur,& poſt dictum annum 14. vſque ad annum 25.
Minor dicitur, vt omnibus notum eſt.

Nec obſtat quod dictum ſtatutum mãdet nomen
26 Tutoris durare vſque ad annum 18. quia hoc fa-
ctum fuit, non ad effectum vt Minor iudicari
debeat pupillus vſque ad annum 18. ſed ſolum, &
dumtaxat ad hoc vt nulla differentia extet inter
Tutorem,& Curatorem, vt clarè legitur in eodem
ſtatuto, in quo expreſsè cauetur, quod nomen Tuto-
ris,& Curatoris ſemper maneat,tam ſi minor pu-
bes factus ſit, quam ſi impubes exiſtat, & tamen
notum eſt impuberi non dari Curatorem,& ita ſu-
pradictum ſtatutum facit ſolum differentiam ver-
balem inter nomen curatoris, & nomen Tutoris,
cum vnum,cum altero confundat, non autem ef-
fectũ, per ſe patet, & probatur manifeſtiſſima ra-
27 tione, quia ſi minor poſt 14. annum cenſendus
eſſet pupillus teſtari non poſſet,ex quo pupillus te-
28 ſtamenti factionem non habet §. præterea Inſtit.
quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum,
& ſic ſtatutum prædictum eſſet de directo contra-
rium alijs ſtatutis antecedẽtibus eiuſdem *libri 2. c. 13.& cap.15.* In quibus apertè diſponitur adultos
29 teſtari poſſe, quæ contrarietas cum nõ ſit permit-
30 tenda *cap. cum expediat de elect.in 6.l. vnica C. de Innofficioſis dotibus*, meritò dictum ſtatutũ non obſtat.

Nec dicatur,quod teſtamentum non potuit ac-
31 cipere vires à ſubſtitutione vulgari contenta in
compendioſa,ex quo talis ſubſtitutio euanuit per
aditionem hæreditatis factam per Tutores dicti
Amati hæredis aſſertæ aditionis,nulla potuit ha-
beri ratio,quia fuit,perinde,ac ſi facta non fuiſſet,
& propterea ob huiuſmodi inualidam aditionem
non expirauit vulgaris ſubſtitutio in compendio-
32 ſa contenta,ſicuti ex pluribus in indiuiduo caſus
noſtri tradit *Aymo conſ.898. num.24. & 25. & latius conſ.921.à num.1. vſque ad 7.incluſiuè, & ſequitur Theſaurus d.dec.127.num.12.* vbi dicit, quod re-
gula d.l.poſt aditam procedit, quando effectuali-
33 ter adita hæreditas eſt, ita vt verè inſtitutus ſine
moleſtia obtineat,ſecus ſi adierit,& non retineat,
quia,

Digitized by Google

quia a iure prohibetur, nam tunc non expirat con-
ditio vulgaris ſubſtitutionis. Nec dicatur, quod cũ
Teſtator ſubſtituerit Amato hæredi ſcripto poſt-
quam hæreditas ei fuerit acquiſita, vt denotant il-
la verba, videlicet. Ad quem totam eius hæredita-
tẽ peruenire voluit, In tali Cõpẽdioſa ſubſtitutio-
ne cõtineri nõ poſſit vti vulgaris collata in tẽpus,
34 quod præſupponit hæreditatẽ eſſe hæredi acquiſi-
tam, vt declarat *Cephal. conſ. 49. num. 37. 38. & 39.
l. 2.* Quia negatur ſuppoſitum videlicet Quod ex
35 illis verbis, Ad quem totam hæreditatem perueni-
re voluit ſequatur, quod ſubſtitutio compendioſa
intelligatur facta ſolum poſt emolumentum quæ-
36 ſitum, ex quo præmiſſa verba nihil aliud verè, &
cum effectu ſignificant, quam Inſtitutionem hære-
37 dis, quæ inſtitutio quibuſcumque verbis concipi
poteſt, vt habetur *in l. quoniam indignum C. de teſta-
mentis, & latiſſimè proſequitur Alex. conſ. 168. num. 4.
6. & 7. l. 5. & poſt eum Illuſtr. Mantica de coniecturis
vult. volunt. lib. 4. tit. 3. num 1. cum pluribus ſeqq.* Vn-
de ex iam dictis verbis in effectu illud idem re-
plicatur, quod immediatè ſuperius dictum fuerat,
cum Amatus hæres inſtitutus fuit. Verba enim
Teſtamenti ſunt ſequẽtia: In omnibus autem alijs
&c. hæredem inſtituit Amatum, ad quem totam
eius hæreditatem peruenire voluit, Vnde fit quod
38 quemadmodum negari non poteſt, quin Teſtator
aliquem hæredem vniuerſalem ſimpliciter inſti-
tuẽdo, voluerit totam hæreditatem ad ipſum per-
uenire, ſic idem dicendum ſit, cum poſt inſtitu-
tionem iſtud expreſſit, quia taciti, & expreſſi ea-
39 dem eſt virtus, *l. cum quod ff. ſi certum petatur l. Tri-
ticum ff. de verborum oblig.* Et expreſſio eorum quæ
40 tacitè inſunt nihil operantur *l. 3. ff. de leg. 1. & l.
aliquando accidit de condit. & demonſtrat. cum ſimilibus*
41 & conſequenter ſicuti ſubſtitutio compẽdioſa, vt
dictum fuit poſt ſimplicem vniuerſalis hæredis in-
ſtitutionem cõtinet etiam vulgarem ad effectum,
de quo agitur, nec locum dumtaxat habet poſt
emolumentum quæſitum, ita etiam dicendum eſt
vbi poſt inſtitutionem prædictam adiecta eſſent
prędicta verba, Ad quem totam eius hæreditatem
peruenire voluit, prout hic iuxta præmiſſa.

Nec obſtant *Cephal. & Honded. in contrarium alle-*
42 *gati*, quia vterque eorum loquitur in terminis, in
quibus expreſsè teſtator ſubſtituerat poſt aditam
hæreditatem, quo caſu neceſſario, excluditur vul-
garis *l. poſt aditam C. de Impuber. & alijs ſubſtit.* Cu-
ius tamen contrarium in caſu propoſito verius eſ-
43 ſe ſupra oſtenſum fuit Et quod vbi Verba ſubſti-
tutionis cõpendioſæ non expreſsè demõſtrant ſub-
ſtitutionem fuiſſe factam in caſu aditæ hæreditatis
tantum, tunc pro ſubſtitutione vulgari ſit capien-
da interpetatio tradit per plures rationes per eum
adductas *Peregr. de fideicomm. art. 34. num. 16.*

44 Nec dicatur quod cum dicta ſubſtitutio facta
fuerit ſub conditione quando Amatus deceſſiſſet,
antequam ætatem annorum 16. compleuiſſet, non
poteſt extendi ad alium caſum, videlicet quando
Amatus non ſit mortuus ante ętatẽ annor. 16. ſed
ſit incapax hęreditatis, prout in caſu noſtro, vt pro
45 bat *Hõd. con. 49. n. 55. l. 2.* dũ dicit ꝙ ſubſtitutio fa-
cta ſub cõditione voluntaria nõ extenditur de vno
caſu ad aliũ, quia reſp quod aut Pars vult Honde-
deum loqui de ſubſtitutione fideicommiſſaria con-
tenta in compendioſa, aut de vulgari pariter in ea
comprehenſa. Si de fideicommiſſaria, quod ve-
rius exiſtimatur, & tranſeat pro nunc eius opinio,
46 cum de hoc in præſenti iudicio diſputari non ex-
pediat. Si de vulgari, & hoc caſu dicitur, Honde-
deum loqui contrà receptiſſimam ſententiam, quæ
47 ſe habet, quod vulgaris ſubſtitutio facta in caſu
mortis ſine filijs extenditur etiam ad caſum, in quo
hæres inſtitutus non poteſt adire, vel non vult eſſe
hæres, vt habetur *in l. fin. & ibi perſcribentes C. de
inſtitut. Bart. Bald. & alij in l. 1. de vulg. & pupillari, &
in l. Gallus §. & quid ſi tantum, de liberis & poſthumis.
Corn. conſ. 199. num. 8. l. 2. Decius conſ. 416. nu. 9 Ay-
mo conſ. 62. nu. 3. latè Decian. reſponſo 1. nu. 96. & 112.
l. 1. Surd. deciſ. 37. nu. 10. & omnium pleniſſimè Barzius
in d. ſuo vnico conſilio num. 148. cum plurib. ſeqq.* vbi
de receptiſſima opinione teſtatur, & in indiuiduo
caſus noſtri, hoc eſt in ſubſtitutione facta ſpurio
hæredi inſtituto, caſu quo ſine filijs decederet,
48 idem tradunt *Gozzadinus d. conſ. 21. nu. 19. 20. &
21. Gabriel conſ. 104. l. 1. & conſ. 103. l. 2. & Barzius in
loco ſupra allegato*, vbi de communi, & magis com-
muni, qui tres Doctores cum præſentem articulum
in indiuiduo reſoluant ad fauorem ſubſtitutorum,
iſta ſpecialis reſolutio efficit, vt eorum opinio ſe-
49 quenda ſit relictis penitus quibuſvis argumentis,
inductionibus, & generalibus concluſionibus, quæ
in contrarium adduci poſſent, vt docẽt, poſt alios,
quos allegant *Marzarius de fideicommiſſis in Epitome
q. 8 nu. 19. Becc. conſ. 2. num. 11. Borgnin. deciſ. 15. nu. 3.
& deciſ. 44. nu. 39. par. 1. cum alijs per Paſetium conſ.
120. col. 3.*

50 Pręterea animaduertendum putatum fuit, quòd
conditio mortis abſque filijs appoſita ſubſtitutioni
compendioſæ eſt referenda tantummodo ad fidei-
commiſſariam in ea comprehenſam, non autem ad
vulgarem in ea pariter contentam, immo quòd
vulgaris hoc caſu retineat ſuos effectus præter, &
abſque eo quod à tali conditione qualificari poſ-
ſit, tradit in puncto *Gabriel conſ. 101. num. 4. & 5. &
ſeq. l. 1.* vbi de veriori, & receptiori opinione te-
ſtatur *lib. 1. & poſt eum ſequitur Barzius in d. conſ. vni-
co d. nu. 166. vſque ad* 178. vbi dicit fuiſſe pluries à
Rota Romana hanc ſententiam canonizatam.

Quæ omnia certè in caſu noſtro abſque difficul-
51 tate tranſire exiſtimatum fuit, ex quo ſubſtitutio
fuit facta Amato hæredi ſcripto in caſu mortis tan-
tummodo infra 16. annum abſque illa conditione
ſine liberis, qui quidem caſus ſine dubio euenit
attenta eius incapacitate, quæ operatur, vt ſit per-
52 inde, ac ſi mortuus exiſteret, cum paria ſint ſucce-
dere non poſſe, & non eſſe in rerum natura, quo ad
hoc, vt ſequenti hæreditas deferatur *l. pater filium
ff. de inoff. teſtamento l. 2. §. ſed ſi ſint ſui, vbi Bart. ad
Trebell. cum pluribus alijs adductis in terminis noſtris per
Barzium vbi ſupra num. 127.*

53 Inſuper conſideratum fuit, quod ſicuti inſtitu-
tio dicti amati vltrà medietatem ſibi à ſtatuto con-
ceſſam, ob ipſius incapacitatem eſt nulla, & habe-
tur pro non ſcripta *l. ſi in metallum ff. de his, qui pro
non ſcriptis habentur Bald. in auth. ingreſſi num. 15. C. de
ſacroſ. Eccleſijs. Honded. conſ 68. nu. 23. l. 1. Barzius d.
conſ. vn. co nu. 88.* pari modo pro non ſcripta haberi
debet

Digitized by Google

debet conditio illa, ſi deceſſerit infra 16. annum,
eidem annexa, iuxta doctrinam Bartoli commu-
niter receptam *in l. quamdiu la 2. de acq. hæred.* quæ
54 eſt, vt caduca effecta inſtitutione facta de aliquo
expirent etiam conditiones illi adiectę, & Barto-
lum refert, & ſequitur in terminis noſtris, de com-
muni teſtando *Barz. vbi ſupra num. 151. & 152.* &
propterea non videtur quærendum nunquid con-
ditio adimpleta fuerit, nec ne, quia ſubſtituti hoc
55 caſu admittuntur nulla habita ratione inſtitutio-
nis, & conditionis prædictæ *l. 1. vbi tex. ad litteram, de his, quæ pro non ſcriptis habentur. Caſtrenſ. conſ. 152. lib. 1. & latè Barzius d. conſ. vnico num. 89. & 152. cum pluribus ſeqq.*

Et prædicta omnia eo magis procedere in præ-
56 ſenti caſu exiſtimatum fuit, cum agatur de ſubſti-
nendo teſtamento dicti Magnifici Domini Octa-
uij *per tex. in l. ſi pars ff. de inofficioſo teſtamento cap. fin. de re iudicata, & in terminis noſtris Aymo d. conſ. 921. num. 10. verſ. poſtremo.*

Amplius dictum fuit, quod quando etiā ſubſti-
tutio prædicta cēſeri poſſet fideicommiſſaria tan-
tum, adhuc tamen ſubſtituti prædicti admittendi
eſſent ad hæreditatem prædictam, & hoc vigore
clauſulæ codicillaris appoſitæ in teſtamento, de
quo agitur, & conceptæ per verba futuri temporis,
57 quæ inter alios effectus operatur, vt dictus Bartho-
lomeus actor tamquam hæres ab inteſtato d. D.
Octauii eius fratris cenſeretur rogatus reſtituere
hæreditatem ſubſtitutis prædictis ſicuti omiſſis
generalibus tradunt in indiuiduo caſus noſtri *Iaſon in d. l. fratres circa medium verſ. ſecus eſt C. de inofficioſo teſtamento Dec. conſ. 561. verſ. ſecus ſi eſſet reſtituendum, Ruin. conſ. 5. in fine verſ. & quamuis Dynus l. 3. latè Aymo conſ. 921. num. 8. & 9. Turretta de clauſulis codicillarib. quæſt. 29. per totam Simon de Pretis de Interpret. vlt. volunt. lib. 2. ſolutione 11. nu. 20. ad finem, cum alijs per Theſaurum dec. 128. num. 4. & 5. & Peregrinum de fideicommiſſis art. 36. num. 48. verſ. hæc autem ſecunda.*

Nec prædictæ concluſioni contradicunt *Gabriel de clauſulis concluſ. 7. num. 7. Iaſ. in conſ. 71. in fine l. 1.*
58 *Gozzadinus conſ. 85. num. 2. & Simon de Pretis vbi ſupra num. 20.* quia omnes loquuntur in caſu, vbi
vigore clauſulæ codicillaris prætendebatur reſti-
tutionem fieri debere turpi perſonæ hæredi ſcrip-
tæ, nō autem eius ſubſtitutis capacibus, prout hic.
Nam inter iſtos caſus eſt maxima differētia, Quia
in primo ſicut hæres incapax directè hereditatem
conſequi non poteſt, ita nec indirectè mediante
59 clauſula codicillari illam conſequi valet, ex quo
alioquin quærela inofficioſi teſtamenti ludibrio
adinuenta eſſet, quod non eſt dicendum, vt no-
tant Doctores in obiecto relati, & in ſpecie *Simon de pretis d. ſolutione 11. num. 20. circa medium, & ſequitur Decius d. conſ. 561. num. 5.*

In 2. verò caſu totum contrarium determinatur
ab omnibus ſupradictis Doctoribus adductis ad
probandam concluſionem ſuperius per nos firma-
tā, quod videlicet Clauſula codicillaris ſuſtineat
60 teſtamentū alias inofficioſum quando fuit facta
ſubſtitutio vulgaris in caſu, quo inſtitutus nō poſ-
ſet eſſe hæres, nā tūc erit locus ſubſtituto, quia ceſ-
ſat odiū turpis perſonæ à Doctorib. cōſideratum,
Ita. n. ſe reſtringit, & limitat *Paul. de Caſt. in d. l. ſi patroni §. fin. ad Trebellianum, & clarius Iaſ. in d. l. fratres, num. 5. C. de inofficioſo teſtamento, Decius d. conſ. 561. num. 5.* & ſic ſe explicat *Aymo in dicto conſ. 921. num. 9. & ſequitur Theſaurus dec. 128. nu. 4.* vbi dicit ceſ-
61 ſare omnem legis obiectum, quando ſubſtituta eſt
perſona non turpis, licèt turpi perſonæ. Nam ſub-
ſtitutio quæ non poteſt valere iure directo ſtante
62 clauſula codicillari, valet in vim fideicommiſſi.
Purpurat. conſ. 216. nu. 9. & eſt pulcherrimus tex. in l. cum quis la 37. §. ſciam ff. de leg. 3. prout illum adhoc
63 allegat *Theſaurus in d. deciſ. 128. num. 5.* vbi dicit,
non mirum eſſe vulgarem ſubſtitutionem tranſire
in fideicommiſſariam, quando conſtat de expreſſa
voluntate teſtatoris, prout hic ſicut in pulchro, &
ſimili caſu conſuluit idem *Purpuratus in conſ. 481. nu. 22. & ſicut in d. §. Sciam hanc expreſſam voluntatem teſtatoris iuriſconſultus deſiderat.*

Nec obſtat quod cum dicto Amato hæredi
ſcripto fuerit ſubſtitutus in hæreditate dicti D.
Octauij Conuentus Sancti Franciſci pro duabus ex
tribus partibus, & dictus Conuentus, ſeu Mona-
64 ſterium Sancti Franciſci ſit incapax talis ſubſtitu-
tionis *iux. Clementinam exiui de Paradiſo de verborum ſignificatione*, dictum teſtamentum ſicut non po-
teſt ſumere vires a dicta ſubſtitutione, ita nec etiā
robur accipere valeat ab alijs capacibus in alia
tertia parte ſubſtitutis, ne contingat, quem dece-
65 dere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum
contra *§. non autem vtique Inſtit. de hæredibus Inſtituendis*, Quia reſponderur pluribus modis, Primò
quod licet fratres Sancti Franciſci non ſint capa-
ces ſucceſſionum, tamen concluſio non habet lo-
cum in eorum Eccleſiijs, & Monaſterijs, quæ ſine
66 dubio hęredes inſtitui poſſunt, vt in ſpecie ſic de-
clarando dictam *clem. exiui de paradiſo, tradit Bart. in tract. minoricarum l. 1. diſtinct. 4. cap. 1. ſub nu. 18. & poſt eum Ioannes de Anania conſ. 30. & Abbas conſ. 63. num. 4. verſ. hoc etiam ſentit Bart.*

Secundò dicitur quod in dictis duabus partibus
non fuit ſubſtitutus ſimpliciter Conuentus Sancti
67 Franciſci, ſed etiam eius Protectores mediante illa
alternatiua *ò i ſuoi Protettori*, quò fit vt quatenus
etiam reſpectu Monaſterij vti incapacis ſubſtitutio
non teneret, valeret tamen reſpectu ipſius Prote-
68 ctorum, qui non ſunt incapaces, cum in alternati-
uis ſufficiat vnam partem verificari *cap. in alternatiuis, de reg. iuris in 6. l. ſi ita quis ſtipulatus fuerit de verborum oblig. & l. ſi is, qui in puteum §. hoc interdictum ff. quod vi aut clam cum ſimilibus.*

Additur prædictis quod quando etiam ſubſtitu-
tio prædicta reſpectu dicti Monaſterij, ac ſuorum
protectorum nullius eſſet roboris, adhuc teſtamen-
tum prædictum ſubſiſteret reſpectu Laurentij Car-
doſi, Bernardini Simonetti, & Magnifici D. Ale-
xandri Marcucci aliorum ſubſtitutorum in tertia
69 parte, qui ſunt capaces, quia ipſi in totū ſuccede-
rent, nam ſtante incapacitate hæredis ſcripti, eſt
perinde ac ſi primo loco hæredes inſtituti eſſent
Bartol. & alij in l. Centurio, de vulg. & pupill. cum
alijs pluribus adductis in terminis ſubſtitutionis
vulgaris in compendioſa contentæ *per Peregrinum de fideicomm. art. 15. num. 4.* Et in indiuiduo ſubſti-
tutionis compendioſæ factæ perſonæ turpi hæredi
inſtitutæ.

inſtitutę idem tradunt *Alex. conſ. 202. per totum l.
6. Gozzad. n. conſ. 21. num. 19. 20. & 21. Gabriel conſ.
104. per totum lib. 1. & conſ. 103. l. 2. cum alijs per Bar-
zium in d. ſuo conſ. vnico à nu. 81. vſque ad num 92.*
vbi de communi, & magis communi.

Proinde cum dicti ſubſtituti intrent in locum
hæredis inſtituti, ſequitur ex hoc, quod exiſtente
Monaſterio incapace tota hæreditas peruenire
debeat ad d. Laurentium Bernardinum & Ale-
70 xandrum alios ſubſtitutos, quia inter cohæredes,
vel inter vulgariter ſubſtitutos portio incapacis
accreſcit cohæredi, vel alteri ſubſtituto capaci *l.
hæredes, de hæ. edibus inſtituendis l. ſi ex pluribus de ſuis,*
& legitimis. *Alex. conſ. 26. nu. 1. lib. 1. Craſſus in §. Ius
accreſcendi q. 16. nu. 8. & q. 21. nu. 1. cum alijs per Pere-
grinum de fideicomm. art. 9. in principio.*

Quæ concluſio eſt adeo vera, vt etiam ſi D.
Octauius Teſtator dictos Laurentium Bernardi-
num, & Alexandrum in d. tertia parte tantum ſuæ
hæreditatis ſubſtituiſſet, nulla facta mentione de
71 alijs ſubſtitutis, ac de alijs quotis hæreditatis, ad-
huc talis vulgaris ſubſtitutio in compendioſa com-
prehenſa ad vniuerſam hæreditatem traheretur,
prout traheretur inſtitutio primi gradus, prout
poſt *Bartol. & alios, quos allegat plene firmat Peregrin.
de fideicommiſ. art. 24. nu.* 18. Et ratio eſt, quia teſtator
72 non poſſit pro parte decedere teſtatus, & pro par-
te inteſtatus *l. ius n. d. de reg. iuris.* Immo pars
73 teſtati trahit ſecum partem inteſtati *d. l. hære-
des vbi notatur, de hæredibus inſtituendis, cum ſimilibus.*

Nec tandem dicatur, quod D. Bartholomeus
non poſſit obtinere in præſenti iudicio, ex quo non
querelauit teſtamentum eius fratris reſpectu legiti-
74 mæ tantum, ſed in totum, Quia cum, vt vidimus,
ſibi eſſet debita legitima hoc ſufficere exiſtimaui-
mus ad effectum, vt illā obtinere valeret, ad tradi-
ta *per Alexandrum conſ. 204. nu. 7. & 7.* quæ ipſi obſer-
Exiſtimatum autem fuit bene iudicatum per d. D. Iudicem à quo etiam in illa parte, in qua condemnauit dictum Venentium ad præſtãdam fideiuſſionem, de reſtituendo dd. bona pro ſcutis 200. quatenus in alio iudicio fuiſſet per d. Vincentium melius probatum dictos ſcutos 200. fuiſſe ſolutos Paſquino auo dicti Venentij, quia fuit datus aliquis fumus, quod de dicta ſolutione conſtaret ex quodam libro, de quo non fuit ſumpta aliqua cognitio per arbitros, nec in præſenti iudicio, de hoc cognoſci poterat, cũ ageretur de exequutione lau-
8 di, & iſta exceptio requirat altiorem indaginem, quæ non ſolent admitti in exequutiuis. *Couar. pract. quæſt. c. 17. & alijs per Rotã dec. 507. n. 3. p. 1. diuerſorũ.*
9 Ambæ autem partes abſolutæ fuerunt ab expenſis propter dictum fumum ad notata *per DD. in vulgata l. properandum, §. ſin autem, C. de iudicijs.*

Laus Deo atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA DOMINICI MENICHETTI cum D. Leonardo Nardi, & Ioanne Leonardi Aromatarijs.

ARGVMENTVM.

Facultas procedendi ſummariè, & exequutiuè conceſſa Aromatarijs Ciuitatis Lucen. an reſpiciat res medicinales tantum?

SVMMARIVM.

Facultas procedendi ſummariè, & exequutiuè conceſſa aromatarijs Lucæ reſtringitur ad res medicinales tantum, num. 1.

Ratio finalis & intentio diſponentis colligitur ex proœmio, num. 2.

Illatio non fit ex diuerſis, num. 3.

DECISIO XLVI.

Dominus Illuminatio, & ſalus mea.

PRONVNCIA D. Cõſultoris, in qua mandauit procedi ad vlteriora in ſubhaſtatione nulla ex defectu iuriſdictionis iudicata fuit, quia cum res, ad quarũ ſolutionem agebatur coram d. D. Conſultore non eſſent
1 medicinales, prout patet ex liſta data, in qua ſolum continebantur infraſcripta, videlicet *Candele, Maluagia, Pepe, Gingiulena, poluere di ſucco, e Torcie.* certè D. Conſultor nõ habebat facultatum cognoſcendi circa illa, ſi quidem facultas ei ſpecialiter conceſſa ab Excellentiſſimo Senatu ad fauorem Aromatariorũ, de anno 1590. reſpicit tãtũ res medicinales, vt colligitur ex proœmio decreti Excellentiſſimi Senatus ſuper hoc emanati, dũ ibi dicitur, *Hauendo noi conſiderato, quanto ſia neceſſario alla ſalute de' corpi humani, Che li medicamenti, e medicine venghino ben vigilate,* nã ex tali præfatione clarè cognoſcitur, quod dum in c. 15. dicti decreti Excellentiſſimus Senatus conceſſit D. Cõſultori facultatem procedẽdi ſummariè, & exequutiue contra debitores aromatario-
2 rum, intellexit de rebus medicinalibus, cũ ratio finalis, & intentio diſponẽtis colligatur ex proœmio *l. fin. & ibi Bart. & alij, ff. de hæredibus inſtituendis l. 1. & ibi Bart. ff. ad S.C. Macedon. Dec. conſ. 522. col. 1. & Roland. conſ. 49. num. 43. lib. 1.* Proinde cum res, de quibus in dicta liſta non ſint medicinales, ſequitur quod D. Conſultor non habebat iuriſdictionem cognoſcendi circa illas.

Nec obſtat quod in c. 2. dicti decreti cõprehendãtur etiam Apothecę illorũ, qui vẽdunt ceras omnium qualitatũ, nec nõ illorũ, qui vẽdunt, vt vulgò dicitur, *le Drogarie in digroſſo*, quia vltra quod in proceſſu nõ fuit probata iſta qualitas, quod dicti Leonardi Nardi, & Ioãnes Leonardi Aromatarij vendant, *le Drogarie in digroſſo*, prout loquitur dictum Capitulum, Adhuc Domini cõſiderarũt, quod dictum Capitulum non loquitur de exequutione facienda pro rebus à dd. aromatarijs venditis, ſed ſolum de punitione permiſſa DD. Prouiſoribus, quando non inueniunt res prædictas eſſe mercantiles, quod cum ſit quid multum diuerſum à caſu
3 noſtro, de vno ad aliud non valet inferri *ad vulgatam l. Papinianus, ff. de minoribus, cum ſimilibus.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SPECT. COESARIS Schiattæ, cum Bernardino Mareſcanduli.

ARGVMENTVM.

Apocha priuata recognita an habeat vim publici Inſtrumenti?

G 2 SVM-

SVMMARIVM.

Apocha priuata recognita in Ciuitate Lucæ habet vim publici inſtrumenti, num. 1.
Inſtrumentum habet exequutionem paratam, num. 2.
Renuncians recurſui nullam videtur habuiſſe cauſam recurrendi, num. 3.
Nullam habens cauſam recurrendi in expenſis condemnatur, num. 4.
Renuncians recurſui ante ſententiam excuſatur à quarto pluri, num. 5.
In pœnis legalibus ſemper eſt locus pœnitentiæ ante ſententiam, num. 6.

DECISIO XLVII.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

APPROBAVIMVS ſententiam D. Iudicis, à quo, dum pronunciauit terminum decem dierum fore, & eſſe exequendum pro ſumma ſcutorũ 14. cõtra Spect. Cœſarem Schiattam ad fauorem Bernardini Mareſcandali, quia cum de credito dicti Bernardini conſtaret ex duobus apochis priuatis manu dicti Spect. Cœſaris, prout pro talibus fuit per D. Iudicem à quo mandatum habere pro recognitis *iux. formam ſtatuti c. 97. lib. 1.* & pro parte d. ſpect. Cęſaris non fuerit doctum de ſolutione, nullæ aliæ erant partes iudicis niſi exequutionem pro dicta ſumma conce-
1 dere, cum apochæ priuatæ recognitæ ex forma decreti additionalis ad d. c. 97. habeant vim publici
2 inſtrumenti, & conſequenter exequutionem paratam, *Dec. conſ. 73. num 1. Par. ſ. conſ. 121. nu. 26. & 27. lib. 1. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 85. nu 4. cum alijs per Ma-*
3 *gonium deciſ. Lucen 15. num. 19. & 31.* Et conſequenter, cum dictus Spect. Cœſar nullam haberet cauſam recurrendi à dicta pronuncia, prout etiam de-
4 monſtrauit ipſa renunciatio per ipſum facta dicto recurſui, meritò ipſum in expenſis condemnauimus *ad tex. in l. eum quem temere, ff. de iudicijs.*
5 Excuſauimus autem d. ſpect. Cæſarem à pœna quarti pluris, quia vt diximus, renunciauit recur-
6 ſui, quod facere poterat cum in pœnis legalibus ſemper ſit locus pœnitentiæ ante ſententiam, *vt latè fuit per nos dictum in deciſ. 15. num. 11. & ſeqq.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. IOSEPH FRANCISCI Bonucelli de Chà Maiori cum D. Iuliano Pauli de eodem loco.

ARGVMENTVM.

Fructuum perceptio an probetur ex poſſeſſione inducta ex locatione?

SVMMARIVM.

Ex poſſeſſione inducta ex locatione probatur fructuum perceptio, vbi alius non poſſidet, num. 1.
Ab expenſis abſoluitur, qui habebat primam ſententiam pro ſe, num. 2.

DECISIO XLVIII.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

DOMINI declarauerunt fructus liquidatos per D. Ioſeph. aſcendere ad ſummam ſextariorum duorum frumenti, & ſcutorum quindecim tantum, pro valorę foliarum gelſorum, quæ per ſpatium quatuor annorũ fuerunt à d. D. Iuliano perceptæ, quia licet teſtes deponant bona, de quib. agitur, fuiſſe locata à dicto D. Iuliano pro ſextarijs 13. frumenti ſingulo anno, & quod amplius potuerit colligere libras 2500. foliarum gelſorum, quæ pro dictis quatuor annis venundabuntur ad rationem ſcutorum quatuor pro quolibet milliario, cuius valor propterea aſcendebat ad ſummam ſcut. 40. pro toto dicto tempore. Nihilominus cum ex dictis ſextarijs 13. frumẽti eſſent detrahẽda ſextaria 12 quę ſingulo anno debebant ſolui Capitulo Chà Maioris, vt deponunt prædicti teſtes, & firmat idem Ioſeph dum ſub die 10. Aprilis 1617. in actis expreſsè declarat non prætendere niſi fructus, qui remanẽt detracto prius, quod ſoluitur, donec fuerit datum refrancum, ſeu contracambium, Certum eſt, quod ex dicto frumento non remanet, niſi vnum ſextarium quolibet anno diuidendum inter d. D. Iulianum, & R. D. Nicolaum eius fratrem, & ſic pars dicti Iuliani pro dd. quatuor annis remanet duorum ſextariorum frumenti tantum.

Quod verò ſpectat ad fructus gelſorum arbitratum fuit aſcendere ad ſummam ſcutorum 30. in totum, quia vt teſtes d. D. Iuliani deponunt de anno 1614. & 1616. foliæ gelſorum non ſolum venundatæ fuerunt viliori precio, ſed quod plus eſt quarta pars illarum generaliter vendi non potuit ob mortem vniuerſalem, vt dicitur *delli ſinigelli*, & ſic pars d. Iuliani fuit ſolum ſcutorum 15.

Nec obſtat quod teſtes non deponant quod interuenerint recollectioni foliarum factæ à d. D. Iuliano, quia ſat eſt, quod deponant de quantitate foliarum, & illarum valore, & quod dictus D. Iulianus locauit dd. bona, quia ex poſſeſſione dicti
1 D. Iuliani inducta ex locatione per ipſum facta probatur fructuum perceptio, vbi alius non poſſidet prout hic *Cotta dict. ſ. 54. incipit Cremonen. penſionis.*
2 Dictum autem D. Iulianum ab expenſis abſoluimus, quia habebat ſententiam pro ſe, *Rota deciſ. 251. alias 10. de dolo & contumacia in nouis.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA TVTORVM VENENTII Micheletti cum Nicolao ....

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum, an & ex quibus cauſis concedatur minori aduerſus ſententiam, quæ tranſitum fecit in iudicatum?

SVMMARIVM.

Sententia à qua non fuit appellatum tranſit in iudicatum, num. 1.

Merus exequutor nihil decidere, aut determinare poteſt, num. 2.

Merus exequutor debet conſumare exequutionem iam conceſſam, num. 3.

Merus exequutor facti non poteſt aliquam partis exceptionem admittere, num. 4.

Beneficio inuentarij non poteſt quis vti niſi declaret quod velit ſoluere debita patris de bonis hereditarijs, nu. 5.

In iudicio inſoluti non poteſt cognoſci de iniuſtitia ſententia, num. 6.

Reſtitutio in integrum non poteſt peti à minore in Iudicio inſoluti contra ſententiam, quæ tranſitum fecit in iudicatum, ſed debet peti in alio iudicio ordinario, num. 7.

Reſtitutio in integrum non conceditur minori aduerſus ſententiam, niſi probet ex ea fuiſſe læſum, num. 8.

Minor qui non appellauit in tempore à ſententia, non reſtituitur aduerſus ipſum temporis lapſum, & ſententiam, niſi doceat de læſione, & quod habeat tale quid propter quod in cauſa appellationis poſſit obtinere, n. 9.

Minor reſtituitur aduerſus ſententiam vna de duabus cauſis, vel quia probationes omiſit, vel quia ex iniquitate ſententia fuit læſus, num. 10.

Inuentarij exceptio non debet attendi à Iudice vbi cognoſcit illud non eſſe legitimæ factum, vel adeſſe aliquam aliam cauſam ob quam hæres non gaudeat beneficio inuentarij, num. 11.

Sententia ſemper præſumitur iuſta, & data ex ea cauſa, ex qua de iure dari potuit, num. 12.

Habens primam ſententiam pro ſe excuſatur ab expenſis, num. 13.

DECISIO XLIX.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

CAPITVLA producta pro parte
tutorum Venētij Micheletti mi-
noris, ad probandum, quod di-
ctus Venentius ſit filius, & hæres
cum beneficio legis & Inuenta-
rij alterius Venentij Micheletti
q. eius Patris non debuiſſe ad-
mitti per D. Iudicem à quo exiſtimatum fuit, Quia
cum ageretur coram eo, de concedendo præcepto
cuique nuncio de immittẽdo D. Nicolaum in poſ-
ſeſſionem tertiæ partis petiæ Terræ d. Venentij, quæ
ei iam fuerat per d. D. Iudicem in ſolutum aſſigna-
ta vigore exequutionis contra eius bona relaxatæ,
1 quæ iam ob non interpoſitam appellationem fece-
rat tranſitum in iudicatum *l. 1. C. de appellat. cum
ſimilibus* D. Iudex à quo ſuper admiſſione dd. arti-
2 culorum nihil decidere, aut determinare poterat,
cum eſſet in hac cauſa merus exequutor, *Bart. Imo-
la & alij in l. à D. uo pio in princ. ff. de re iudicata. Gloſ. in
c. paſtoralis, §. quia verò in verſ. ſiat de off. deleg.*
Sed facto ipſo, & mediante datione inſolutum
3 conſumere debebat exequutionem iam conceſſam
contra bona dicti Venentij, concedendo dictum
præceptum de immittendo d. D. Nicolaum in poſ-
ſeſſionem dictæ tertiæ partis dictæ petiæ Terræ ad
tradita *per Surd. conſ. 301. n. 68. & conſ. 334. nu. 3. l. 3.*
4 Nam Merus exequutor facti nõ poteſt aliquam
partis exceptionem admittere, ſeu attendere, ſed
nudam facti exequutionem concedere debet, *Bart.
in l. à Diuo pio, nu. 10. vbi Imol. in nu. 3. ver. circa aliud,
ff. de re iudicata, cum alijs per Surd. conſ. 334. nu. 4. lib. 3.*
Maximè cum dictus Venentius non poſſet vti aſ-
5 ſerto beneficio inuentarij cum non declarauerit
quod vellet ſoluere creditum Maccioni de bonis
remanſis in hæreditate ſui patris *ad formam c. 13.
ſtatuti lib. 1. In verſ. caterum.*
Nec obſtare putauimus, quod dicebatur ſen-
6 tentiam, quæ reijcit exceptionem inuentarij eſſe
iniuſtam, quia de tali prætenſa iniuſtitia cognoſci
non poteſt in præſenti Iudicio inſoluti.
Sed neceſſarium eſt quod in alio iudicio ordi-
7 nario iſte minor petat reſtitutionem in integrum
contra dictam ſententiam, quæ tranſitum fecit in
iudicatum, & læſionem probet, ſine qua iſto etiam
8 caſu reſtitutio non conceditur, vt docet *Bartol. in
l. nam & poſtea, § ſi minor, ff. de iureiurando,* vbi con-
cludit quod ſi minor non appellauit in tempore à
9 ſententia, non reſtituitur aduerſus ipſum temporis
lapſum, & ſententiam, niſi doceat de læſione, vide-
licet quod habeat tale quid propter quod in cau-
ſa appellationis poſſet obtinere, *& Bartolum ſequuti
ſunt comm. DD. vt probant Roland. conſ. 10. num. 15.
verſ. 6. in terminis l. 4. & Natta conſ. 343. per totum.*
Reſtituitur enim minor aduerſus ſentẽtiam vna
de duabus cauſis, vel quia probationes omiſit,
10 quas ſi feciſſet tempore ſuo, ſententiam reportaſ-
ſet pro ſe, vel quia ex iniquitate ſententiæ dicitur
læſus vt notat *Natta conſ. 524. num. 12. & conſil. ſeq.
num. 11. Odd. de reſtitut. in integrum q. 22. art. 1. num. 6.*
Accedat prædictis, quòd cum potuerit eſſe, quod
D. Iudex, coram quo fuit petita exequutio non ad-
11 miſerit beneficium inuentarij ex quo videret illud
non eſſe legitimè factum, vel aliqua alia de cauſa,
ob quam hæres non fruitur dicto beneficio tam ex
diſpoſitione iuris communis, *vt per Hondedeum conſ.
34. nu. 9. & ſeq. lib. 1. quam ex diſpoſitione ſtatuti c. 14.
l. 2.* adhuc non poteſt dici conſtare de iniuſtitia di-
ctæ exequutionis, cum in dubio ſit ſemper præſu-
mendũ, quod ipſa fuerit iuſta, & data ex ea cauſa,
ex qua de iure dari poteſt *Surd. conſ. 64. nu. 14. lib. 1.*
Et hæc quoad capitula.
Quo vero ad præceptum, quòd pro parte dicti
Nicolai prætenditur cõmitti cuicunque nuncio de
immittẽdo ipſum in poſſeſſionẽ dictæ tertiæ partis
dictæ periæ Terræ, de qua in actis nõ videtur illud ei
poſſe aliquo pacto denegari, quia cũ fuerit eidem
iam conceſſa exequutio contra dictũ Venẽtium, &
eius bona. & prædicta petia Terræ fuerit illi in ſo-
lutum aſſignata nullæ aliæ erant partes noſtræ,
ſtante æſtimatione de illa facta, niſi committere
præceptum cuilibet nũcio, de immittendo dictum

Nicolaum in poſſeſſ. dictæ tertiæ partis dictæ petiæ Terræ, prout vnanimi voto commiſimus.

Dictum autem Veneutium ab expenſis abſoluimus, quia habebat ſententiam pro ſe ad tradita per *Rotam dec. 770. par. 1, diuerſorum*.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA MAGN. D. PAVLI GREgorij cum ſpect. Antonio Baſcio, & Egregio Ser Horatio Donati eius tutore.

ARGVMENTVM.

Præceptum de dimittendo an concedatur locatori contra conductorem durante locatione, ſi locator indigeat re conducta pro proprio vſu?

SVMMARIVM.

Præceptum de dimittendo conceditur locatori contra conductorem etiam durante locatione, quando locator indiget re conducta pro proprio vſu, nu. 1.

Cauſa non dicitur amplius rotalis quando pendente recurſu ſunt porrectæ preces Excellentiſſimo conſilio: & ſubtus illis eſt per Excellentiſſimos Dominos Antianos reſcriptum, quod ponantur in Excellentiſſimo Conſilio, num. 2.

Recurſus interpoſitus coram Rota, poteſt proſequi coram eam Rota, quando precibus porrectis Excellentiſſimo Conſilio pendente recurſu fuit renunciatū, n. 3.

Reſcriptum impetrans in priuatam ſui vtilitatem ante citationem aduerſarij, poteſt pœnitere, & eo non vti, num. 4.

Reſcripto à me impetrato non poteſt meus aduerſarius, me inuito vti quando ante citationem de meo aduerſario factam illud obtinere pœnitui, num. 5.

In expenſis condemnatur qui nullam habuit cauſam recurrendi, num 6.

DECISIO L.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

DICTVM fuit per Dominos bene iudicatum per D. Iudicem à quo, dum confirmauit præceptum de dimittendo ſolarium Domus, de qua agitur, cū omnibus ſuis pertinentiis, & malè recurſum per Magnificum D. Paulum Gregorij, quia cū ſpectabilis Antonius vellet dictum ſolarium pro ſuo
1 vſu, Iudex tenebatur cōcedere dictum præceptum tam ex diſpoſitione ſtatuti 103. l. 2. quam ex diſpoſitione Iuris communis *ad tex. in l. eadem C. locati & Gabrielem de locato concluſ. me 3. lib. 3.* quæ iura procedunt in fortiori caſu nempe durante adhuc locatione. Vnde cum in caſu noſtro ſit iam finita locatio, cum fuerit facta per annum, & inceperit ſub die 1. Octobris 1615. multo magis licuit dicto ſpect. Antonio finito d. tempore recedere à dicta locatione, pro eius vſu, & neceſſitate.

2 Nec obſtat, quod cum pendente Recurſu Tutor dicti ſpect. Antonij porrexerit ſuper hoc preces ex cellentiſſimo conſilio & fuerit ſubtus illas per excellentiſſimos DD. Antianos reſcriptum quod ponerentur in Excellentiſſimo Conſilio, non poterat amplius dicta cauſa cognoſci per DD. de Rota,
3 quia reſpondetur, quod cum antequam dictæ preces eſſent peruentę ad Excellentiſſimum Conſiliū, illis fuerit renunciatum, ſatis dictus ſpect. Antonius, & eius Tutor potuerunt proſequi recurſum
4 ab ipſis intentatum coram Rota, cum non ſit nouum Impetrantem, reſcriptum in priuatam ſui vtilitatem poſſe ante citationem aduerſarii pœni-
5 tere, & eo nō vti, prout nec eo vti poteſt eius aduerſarius eo inuito, vt tradunt *Hoſt. in cap. ex queſtione col. 2. in princ. verſ. tutiero dicas, de reſtit. ſpol. quem ſequuntur ibi Imola num. 9. Butr. num. 12. Anchar. num. 8. Abb. num. 10. Iaſon in l. 30. in princ. num. 12. ff. quod quiſque Iuris*, & fuit dictum in Salamantina penſionis 13. Ianuarii 1584. coram Illuſtriſſimo Bubalo vbi dicitur concluſionem procedere etiam vbi reſcriptum concerneret fauorem tertii.

6 Atque cum ex his clarè appareat, d. Magnificum D. Paulum Gregorii nullam habuiſſe cauſam recurrendi, merito ipſum etiam in expenſis condemnauimus, *ad tex. in l. eum quem temere ff. de Iudicijs cum ſimilibus*.

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SPECTABILIS PETRI ROcellæ cum Spect. Laurentio Canamo.

ARGVMENTVM.

Pœnitentiæ an ſit locus in contractibus ante inſtrumenti celebrationem, quando fuit cōuentum quod celebraretur inſtrumentum?

SVMMARIVM.

Vbi ſtatutum requirit publicum Inſtrumentum ſi de conuentione non conſtet per publicum Inſtrumentum nulla ex tali conuentione dicitur orta obligatio, numero 1.

Vbi non adeſt obligatio, ibi nec vlla exequutio concedi poteſt, num. 2.

Pœnitentiæ eſt locus in contractibus, ante celebrationem Inſtrumenti quando fuit conuentum, quod celebraretur publicum inſtrumentum, num. 3.

Pœna ſuccedit in locum obſeruantiæ maxime quando pœna apponitur pro obſeruantia contractus num. 4. declara vt num. 73.

Conſuetudo & ſtylus eſt attendendus, quando contrahentes contrahunt iuxta aliquam conſuetudinem, & ſtylum, num. 5.

Nulla

Digitized by Google

Nulla eſt maior iuſtitia quam conuentiones, & pacta ſeruare, num. 6.

Contractus legem accipiunt à conuentione partium, nu. 7.

Contractus ſicut ab initio ſunt voluntatis, ita ex poſt facto ſunt neceſſitatis, num. 8.

Statutum Gabellæ Lucenſis annullat contractus aliter factos, quam per inſtrumentum publicum, num. 9.

Verba annullatiua actus important clauſulam irritantem, num. 10.

Clauſula irritans annullat ipſo iure actus in contrarium factos, num. 11.

Statutum Gabellæ Lucenſ. loquitur de illis venditionibus, de quibus tempore earum celebrationum poteſt ſolui Gabella, & vt perfectæ ſuum ſtatim ſortiantur effectum, num. 12.

Tenor Rubricæ plurimum deſeruit ad interpretationem ſtatutorum, num. 13.

Venditio facta pro pretio taxando non dicitur pura, ſed conditionalis, num. 14.

Gabella de contractu conditionali non poteſt ſolui, niſi purificata conditione, num. 15.

Statutum Gabellæ Lucenſis, requirens quod venditiones & alienationes fiant per inſtrumentum publicum, non procedit in venditionibus & alienationibus factis pro pretio taxando, & ſic in venditionibus & contractibus conditionalibus, num. 16.

Vna pars ſtatuti aliam non declarat in diuerſis diſpoſitionibus, num. 17.

Declara vt, num. 18. & ſeq.

Præcedentia declarat ſequentia, num. 18.

Sequentia declarant præcedentia, num. 19.

Media participant de extremis, & cenſentur eiuſdem naturæ, num. 20.

Statuti vna pars declarat alteram partem ab ea ſeparatam, num. 21.

Statutum vnum ab altero omninò ſeparatum interpretationem recipit, num. 22.

Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda, etiam ſi in vno caſu vigeat maior ratio, quam in alio, num. 23. & 24.

Statutum Gabellæ Lucenſ. licet ex pluribus rationibus potuerit moueri ad ordinandum quod contractus venditionum, & alienationum fierent per publicum inſtrumentum tamen finalis ratio fuit illa vt Gabella facilius ac citius exigi poſſet, num. 25.

Vbi viget eadem ratio ibi idem ius eſſe debet, num. 26.

Lex generalis reſtringitur, & limitatur à ratione finali, num. 27.

Ratio finalis moderatur diſpoſitiones ſicut habena equum & gubernacula nauem, num. 28.

Argumentum deſumptum à ratione ſtatuti non poteſt derogare claræ diſpoſitioni ſtatuti, num. 29.

Intellige procedere forſan in ratione præſumpta, ſecus in expreſſa, num. 30.

Expreſſum eſt longe potentius tacito, ac præſumpto, num. 31.

Ratio & mens ſtatuentium eſt ſequenda, etiam ſi verba repugnent, num. 32.

Ex qualitate pœnæ appoſita declaratur in quibus terminis procedat diſpoſitio pœnalis, num. 33.

Diſpoſitio pœnalis non habet locum in caſu, in quo pœna applicari non poteſt, num. 34.

Ceſſante cauſa ſtatuti ceſſat illius diſpoſitio, num. 35.

Statutum quod contractus non valeat niſi fuerit celebratus per publicum inſtrumentum non habet locum quando vigore ſcripturæ priuatæ agitur adhoc, vt iuxta conuenta in executionem eiuſdem ſtatuti de contractu fiat inſtrumentum, num. 36.

Maximè ſi ab initio, & in limine contractus actum fuiſſet quod publicum conficeretur inſtrumentum, num. 37.

Statutum vbi duo requirit non ſufficit alterum interuenire, num. 38.

Statutum requirens quod contractus omnes denuncientur officiali Gabellæ, cum comminatione, quod alias contractus ſint nulli, non annullat contractus, pro quibus tempore illius celebrationis non poteſt ſolui Gabella, ſed ſat eſt denunciationem fieri eo tempore, quo Gabella eſt ſoluenda, num. 39.

Scriptura priuata recognita habet vim publici inſtrumenti, num. 40.

Illud dicitur conſtare per publicum inſtrumentum, quod fuit conuentum in publico inſtrumento firmum remanere, num. 41.

Relatum dicitur eſſe in referente propriè, & verè, nu. 42.

Non debet quis ex ſua mora & contumacia commodum reportare, num. 43.

Conditio habetur pro impleta quando ſtat per eum ne impleatur, cuius intereſt non impleri, num. 44.

Impugnari non poteſt quod ſemel fuit approbatum nu. 45.

Proteſtatio contraria facto non releuat, num. 46.

Non eſt in poteſtate contrahentium facere quod in eorum contractibus leges, & ſtatuta locum non habeant, num. 47.

Contrahentes licet non poſſint facere quod leges & ſtatuta in eorum contractibus locum non habeant, poſſunt tamen reſpectu eorum intereſſe contractus etiam nullos approbare, ita vt ſequuta approbatione non valeant amplius eos improbare, num. 48.

Maximè vbi contractus eſſent validi, num. 49.

Contractus nullus ob inobſeruantiam ſtatuti Gabellæ non poteſt poſt illius approbationem amplius impugnari, num. 50.

Actus etiam contra legem nulli, reputantur tamen validi in odium facientis, num. 51.

Pœnitentiæ eſt locus etiam parte inuita, ante quam contractus ſit redactus in publicum inſtrumentum, ſi contrahentes conuenerint conuenta inter ipſos eſſe redigenda in inſtrumentum publicum, num. 52.

Intellige primò vbi partes apertè conuenerunt, quod contractus aliter non valeret, num. 53.

Intellige ſecundò vbi ageretur de contractu qui de ſui natura ſcripturam requireret, num. 54.

Venditionis contractus non requirit ſcripturam, ſed ſolo conſenſu perficitur, num. 55.

Paulus de Caſtro in l. contractus nu. 9. C. de fide inſtrumentorum loquitur in caſu, in quo inter partes fuit conuentum quod totus tenor ſcripti priuati reduceretur in publicum inſtrumentum, num. 56.

Ex diuerſis non fit illatio, num. 57.

Conditio ante illius exiſtentiam nihil ponit in eſſe, nu. 58.

Venditio conditionalis licet vſque ad purificationem conditionis non videatur perfecta nihilominus pœnitentiam non admittit, num. 59.

Promiſſio de vendendo eſt tantæ efficaciæ, vt pœnitentiæ locus eſſe non poſſit, num. 60.

In contractibus innominatis eſt locus pœnitentiæ, nu. 61.

Fallit, quando contractus innominatus ordinatur ad nominatum, num. 62.

Fallit

Fallit 2. quãdo in contractu innominato interuenit ſtipulatio, num. 63.

Stipulatio reſultat ex verbo promitto, nu. 64.

In contractibus innominatis vni ex contrahentibus tunc demum licet pænitere, quando alter non obſeruauit ex parte ſua, num. 65.

Cæterum ſi alter ex contrahentibus obſeruaret promiſſa per eum, quia alter pænitere non poſſet, num. 66.

Pænitentiæ an ſit vel non ſit locus ante celebrationem Inſtrumenti pendet à voluntate partium, prout ſcilicet vnius vel alterius Intentionis fuerint & tempore, quo conuentio inter ipſos firmata fuit, numero 67.

Conſenſus & placitus contrahentium obſeruari debet, num 68.

Incluſio vnius eſt excluſio alterius, num. 69.

Exceptio in vno firmat regulam in contrarium in aliis, num. 70.

Pæna ſuccedit loco intereſſe, num. 71.

Maximè vbi apponitur pro obſeruantia contractus, numero 72.

Nouatio non fit per ſubſequentem ſtipulationem pænalem in contractibus onerosis, num. 73.

Nouatio hodie non inducitur, niſi inter partes hoc fuerit expreſſe actum, num. 74.

Etiam in ſtipulatione pænali, num. 75.

Pæna cenſetur appoſita ad maiorem corroborationem, & cautelam obligationis, nu. 76.

Nouatio præcedentis promiſſionis nũquam fit ex eo, quod poſtea fuerit conuentum pro eiuſdem implemento, ſeu perfectione, num. 77.

Pæna cenſetur appoſita fauore vtriuſque partis. Contrarium, nu. 78. & 80.

Vbi pæna eſt appoſita fauore vtriuſque partis cenſetur per appoſitionem pænæ Inducta nouatio, numero 79.

Pæna non poteſt cenſeri appoſita fauore moroſi, numero 80.

Mora fauorem non meretur, ſed odium, num. 81.

Pactum appoſitum ratione moræ intelligitur appoſitum fauore creditoris, non autem debitoris moroſi, numero 82.

Pæna non poteſt continere fauorem illius qui in eã poteſt incidere, num. 83.

Mora eſt ſui natura malum ac delictum, num. 84.

Ex mora non poteſt conſequi præmium, num. 85.

Pæna ad punitionem, & non ad præmium tendit, numero 86.

Nouatio non cenſetur Inducta ex appoſitione pænæ, numero 87.

Pæna ſemper videtur appoſita fauore creditoris & non vt neceſſitet eum ad petitionem pænæ, nu. 88.

Datio in ſolutum facta de aliqua re poſt principalem obligationem, nouat principalem obligationem, numero 89.

Nouatio non inducitur vbi in ſecunda ſtipulatione continetur pæna, num. 90.

Datio in ſolutum, ſi eſſet facta in pænam debitoris non induceret nouationem, num. 91.

Pæna cenſetur appoſita fauore vnius tãtum, & in odium vnius tantum, num. 92.

Maximè vbi pænæ expreſſe facta eſt mentio, numero 93.

Creditor paratus obſeruare contractum poteſt renunciare pænæ ad eius fauorem appoſitæ, & velle quod vẽditio perficiatur non obſtante oblatione pænæ, num. 94. & 95.

Nouatio per appoſitionem pænæ in contractibus non fit niſi volente creditore, num 96.

Pæna in contractibus vltro citroque obligatorijs cenſetur appoſita fauore vtriuſque partis, num. 97.

Pæna ex eius natura cenſetur appoſita ad fauorem obſeruantis, & in odium contumacis, num. 98.

Inductiones, & argumenta ceſſant vbi habetur doctrina in terminis, num. 99.

Pænæ adiectio refertur ad vtrumque ex contrahentibus, ex quo tam vnus, quam alter poteſt ex ſui parte implere vel non implere, num. 100.

Quando emptor, & venditor poſſunt ex diuerſis cauſis in pænam incidere ob promiſſa non ſeruata pæna ſimpliciter appoſita debet ſubintelligi clauſula ſingula ſingulis congrue referendo, num. 101.

Aliud eſt conſiderare pænam ab initio dum imponitur. Aliud verò poſtquam eſt commiſſa nam primo caſu pæna poteſt dici appoſita fauore, & odio vtriuſque ſecundo verò caſu ad fauorem ſolius obſeruantis, & in odium ſolius contumacis, num. 102.

Ad effectum inducendæ nouationis non eſt conſideranda impoſitio pænæ, ſed eius commiſſio, num. 103.

Ripa in l. ita ſtipulatus nu. 64. in 3 membro ff. de verborum oblig. declaratur & late ſupra à nu. 78. per plures numeros, num. 104.

Vtilitas nulla conſiderari poteſt, vbi aliquid ſoluitur abſque aliqua recompenſatione, num. 105.

Euentus non eſt conſiderandus, ſed quæ fuit intentio partium tempore contractus, num. 106.

Status præſens eſt attendendus, num. 107.

Partium intentio fuit apponere pænam in odium moroſi, vbi fuit conuentum quod pæna eſſet ſoluenda à parte deficiente parti obſeruanti, num. 108.

Nouatio ſi induceretur ad voluntatem debitoris quoties eum contraxiſſe pæniteret, & potius eligeret pænam ſoluere, quam contractum implere, nunquam haberet locum concluſio Bartoli, quam commu. DD. ſequuntur, quod nempe pænæ adiectio poſt principalem obligationem oneroſam nouationem non inducat, prout etiam falſa eſſet regula Baldi in rubr. C. de his quæ pænæ nomine num. 33. poſt principium dicendo, quod in contractibus per appoſitionem pænæ non fit nouatio, niſi volente creditore, num. 109.

Nouatio inducitur ex coniecturis, num. 110.

Nouatio inducitur ex incompatibilitate actus, num. 111.

Pæna ſubrogatur in locum obſeruantiæ contractus, num. 112.

Quando partes de tempore contractus habuerunt potius affectionem ad ipſummet contractum, quam ad exactionem pænæ nunquam cenſetur facta nouatio, ſed potius videtur corroborata promiſſio, num. 113.

Incompatibilitas, quæ conſiderari poſſit inter pænam, & obſeruantiam contractus, ſolum conſiderari poſſit poſt exactionem, vt nempe venditor poſtquam pænam, vel pretium exegit non poſſit aliud etiam conſequi, non autem ante exactionem videlicet ad effectum ne venditor poſſit horum alterum eligere, num. 114.

Nouatio vt inducatur ex coniecturis coniecturæ debent eſſe claræ & manifeſtæ, num. 115.

Quando tam pretium quam pæna ſunt in obligatione & ſolutione, electio eſt debitoris, num. 116.

Intelige

Digitized by Google

Intellige primò verum vbi vtrumque ab initio eſt in obligatione, & ſolutione, non autem vbi alterum eſt in obligatione, & alterum in conditione, videlicet poſt eius euentum remanet in obligatione, num. 117.

Intellige ſecundo procedere vbi vtraque obligatio eſſet æque principalis, non autem vbi altera eſt pænalis, & acceſſoria, num. 118.

Pœna appoſita in contractu non poteſt intelligi appoſita fauore vtriuſque ſed tantum ad fauorem creditoris & in odium debitoris, qui defecit implere pro parte ſua, quando contrahentes conuenerunt, quod ſi debitor non ſolueret in certo tempore eſſet in facultate creditoris recedere à contractu, vel cogere debitorem ad ſoluendum precium, num. 119.

Et tali caſu ex adiectione pœnæ facta pro obſeruantia omnium præmiſſorum non cenſetur inducta nouatio. num. 120.

Generalis prouiſio non refertur ad ſpecialiter diſpoſita nec eis derogat, num. 121.

Nouatio locum non habet vbi eſt actum quod prior obligatio duret, num. 122.

Pœna non eſt propriè pœna ſed aſſumit naturam intereſſe vbi apponitur pro expenſis, & intereſſe, num. 123.

Et tali caſu nouatio cenſetur facilius inducta, num. 124. ſed quod.

Nouatio non cenſetur inducta in contractibus onerosis etiam quando ſtipulatio pœnalis fuit appoſita pro totali intereſſe, num. 125.

Recurſus ſimplex ex eiſdem actis factis coram iudice à quo iuſtificari, & cognoſci debet, num. 126.

Nulla eſt maior iuſtitia, quam pacta ſeruare, num. 127.

Conſuetudinem ad probandam requiruntur plura, num. 128.

Conſuetudinis probatio difficillima reputatur, num. 129.

Conſuetudo vt ſit probata teſtes debent de ea deponere in ſpecie, & non in genere, num. 130.

Conſuetudo vt ſit probata teſtes debent probare tempus locum, & inter quos fuit ſeruata, num. 131.

Conſuetudo vt probetur teſtes debent deponere de conſuetudine in indiuiduo caſus, de quo agitur, num. 132.

Quando inter partes fuit conuentum, quod ſi debitor non ſolueret in certo tempore, eſſet in facultate creditoris recedere à contractu, aut eo firmo manente cogere debitorem ad ſolutionem, eſt idem ac ſi fuiſſet facta promiſſio ſub pœna cum clauſula rato manente pacto, num. 133.

Promiſſio facta ſub fide habet vim iuramenti, nu. 134.

Promiſſio facta ſub fide, idem importat quod clauſula rato manente pacto, num. 135.

Conſuetudo debet probari in indiuiduo caſus, de quo agitur, num. 136.

Conſuetudo tantum habet potentiæ quantum actus, & non vltra, num. 137.

Conſuetudo non extenditur de vno caſu ad alium, nu. 138.

Conſuetudo debet probari in eadem facti ſpecie concurrentibus eiſdem qualitatibus de quibus in facto controuerſo, num. 139.

Conſuetudo vbi prætenditur induci ex actibus interpolatis teſtes vt probent illam deponere debent de tempore immemorabili, num. 140.

Conſuetudo vt probetur inducta ex actibus teſtes debent deponere dictos actus factos fuiſſe iure conſuetudinis & eo animo, & intentione vt conſuetudo induceretur, num. 141.

Iure conſuetudinis non dicitur aliquid factum vel non factum vbi facere, vel non facere conſiſtebat in arbitrio agentis, vel non agentis, nu. 142.

Conſuetudo non faciendi non inducitur per abſtinentiam ab actu quem quis ad libitum poteſt facere vel non facere, num. 143.

In iuribus negatiuis ſemper actus præſumuntur fieri Iure facultatis, num. 144.

Ad inducendam conſuetudinem ex actibus negatiuis requiritur extraiudicialis contradictio, num. 145.

In facultatiuis ex non facto non inducitur conſuetudo niſi quoad illum actum, non autem conſtituitur ſtatus Quoad ius non faciendi in futurum, num. 146.

Contradictio extraiudicialis requiritur vbi agitur de inducenda conſuetudine iuri contraria, num. 147.

Communis opinio habetur pro lege, maximè ſi ſit fundata in aliquo tex. num. 148.

Communis opinio venit appellatione legis in diſpoſitione de lege loquente, num. 149.

Contradictio extraiudicialis ſicut requiritur vbi agitur de inducenda conſuetudine derogatoria legis, ita etiam requiritur vbi agitur de inducendæ conſuetudine communi opinioni contraria, num. 150.

Legi non derogatur per non vſum, ſed per contrarium vſum, num. 151.

Contradictio non requiritur. Ad inducendam conſuetudinem in actibus negatiuis, & facultatiuis, num. 152.

Intellige quando conſuetudo induceretur à populo vel maiori parte illius, qui habet facultatum legis condendæ, ſecus ſi induceretur à particularibus perſonis, num. 153.

Conſuetudo in his, quæ ſunt facultatis ſeu pendent ex arbitrio, & poteſtate agentium, ex actibus voluntarijs ſolum non inducitur, num. 154.

Si duo Molendina, ſeu furni extent in loco, & non modo particulares ſed etiam populus ipſe pro maiori parte vno dumtaxat ex eis aſſidue per longiſſimum temporis ſpaciũ vſus fuerit, non propterea ex huiuſmodi vſu, ſeu conſuetudine altero non vtendi inducitur neceſſitas, ſeu reſtrictio liberè poteſtatis eiuſdem populi, vel particularium, quin poſſent pro libito eorum voluntatis vti altero Furno, ſeu Molendino, num. 155.

Conſuetudo non faciendi non inducitur ex eo, quod quis non fuerit vſus facultate ſibi conceſſa, num. 156.

Conſuetudo non inducitur ſine actibus poſitiuis, ſed multiplicitas actuum in ea inducenda deſideratur, numero 157.

Ex diuturna non ſolutione collectæ non inducitur libertas non ſoluendi niſi probetur requiſitio, & denegatio reſpectiue 158.

Aymo conſ. 111. reprobatur, num. 159.

Licet plures Mercatores per longum temporis ſpacium abſtinuerint à prætẽdẽda obſeruantia cõtractus, & pœnam receperint, non tamen ex hoc libera poteſtas ipſorum, ſeu aliorum reſtricta fuit, quominus ad libitum poſſent quocumque tempore in caſibus occurrentibus vti facultatem ſibi à iure conceſſa, ac malle potius cõtractus obſeruantiam, quam ſolutionem pœnæ. nu. 160.

Prædicta procedunt in mera facultate, ſecus in facultate procedente ex contractu, num. 161.

Facultas eligendi pœnam, vel precium non pendet ex contractu inito inter partes ſed ex iuris diſpoſitione ſecundum quam creditor poteſt ad ſui electionem vnum vel alterum prætendere, num. 162.

Inter

Inter facultatem & ius competentem eſt maxima differentia maximè ad effectum inducendi conſuetudinem, num. 163.

Ius dicitur vbi mediante actu aliquod acquiritur, numero 164.

Facultas verò conſideratur in actu quo mediante ius quod prius competebat conſeruatur reſpectu facultatis, numero 165.

Conſuetudo, & præſcriptio circa ea quæ attinent ad Ius induci poteſt, num. 166.

Conſuetudo ſiue præſcriptio circa ea quæ ſunt facultatis nunquam inducitur, num. 167.

Eligere pœnam, vel potius obſeruantiam contractus pertinet ad conſeruationem iuris iam quæſiti, & conſequenter pendet à mera facultate vel voluntate creditoris ſic eligentis, licet ſecus ſit vbi ex actu qui exercetur, licet voluntarie ius acquiritur num. 168.

Conſuetudo quod per oblationem ſeu ſolutionem pœnæ pretium non poſſit prætendi dicitur Conſuetudo actus negatiui facultatiui, num. 169.

Difficultas articulorum excuſat partes ab expenſis, numero 170.

DECISIO LI.

Dominus illuminatio mea.

SERIES facti ſic ſe habet ſpectabilis Laurentius Cenamius de anno 1614. ſub die 28. Martii, vendidit ſpect. Petro Bocellæ mediante quadam ſcriptura priuata omnia eius bona poſita in communi Sancti Iuſti, & Plebis Brancolis pro precio æſtimando à duobus communibus amicis agrimenſoribus publicis vocandis vno pro qualibet parte, cum facultate in caſu diſcordiæ eligendi tertium, & conuenerunt dictæ partes quod preciũ à dictis duobus agrimenſoribus, vel duobus ex tribus concordibus in caſu ſuo infra quindecim dies declaratum eſſet, verum & iuſtum precium fuiſſet dictorum bonorum, nec poſſet à tali æſtimatione peti recurſus ex quauis cauſa etiam læſionis.

Conuenerunt inſuper dictæ partes quod de tali præcio ſic declarato deberet fieri publicum inſtrumentum, & quod dictus ſpect. Petrus non teneretur exburſare dictum precium niſi per totum menſem Iulij tunc proximè venturi, & interim dictus ſpect. Petrus teneretur ſoluere pro affictu, ſeu interuſurijs ad rationem quinque pro cẽtenario ſingulo anno, à die æſtimationis faciendæ vſque ad & per totum menſem Iulii.

Declarauerunt vlterius, quod ſi per totum dictum menſem Iulii dictus ſpect. Petrus non ſolueret dictum precium æſtimandum, eſſet in facultate dicti ſpect. Laurentij recedere à dicto contractu, ſeu aſtringere dictum ſpect. Petrum ad ſolutionem dicti precij, ſimul cum dictis interuſuriis etiam poſt menſem Iulii, vſque ad effectualem ſolutionem dicti precij.

Et pro obſeruantia omniũ promiſſorũ appoſuerunt pœnã ſcutorum quingentorum ſoluendã per partem inobſeruantem parti obſeruanti pro ſuis damnis, expenſis, & intereſſe ſic ſolidato, de communi conſenſu à Proxeneta, & fuit datus quadrans Dei, intelligendo omnia eſſe facta bona fide, & more mercatorum.

Iuxtà prædictam conuentionem fuerunt à dictis partibus electi duo agrimenſores videlicet pro parte ſpect. Petri Matthæus Baccei, & pro parte ſpect. Laurentij Franciſcus Gabrielli, & cum præfati fuiſſent inter ſe diſcordes fuit de communi conſenſu electus in tertium Franciſcus Mezzetta.

Et cum tempus eſſet breue fuit à prædictis partibus mediante publico inſtrumento prorogatum tempus ad faciendam dictam æſtimationẽ ad alios dies octo currentes cum hoc quod firma remanerent omnia contenta in dicto Chyrographo, & non aliter.

Infra dictum tempus fuit facta à dictis æſtimatoribus relatio valoris dictorum bonorum, qui fuit repertus aſcendere ad ſummam ſcutorum 4700.

Quibus ſic ſtantibus die 19. Iulij 1614. ſpect. Laurentius interpellauit dictum ſpect. Petrum ad conſiciendum inſtrumentum dicti præcij ſic declarati à præfatis duobus agrimenſoribus, à qua declaratione cum d. ſpect. Petrus ſentiret ſe grauatum Die 15. Decembris dicti anni declarauit ſe nolle ſtare dictæ æſtimationi, ſed velle ſoluere pœnam conuentam *iuxta diſpoſita per ſtatutum in cap. 70. l. 2.* Et interpellauit ſpect. Laurentium quatenus vellet illam acceptare.

Verum cum ſpect. Laurentius vellet verſa vice obſeruantiam dicti contractus, requiſiuit dictum ſpect. Petrum ad celebrandum inſtrumentum dicti præcij, & illud effectualiter exburſandum, nec non ad ſoluendum medietatem Gabellæ & expenſarum offerendo, & proteſtando ſe eſſe promptum pro ſui parte adimplere adimplenda, & cum adhuc d. ſpect. Petrus recuſaret facere, & adimplere prædicta, dictus ſpect. Laurentius fecit illum citari ad dicendum cauſam quare contra ipſum non poſſet procedi ad exequutionem realem, & perſonalem pro facto de quo in dicto Chirographo, quo per ipſum non adimpleto, non obſtante quod ad adimplendum fuerit pluries requiſitus & interpellatus. Tandem d. ſpect. Laurentius ſub die 15. Martij 1616. (omiſſis alijs iudicijs primo loco tam in prima, quam in ſecunda inſtantia) obtinuit à D. Auditore primarum inſtantiarum fieri præceptum dicto ſpect. Petro de adimplendo dictum factum, & docendum de omni ſuo iure infra decem dies vtiles *iuxta formam ſtatuti 122. & cap. Rotæ 53.* quod fuit poſtea ſub die 18. Maij ab eodem D. Auditore confirmatum & exequi mandatum.

A qua ſententia cum d. ſpect. Petrus prætenderet ſe grauatum recurſum interpoſuit ad Rotam, coram qua prætendebat ſe tueri ab obſeruantia principalis obligationis, de qua in dicto Chirographo per quatuor principalia fundamenta.

Primo quia de dicta conuentione non conſtat
1 per publicum inſtrumentum, prout requirit ſtatutum Gabellæ, quo caſu cum nulla inter eos orta
2 fuerit obligatio *Oſtaſch. deciſ. 165. nec* vlla exequutio cõcedi potuit, *ad. Bartolum in l. non putauit §. non quætus de bonorum poſſeſſione contra tabulas & in l. 4. §. condemnatum vbi alij de re iudicata cum ſimilibus.*

Secundo

Digitized by Google

Secundo quia quatenus dicta conuentio vale-
ret adhuc dictus ſpect. Petrus non poterat cogi
ad obſeruantiam illius, ſed ſtante quod fuerit cō-
uentum quod de precio dictæ venditionis cele-
braretur publicum inſtrumentum, erat locus pęni-
tentiæ, cum non eſſet confectum dictum publicum
3 inſtrumentum iuxta doctrinam *Pauli de Caſtro in l. contractus num. 5. & 6. C. de fide inſtrumentorum cum ſimilibus.*

Tertio quia omni caſu per ſolutionē pœnæ con-
uentæ in caſu contrauentionis ſpectabilis Petrus
erat liberatus ab obſeruantia contentorum in di-
cto Chyrographo, cum pœna ſuccedat in locum
4 obſeruantiæ *l. apud §. Labeo de doli exceptione, & poſt alios tradit Rota Romana deciſ. 15. num. 6. & deciſ. 21 r. par. 1. diuerſorum* vbi dicit hoc præcipuè pro-
cedere quando pęna fuit appoſita pro obſeruan-
tia contractus, prout hic.

Maximè quia fuit dictum quod omnia conten-
ta in dicto chirographo Intelligerentur ſecundū
vſum Mercatorum, & de conſuetudine Mercato-
rum huius Ciuitatis, (quæ prętendebatur in pro-
5 ceſſu probata,) Mercatores ſoluendo pœnam libe-
rentur à facto, cum conſuetudo & Stylus Mercato-
rum tali caſu ſit attendendus *l. 3. in fine de teſtibus Dec. conſ. 402. num. 11. Marſil. ſing. 118. cum alijs per Aegidium deciſ. 78. & 82.*

6 Sed prædictis non obſtantibus Duximus confir-
mandum preceptum factum dicto ſpect. Petro quia
nulla eſt maior iuſtitia quam conuentiones, & pa-
cta ſeruare, *l. 1. ff. de pactis Baldus conſ. 434. num. 1. lib. 1. Dec. conſ. 265. num. 4. Beccius conſ. 45. num. 25.*
Contractus enim legem accipiunt à conuentione
7 partium *l. 1. §. ſi conuenerit ff. depoſiti reg. contractus*
8 *de reg. iuris in 6. Surdus conſ. 34. num. 24. lib. 1.* Et ſi-
cut ab initio ſunt voluntatis, ita ex poſt facto ſunt
neceſſitatis *l. ſicut C. de act. & obligat.* Vnde cum fue-
rit conuentum, quod deberet ſtari precio declarā-
do à duobus Agrimenſoribus concordibus, & duo
ex prædictis Agrimentoribus electis declarauerint
precium dictorum bonorum aſcendere ad ſcuta
4700. non poteſt dubitari quin dictus ſpect. Pe-
trus teneatur ſtare dictæ æſtimationi.

9 Nec obſtare putauimus quod dicta venditio
non fuerit facta per inſtrumentum publicum pro-
vt requirit ſtatutum Gabellæ quod annullat Con-
tractus aliter factos dum dicit.

10 *Che non ſi poſſino far vendite ſe non appare di quelle inſtrumento publico, & in ogn'altro modo che ſi trouaſſero fatte non vaglino.* Quæ verba important
11 clauſulam irritantem, quæ ipſo iure annullat
actus in contrarium factos ad tradita *per Iaſonem in l. non dubium, C. de legibus cum ſimilibus.*
Quia reſpondetur quod non ſumus in caſu
dicti ſtatuti, Et hoc demonſtratur ex pluri-
bus.

Primò quia dictum ſtatutum loquitur de illis
12 vēditionibus, de quibus tempore earum celebra-
tionū potuiſſet ſolui Gabella, & vt perfectæ ſuum
ſtatim ſortiūtur effectum, vt colligitur ex eo, quod
dictum ſtatutum repetitur poſitum inter alia ſta-
tuta Gabellæ, & non inter ſtatuta vniuerſalia, &
Notariis cōficientibus inſtrumenta de huiuſmodi
contractibus venditionum & Alienationum abſ-
que apodiſſa ſolutionis Gabellę à Dominis offi-
cialibus ſubſcripta grauis pœna imponitur, & de-
notat tam *Rubrica dicti ſtatuti, quæ his verbis concepta eſt. Del prouento delle vendite, e di qualunque altra alienatione.* Nam tenor Rubricæ plurimum de-
ſeruit ad interpretationem ſtatutorum *Iaſon in l.*
13 *1. num. 2. ff. ſi certum petatur Menochius conſ. 1124. num. 32. Nec non oſtendunt verba dicti ſtatuti, ibi E nondimeno tali aſſerti contrahenti ſiano tenuti al pagamento della Gabella, come ſe i contratti foſſero fatti e valeſſero.* Vnde cum in caſu noſtro Venditio bo-
14 norum de quibus agitur, non fuerit pura, ſed con-
ditionalis cum fuerit facta pro precio taxando *l. vltima C. de contrahenda emptione* & conſequenter
15 de tali contractu non poſſet ſolui Gabella, niſi pu-
rificata conditione vt late *per Tiraquellum de retractu condit. tit. 1. §. 1. gloſ. 10. num. 46. & poſt alios tradit Ludouicus de Gabella concl. vnica col. 4. verſ. infertur octauo.* Sequitur quod ſtatutum prędictum
16 nō poteſt comprehendere præſentem caſum, cum
illius præſuppoſita in eo non verificentur *Gloſſ. in l. mancipia C. de ſeruis fugitiuis Bartolus in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flumine publico Decius conſ. 261. numero ſecundo & conſ. 661. numero quarto Alexander conſ. 88. numero ſecundo l. 4. cum alijs per Surdum conſ. 445. num. 48. & 49.*

Nec dicatur quod ſtatutum prædictum conti-
neat duo capitula ſeparata, vnum ſcilicet ſuper ſo-
lutione Gabellæ, alterum verò ſuper modo confi-
ciendi contractum, & quod nos agimus non dę
ſolutione Gabellæ, ſed de modo conficiendi con-
tractum, quod a primo nullam interpretationē re-
cipere poteſt, cum Regula illa, quæ ſe habet quod
vna pars ſtatuti aliam declaret non procedat in
17 capitulis diuerſis, & diuerſis diſpoſitionibus, *Romanus in repetit. l. ſi vero §. de viro num. 75. ff. ſol. matrimonio Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 6. tit. 13. num. 13.* Quia reſpondetur quod dictū
ſtatutum non duo tantum, ſed plura continet ca-
pitula, quæ omnia de Gabella loquuntur, & ad il-
lius faciliorem exactionem tendunt, multaque ex
eis dictum capitulum, de quo agitur, pręcedunt, &
multa ſubſequuntur, & ideo illud tanquam in me-
dio poſitum non ſolum ab iis, quæ in eodem capi-
tulo circa ſolutionem Gabellæ leguntur, vt patet
ex illis verbis, *E nondimeno tali aſſerti contrahenti ſiano tenuti al pagamento della Gabella,* ſed etiā ab aliis
capitulis pręcedentibus, & ſubſequentibus decla-
18 rationem ſumit, Quemadmodum enim pręceden-
tia declarant ſequentia *l. ſiue fuerint §. fin. ff. de rebus dubijs Alex. conſ. 47. num. 18. l. 1.* Ita, & ſequen-
19 tia declarant pręcedentia *l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. Rolandus conſ. 22. numero 30. l. 2.* Et me-
20 dia participant de extremis, & cenſentur eiuſ-
21 dem naturæ *Surdus conſil. 126. numero 13.* Et non
22 ſolum vna pars ſtatuti declarat alteram ab ea
ſeparatam, *Decius conſil. 553. numero octauo* ſed
vnum ſtatutum ab altero omnino ſeparatum in-
terpretationem recipit *Soccinus conſ. 242. nu. 9. l. 2. Roland. conſ. 10. nu. 16. l. 4. & Socc. Iun. conſ. 1. num. 42. lib. 1.*

Nec obſtat quod cum ſtatuentes diſpoſuerint,
quod venditiones factæ abſque inſtrumento ſint
nullæ ſiue ſoluatur Gabella ſiue non, non poſſit di-

ei

ci quod habuerint reſpectum ad ſolam Gabellam,
ſed etiam ad alias actiones, videlicet ad euitandas
lites, & controuerſias, quæ ſolent oriri ex contracti-
bus verbo, & ſcriptura priuata factis, & ideo di-
ctum ſtatutum in ea parte, in qua loquitur de in-
ſtrumento procedat etiam in venditionibus, quæ
23 non ſunt Gabellabiles cum lex generaliter loquẽs
generaliter ſit intelligenda *l. de precio ff. de publica-*
nis Iaſ. n. in l. non dubium nu. 38. ff. de legibus. Etiam
24 ſi in vno caſu vigeat maior ratio, quam in alio *De-*
cius conſ. 277. cum ſimilibus Quia reſpondetur quod
licet ſtatuentes potuiſſent habere in conſideratio-
ne etiam alias rationes vltrà illam Gabellæ, tamen
ex hoc non ſequitur quod principalis, & finalis ra-
tio nõ fuerit illa, vt venditionum, & alienationum
contractus fierent per publicum inſtrumentum, ad
effectum, vt Gabella facilius, & citius exigi poſſet,
ſiquidem ſi eorum principalis intentio fuiſſet,
quod de quibuſcunque alienationibus inſtrumen-
ta fierent, quæ tamen non ſoluta Gabella, ſiue do-
nec ſoluerentur non valerent, potuiſſent fieri multa
inſtrumenta alienationum, de quibus non niſi
quando partes ijs inſtrumentis vti voluiſſent, Ga-
bella fuiſſet ſoluta, & ſic multatũ alienationũ Ga-
bella, aut numquam ſoluta fuiſſet, aut ſolum poſt
multos annos. Vltra quod potuiſſent forenſes ad
hoc territorium accedere, in eoque alienationes
bonorum ſtabilium per inſtrumenta publica abſ-
que ſolutione Gabellæ liberè celebrare, eiſque
deinde vti extra territorium, vbi diſpoſitio ſtatu-
torum noſtrorum ſuſpendens effectum ipſorum in-
ſtrumentorum in tempus ſolutionis Gabellæ non
potuiſſent locum ſibi vendicare quod non eſt di-
cendum *argumento l. Saluius Ariſto ff. de legatis præ-*
ſtandis, cum ſimilibus.

25 Prout etiam non ſubſiſtit quod dicebatur, ſta-
tuentes voluiſſe contractus fieri per publicum in-
ſtrumentum ad dirimendas lites, quæ oriuntur ex
ſcripturis priuatis, quia ſi hoc eſſet, illud idem
quod ordinarunt de contractibus alienationum,
26 ordinaſſent pariter de quibuſcunque alijs contra-
ctibus cum in omnibus vigeat eadem ratio *ad l.*
illud ff. ad l. Aquiliam, quod cum non fuerit factum
meritò ceſſat dicta conſideratio.

Nec obſtat quod lex generalis generaliter de-
beat intelligi, quia id procedit quoties ex ratione
27 finali illius non poſſet reſtringi, quia etiam lex ge-
neralis reſtringitur, & limitatur à ratione finali,
28 cum ratio finalis moderetur diſpoſitiones ſicut ha-
bena equum, & gubernacula nauem *l. cum pater §.*
dulciſſimis ff. de legatis 2. Roland. conſ. 6. num. 20. lib. 4.
cum alijs per Tiraquell. de cauſ. ceſſante par. 1. nu. 139.

29 Nec dicatur quod argumentum deſumptum à
ratione ſtatuti non poteſt derogare claræ diſpoſi-
tioni ſtatuti, vt tradit *Peregrinus conſ. 85. nu. 24. l. 1.*
30 Quia vltra quod Peregrinus loquitur de ratione
præſumpta, & non de expreſſa, prout in caſu no-
31 ſtro, quod eſt quid diuerſum cum expreſſum ſit
longe potentius tacito, & præſumpto, *l. expreſſa no-*
cens vbi Decius, & Cagnolus ff. de reg. iuris, adhuc di-
cimus quod Ratio, & mens ſtatuẽtium eſt ſequen-
32 da etiam ſi verba repugnent *Alex. conſ. 54. nu. 7. l. 4.*
Oſaſch. deciſ. 59. n. 7. cum alijs per Surdum deciſ 19. nu. 7.

Secundo principaliter quod d. ſtatutum non
procedat, niſi in caſu, quo de vẽditione facta me-
diante publico inſtrumento debeat ſolui Gabella,
& ſic intentio finalis ſtatuentium fuerit, vt de alie-
nationibus conficeretur publicum inſtrumentum,
ad effectum vt Gabella facilius, & citius exigi poſ-
ſet, vt diximus, patet ex eo, quia dictum ſtatutum
continet pœnam ſoluendam in caſu contrauentio-
nis, vt legitur in illis verbis, *e non dimeno tali aſſerti*
contrahenti ſiano tenuti al pagamento della Gabella. Vn-
33 dè cum certum ſit ex qualitate pœnæ appoſitæ, de-
clarari, in quibus terminis procedat diſpoſitio pœ-
nalis *Decius conſ. 90. num. 2. & 377. ad finem Rum.*
conſ. 83. pariter ad finem l. 5. & late Ripa in cap. ex parte
34 *nu. 39. de reſcriptis*, vbi propterea dicunt, quod di-
ſpoſitio pœnalis non habet locum in caſu, in quo
pœna applicari non poteſt, ſumus in claris, quod
diſpoſitio dicti ſtatuti non comprehendit caſum
noſtrum, cum de tali venditione, de eo tempore
eius celebrationis non poſſet ſolui Gabella, vt
oſtendimus.

35 Tertiò principaliter dicimus nõ obſtare dictum
ſtatutum, quia cum inter partes actum fuerit quod
de precio dictæ venditionis publicum conficere-
tur inſtrumentum, & ſpect. Lantẽtius hodie inſtet,
vt ad celebrationem dicti inſtrumenti deueniatur,
& ſic Gabella ſoluatur, quæ ante æſtimationem pe-
ritorum ſolui non poterat, cum antea precium non
fuiſſet declaratum, ex hoc penitus ceſſat ratio eui-
tandæ fraudis Gabellæ, ob quam ſtatutum prædi-
ctũ emanauit, & ideo illius quoque diſpoſitio ceſ-
ſare debet, *ad vulgatam l. adigere §. quamuis de iure*
patronatus Abb. conſ. 370. num. 43. Decianus conſ. 15.
nu. 9. & 10. l. 4. & conſ 95. nu. 4 & 5. l. 5. Surd. conſ. 32.
nu. 13. cum alijs per Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa
par. 1. nu. 125. cum pluribus ſeqq. & nu. 235.

Et in puncto, quod diſpoſitio ſimilis ſtatuti non
36 habeat locum quando vigore ſcripturæ priuatæ
agitur ad hoc iuxtà conuenta in executionem
eiuſdem ſtatuti, de contractu fiat inſtrumentum
prout in caſu præſenti tradit *Salicetus in l. ſi quis*
argentum § fin. in fine verſ. ſed attende C. de donationi-
bus, quem refert Alex. in l. ſi certis condictio §. quoniam
nu. 6. ff. ſi certum petatur Cæpolla cauſ. 53. ante num. 1.
Marſilius in rubrica C. de probat. num. 50. Io. de Anania
conſ. 64. num. 1. verſ. plus dico Aſin. in praxi § 19 c. 5.
limit. 25. per totam, vbi in fine de magis comm. teſ atur
Carpan. ad ſtatutum Medulanenſ. cap. 88. num. 17. & ad
cap. 95. nu. 43. l. 1. cum alijs per Surdum deciſ. 43. num.
7. & 11. & deciſ. 277. num. 21.

37 Et prædicta videntur procedere in caſu noſtro
abſque difficultate, cum ab initio, & in limine con-
uentionis actum fuerit inter partes, quod inſtru-
mentum publicum conficeretur *vt poſt Baldum ad-*
uertit ſenatus Pedemontanus deciſ. 43. num. 11. verſ. ſe-
ptimo ſi præmiſſa.

Quartò principaliter, quod ſtatutum prædictum
non procedat in caſu noſtro patet ex eo, quia cum
dictum ſtatutum duo requirat in ipſo actu videli-
cet ſolutionem Gabellę, & publicum inſtrumentũ,
& in caſu noſtro non poſſet ſolui Gabella, quam-
uis conſtaret de publico Inſtrumẽto, cum precium
non eſſet certum ſumus in claris quod dictum ſta-
tutum non comprehendit caſum noſtrum, quia
38 quando ſtatuunt duo requirit, aut præſupponit
non

Digitized by Google

non ſufficit alterum interueoire ad tradita *per
Hondedeum oo .ſ. 1. num. 13. 23. & ſeq. lib. 1. cum ſimili-
bus*.

Et io puncto quod ſtante ſtatuto huic noſtro ſi-
mili duo requirente, nempe quod contractus om-
nes puta venditionis, ſeu donationis denuncientur
officiali Gabellæ, & quod de eis ſoluatur Gabella,
alias contractus ſint nulli, & nullius valoris, & eo-
rum vigore nullum ius contrahẽtibus competere
poſſit, ſi contingat fieri contractum pro quo, tem
pore illius celebrationis non poſſit ſolui Gabella,
39 quia adhuc non conſtet de quantitate ſoluenda,
non ſit etiam opus ipſum contractuoi denunciare,
& ſit etiam omoniſſa denunciatione ſubſiſtat cum
ſatis ſic denũciationem fieri eo tempore, quo Ga-
bella ſit ſoluenda, *tradit Socc. Iun. conſ. 130. col. 1.
lib. 3*.

Quinto principaliter dicimus, quod quando
etiam ſtatutum prædictum comprehẽderet caſum
noſtrum, & requireret inſtrumẽtum publicuoi ad-
huc ſatis apparet de publico inſtrumento, non ſo-
40 lũ ex eo, quod ſcriptura priuata recogoita habet
regulariter vim publici inſtrumenti, ſtante præ er-
tim decreto anni 1567. ſed etiam ex inſtrumento
prorogationis, io quo cum expreſſe fuerit dictum
41 vtramque partem conueniſſe, quod firma remã-
nerent contenta in Chirographo. hoc videtur ſuf-
ficere vt dici debeat de venditione, de qua
in Chirographo apparere publicum inſtrumen-
tum *ad Vaſaſ.um de iure emphiteutico q. 7. num* 15. &
facit quia relatum dicitur eſſe in referente vere, &
propriè *Aymo conſ. 45. num. 4. Gabriel co ſ. 99 num.
34. l. 2.* & bene ad propoſitum *Surdus deciſ. 212.
num. 14*.

42 Vltra quod cũ dictus ſpect. Petrus fuerit pluries
interpellatus ad conficiendum huiuſmodi Inſtru-
mentum, & ſemper illud facere recuſauerit, non
poteſt modò ſe fundare in eo, quod non fuerit ce-
43 lebratum, Tum quia noo debet ex ſua mora, &
contumacia commodum reportare *l. non fatum ff.
de noxal. Socc. conſ. 32. num. 7. l. 3.* Tum etiam quia
44 conditio habetur pro impleta, quando ſtat per
cum ne impleatur, cuius intereſt non impleri *l. Iu-
re ciuili ff. de reg. Iuris cum concordantibus* ibi addu-
ctis per ſcribentes, & in terminis noſtris *eſt tex. in l.
Labeo ſcribit ff. de contrahen. empt. in fine ibi.* Ego
etiam ex vendito agi poſſe puto, quaſi impleta co-
ditione cum per emptorem ſtet, quo minus im-
pleatur, & tradit *Bartol. in l. ſi quis cum debitore in fine
ff. de regul. iuris & in l. ſi fideiuſſor §. meminiſſe num. 1.
ff. de leg. 1. & bene ad propoſitum facit Caſtren. conſ. 52.
num. 3 l. 2. Burgnin. dec. 27. nu. 45. par. 2. & Rota deciſ.
267. circa finem par. 1. diuerſorum*.

Septimò tandem & vltimo illud nobis viſum
fuit tollere omnem difficultatum, Quod pars per
45 oblationem pęnæ approbauit contractum quem
propterea amplius impugnare non poteſt Docto-
res *in l. ſi ſeruus plurium §. ſi hæreditatis ff. de legatis
primo*.

Nec dicatur quod dicta oblatio non poteſt af-
ficere cum fuerit facta ſub conditione, quatenus
contractus ſubſiſteret, quia reſpondetur, quod li-
cet in hoc proceſſu oblationis pœnæ à ſpect. Pe-
tro factæ fuerint conceptæ ſub dicta conditione,
tamen aliæ quæ fuerunt factæ antea in 1. iudicio
coram D. iudice diuerſo ab eodem ſpect. Petro
pro exequutione, & obſeruantia cõtractus tam oc-
caſione ioquiſitionum ſibi tranſmiſſarum, quam
occaſione primi proceſſus citationis ad dicendum
cauſam quare contra ipſum non poſſet procedi ad
exequutionem realem, & perſonalem pro facto de
quo in dicto Chirographo fuerunt omnino puræ,
noo autem ſub dicta cõditione factę. Immo de di-
cto ſtatuto in illa prima inſtantia non fuit ali-
quid vnquam oppoſitum, vt conſtat ex actis, &
conſequenter ſtante dicta ſimplici approbatione
dicti contractus reſultante ex prædictis obligatio-
nibus, non poteſt hodie amplius impugnari, aut
in dubium reuocari.

Quibus accedit quod cum pro parte dicti ſpect.
Petri fuerit etiam factum reale depoſitũ eiuſdem
pœnæ, quatenus etiam illud factum fuiſſet cum
proteſtatione non approbandi contractum, in quo
pęna fuerat promiſſa, talis tamen proteſtatio tan-
46 quam contraria facto non releuaret per ea, quæ
tradit *Decius conſ. 260. nu. 3. Alexan. conſ. 1. num. 14.
l. 3. Surdus conſ 371. num. 67. Honded. conſil. 89. num.
35. lib. 1*.

Nec obſtare putauimos quod dicebatur non
47 eſſe in poteſtate contrahentium facere quod in
eorum contractibus leges, & ſtatuta locum non
habeant l. non dubium vbi omnes ſcribentes
C. de legibus cum ſimilibus. Quia reſpondetur quod
licet non ſit in poteſtate contrahentium facere
quod in eorum contractibus leges, & ſtatuta à
principio locum non habeant, poſſunt tamen
48 reſpectu eorum intereſſe contractus etiam nul-
los approbare ita vt ſequuta approbationẽ non
valeant amplius eos improbare, vt tradunt *Socin.
Iun. conſil. 108. numero 44. lib. 1. Hondedeus conſil. 89.
numero 30. lib. 1. Decianus conſi. 14. numero 17. l. 2.
cum aliis per Menocch. conſil. 1094. numero vigeſimo-
49 octauo* Maximè vbi contractus eſſent validi, pro-
ut in caſu noſtro ad tradita *per Decian. conſ. 152. &
153. lib. 1*.

50 Et in ſpecie, Quod contractus nullus ob inob-
ſeruantiam ſtatuti Gabellæ non poſſit poſt illius
approbationem, & exequutionem amplius im-
probari firmat *Alba conſ. 97. numero 45. per Gloſſ.
in l. qui habebat §. primo ff. de manumiſſis teſta-
mento & Alexander conſil. octauo numero ſecundo
lib. 6*.

51 Vltra quod actus etiam contra legem nulli, re-
putantur tamen validi in odium facientis, *Baldus
in l. non dubium, numero 11. C. de legibus Tiraquellus
de retractu lignagier §. 26. Gloſſ. 2. numero octauo Gra-
tianus in diſceptationibus forenſ. cap. 36. nume-
ro 63*. Et ideo facilius ab ipſis facienti-
bus eos, quoad eorum præiu-
dicium poſſunt ap
proba-
ti.

Et hęc dicta ſint circa primum funda-
mentum.

Digitized by Google

Reſponſiones ad ſecundum fandamentum.

NOn obſtat modò qnod ſecundo loco diceba-
tut, Quod quatenus dicta conuentio vale-
ret, adhuc dictus Spect. Petrus non poſſit cogi ad
obſeruantiam illius, ſed ſtante quod fuerit con-
uentum, qnod de precio dictæ venditionis con-
ficeretut publicnm inſtrumentum, dictus ſpect. Pe-
trus poterat ab illo tecedere, cnm adhuc non eſ-
52 ſet confectum publicum inſtrumentum *iux. do-
ctrinam Pauli de Caſtro in l. contractus, numero 9. C.
de fide inſtrumentorum cum ſimilibus.* Quia reſpon-
detut dictam doctrinam Pauli de Caſtro procede-
re duobns in caſibus.

Primò vbi pattes apertè conuenetunt, quod ali-
ter contractus non valeret, quod non apparet fa-
53 ctum in caſu noſtro, vt ex recentioribus latè pro-
bant *Burſattus conſilio 100. num. 20. lib. 1. Torniolus
conſilio 74. num. 38. Maſcardus de probationibus con-
cluſ. 435. Theſaurus deciſ. 197. num. 4. verſic. tertia opi-
nio. Decianus conſilio 64. num. 4. & 13. cum pluribus
ſequentibus lib. 3. Caball. conſilio 120. num. 6. & ſeq.
lib. 2. Magonius deciſ. Lucenſ. 95. num. 19. & ſequitur
Rota deciſ. 517. num. 2. par. 1. diuerſorum, & deciſ. 43.
par. 3.*

54 Secundò dicta doctrina Caſtrenſ. procederet
vbi ageretur de contractu, qui de ſui natura ſcri-
ptutam requireret, qui non eſt caſus noſter, cum
in caſu noſtro nec de iure communi, nec de iute
municipali eſſet neceſſarium inſtrumentum non
de iure municipali, quia vt ſupra oſtendimus ſta-
tutum non comprehendit hunc caſum Non de iu-
re communi, quia venditio non tequirit ſctiptu-
55 ram ſed ſolo conſenſu perficitur, vt habetur *in in-
ſtit. de obligationibus quæ ex conſenſu naſcuntur in prin-
cipio in §. 1. Inſtit. de empt. & venditione, & per Theſau-
rum deciſ. 197. num. 7. in fine, & Magon. deciſ 95. ſub
num. 19.*

Quibus accedit, qnod ſuperflua videtut conſi-
deratio facta in dicta doctrina Pauli de Caſtro
cum non bene videatur applicari ad caſum no-
56 ſtrum, ex quo ipſe loquitur in caſu, in quo ſuit con-
uentum intet partes, quod totus tenor ſctipti pri-
uati reduceretut in publicum inſtrumentum, nam
tunc dubitari poſſet, An donec inſtrumentum
fiat, Conuentio de qua in ſcripto priuato habea-
tut pro perfecta, & liceat pœnitere. Vnde cum in
caſu noſtro non fuerit conuentum, quod de ipſa
emptione conditionali pro precio extimando,
de electione peritorum, de promiſſione parendi
eorum declarationi & alijs in dicto ſcripto con-
tentis fieret inſtrumentum, ſed ſolum fuerit pa-
ctum quod inſtrumentum fieret de emptione, &
venditione poſtquam precium à peritis eſſet de-
claratum, & ſic de emptione, & venditione pura,
quæ in Chyrographo non continetut, nec conti-
neri poterat, nam precium vt diximus de eo tem-
pore non erat certum, certè ex his ſatis apparet,
quod nos ſumus in caſu ſatis diuerſo ab illo Ca-
ſtrenſ. & ſic de illo ad caſum noſtrum non poteſt
57 inferri ad vulgatam *l. Papinianus, ff. de minoribus.*

Nec obſtat quod contractus ſit conditionalis, &
quod cum conditio nihil ponat in eſſe ante illius
exiſtentiam, *§. ex conditionali inſtitut. de verbor. obli-
58 gat.* adhuc ſit locus pœnitentiæ, Qnia teſponde-
tur quod licet venditio conditionalis, vſque ad pu-
rificationem conditionis non videatur perfecta
59 quoad obligarionem, & quoad hoc, vt ex ea Do-
minium ttausferatur, nihilominus pœnitentiam
non admittit. *Surdus conſilio 38. num. 9. Afflictus de-
ciſ. 280. ſub num. 6. B rtazzolus de clauſulis clauſula
30. gloſ. 6. num. 7. cum alijs per Menochium conſ. 866.
num. 1. & 2.*

Additut prædictis, quod quatenns venditio, de
qua agitut non fuiſſet perfecta, imò nulla, ex quo
à principio de ea publicum inſtumentum non
fuit celebratum, quod expreſsè negatur ex iam di-
ctis, Nihilominns tenererut ſpect Petrus ad obſer-
uantiam promiſſorum in dicto ſcripto, Nam ipſa
venditio ſaltem valeret in vim promiſſionis de
60 vendendo, quæ eſt eius efficaciæ, vt pœnitentiæ lo-
cns eſſe non poſſit vt benè declatat *Cæphalus conſil.
66. num. 18. & ſequenti. Burſattus conſil. 100. num. 19.
& 20. lib. 1. quos refert, & ſequitur Honded. conſil. 52.
num. 27. lib. 1. Riminald. iun. conſ. 538. num. 34. 35. &
36. Deciar. conſil. 102. num. 6. & ſeq. lib 3.* Nam li-
61 cet regularitet in contractibus innominatis ſit lo-
cus pœnitentiæ, *l. ſi pecuniam, ff. de cond. cauſ. data.* Id
62 tamen non procedit quando contractus innomi-
natus ordinatnr ad nominatnm, vt in præſenti ca-
ſu, prout in puncto tradit *Decius conſil. 340 num. 4.
verſic. tertio reſponderi poteſt, Torniolus conſ. 74. num.
30 & 31.* ptout etiam non procedit quoties in
63 contractu innominato intetuenit ſtipulatio. *Ripa
in rubr. de verbor. obligat. num. 38. Iaſon in dicta l. ſi pe-
cuniam columna ſecunda in fine, verſic. decimo limita, ff.
64 de cond. cauſ. data,* ſtipulatio autem in caſu noſtro
reſultat ex verbo ptomitto, vt benè ad propoſitum
deducit *idem Torniolus d. conſ. 74. num. 30.*

Vltra quod tunc demum in contractibus inno-
minatis vni ex contrahentibus licèt pœnitere,
65 qnando alter non obſetuauit ex parte ſua, quia
tunc ille, qui non conttauenit, non ſolum poteſt
agete ad obſeruantiam, prout euenit in contracti-
bus nominatis, *Alba conſil. 616. num. 4. cum vulg.*
Sed poteſt etiam ob inobſeruantiam alterius ad
libitum à contractu recedere *dicta l. ſi pecuniam, Al-
ba conſil. 198. num. 57. Surdus deciſ. 173. num. 16.* Ve-
rum quando vnus ex contrahentibus non contra-
uenit, prout in præſenti caſu non contrauenit
Spectabilis Laurentius, imò obſeruauit pro par-
66 te ſua, quantum in ſe erat, & obtulit vlterius om-
ne id facere, ad quod teneretut, tunc etiam in
conttactibus innominatis non poteſt alter ſub
prætextu pœnitentiæ à contractu reſilire, *vt no-
tant Scribentes in dicta l ſi pecuniam, ff. de cond. cauſ.
dat. vbi Iaſon numero ſecundo & alij paſſim, & fir-
mat Decianus conſilio 25. numero 59. lib. 1. Molina de
contractibus diſputat. 255. numero 3. & diſputat. 258.
num. 3. verſ. quod ſi alter, & Borgnin. deciſ. 34. num. 3.
& 4. par. 2.*

Et illud videtut tandem tollere in caſu noſtro
omnem difficultatem, quia an ſit, vel non ſit
locus pœnitentiæ ante celebrationem inſtrumen-
ti pendet à voluntate partium, pront ſcilicet vnius
vel alterius intentionis fuerint, eo tempore, quo
con-

Digitized by Google

conuentio inter ipſos firmata fuit, vt per ſe pa-
tet, & apertè ſupponunt Doctores omnes in iſta
materia dum inueſtigare conantur, An contra-
hentes habuerint contractum pro perfecto nec ne
ante celebrationem inſtrumenti, & expreſsè tra-
dit *Theſaurus dicta deciſ 197. num. 3. verſ. ſecunda eſt*
68 *opinio*, dicens in propoſito indubitabile eſſe, quod
conſenſus & placitum contrahentium obſeruari
debet vt per eum. Proindè cum partes in caſu
noſtro intellexerint, ac voluerint ipſis non licere
à contractu diſcedere ante celebrationem inſtru-
menti, de quo in ſcripto vt clarè deducitur ex plu-
ribus & potiſſimum ex eo, quod prius voluerint
declarationem precij fieri à peritis, & vlterius
inter ſe conuenerunt, quod neutri eorum lice-
ret vllo modo, aut ſub quouis prætextu ab ea
recedere, quæ omnia clarè conuincunt noluiſſe
partes locum aliquem penitentiæ relinqui, vt pec
ſe patet, ſumus in claris, quod in caſu noſtro an-
te celebrationem inſtrumenti non erat locus pœ-
nitentiæ. Maximè cum in eodem ſcripto decla-
ratum fuerit ſoli ſpectabili Laurentio, & vno
tantum caſu, & non aliter licere à contractu rece-
dere, nempè quatenus ſpectabilis Petrus per to-
tum Menſem Iulij precium declaratum non ſol-
uiſſet, vt legitur circa finem Chirographi in illis
verbis.

*Dichiarando che ſe à detto tempo della fine di Lu-
glio detto ſpectabil Pietro non hauerà pagato il prez-
zo da pagarſi, ſia in facoltà di detto Signor Lo-
renzo di partirſi da detta vendita o vero di con-
ſtringere detto ſpectabil Pietro al pagamento del
prezzo.*

Quod apertè demonſtrat alijs omnibus caſi-
69 bus penitendi facultatem excluſam fuiſſe cum
incluſio vnius ſit excluſio alterius, *l. cum prætor,
ff. de Iudicijs, & cap. nonne de præſumptionibus cum*
70 *ſimilibus*, & exceptio in vno firmet regulam
in contrarium in alijs, *Bartolus in l. quæſitum,
§. denique, ff. de fundo inſtructo cum alijs per De-
cium in lege prima, numero vigeſimoprimo, ff. de regu-
lis iuris.*

Atque ex his patet in dicta doctrina Pauli de
Caſtro nullum poſſe in caſu noſtro fieri funda-
mentum.

Reſponſiones ad tertium fundamentum.

NEc obſtat quod tertio loco dicebatur, quod
cum pro obſeruantia omnium contento-
rum in Chirographo fuerit appoſita pœna ſcu-
torum quingentorum ſoluendam per partem in-
obſeruantem parti obſeruanti, pro ſuis damnis
expenſis, & intereſſe, ſic ſolidato de communi
conſenſu, quæ pœna vigore cap. 70. l. 4. ſtatut.
reducitur ad quartam partem, per oblationem
dictæ penæ factam à dicto ſpectabili Petro, non
poſſit dictus ſpectabiles Petrus compelli ad obſer-
uantiam contractus, cum dicta pœna ſuccedat
71 loco adimplementi, *l. apud, §. Labeo de doli exceptio-
ne. Paulus de Caſtro in l. cum proponas, la ſeconda in*
72 *fine, C. de pactis.* Maximè cum fuerit appoſita pro
obſeruantia contractus, ad tradita *per Surdum de-
ciſione 304. numero nono, & deciſione 306. numero
octauo, & Rotam Romanam deciſione decimaquinta,
numero ſexto, & deciſione 211. parte prima diuer-
ſorum.*

Quia reſpondetur quod quicquid ſit in cauſis
lucratiuis, certum eſt quod præcedens conclu-
ſio non procedit, quando præcedens obligatio
contracta fuit ex cauſa oneroſa, prout hic, nam
73 tunc de communi omnium ſententia non noua-
tur per ſubſequentem ſtipulationem pœnalem,
ſeu ad intereſſe, ſed eſt in electione creditoris age-
re ad implementum, vel ad pœnam, *Bartolus in
l. prædia ſub numero quinto, verſic. quod ergo dici-
mus, ff. de action. empti, & in l. qui Romæ, §. Flauius,
ff. de verborum obligationibus, & in l. ſi quis à ſocio,
& in l. duo ſocietatem, ff. pro ſocio, & in dicta l. ita
ſtipulatus ſub numero vigeſimumſeptimo, ver. quid
ergo dicimus, ff. de verborum obligationibus, & Barto-
lum ibi ſequuntur. Imola, Fulgoſius, Salicetus & Ro-
manus*, qui dicunt, hanc opinionem eſſe ſatis æ-
quam. *Alexand. ſub numerum quadrageſimumter-
tium, verſ. eſt octaua. Caſtrenſis circa finem legis. Iaſon
ſub numero decimumnono verſicu. octaua eſt opinio,
vbi de magis communi teſtatur. Socinus iunior ibidem ſub
numero 142. in fine, & ſub numero 144. Ripa nu-
mero 61. Et idem notant Scribentes in l. ſi pacto, quo
pœnam, C. de pactis excepto Angelo*, qui propterea
ab Alexandro, Imola, Iaſone, & alijs in locis
præcitatis reprehenditur, qui omnes opinionem
Bartoli ab impugnationibus eiuſdem Angeli, &
nonnullorum aliorum optimè defendunt, prout
etiam Bartoli opinionem defendit *Socinus iunior
vbi ſupra, num. 143. & Bartolum ſequuntur Caſtren-
ſis in l. quamuis, numero ſecundo, C. de vſuris, & in
l. prædia, numero nono, ff. de actionibus empti. Alciatus
reſponſo 109. numero tertio ad finem, & numero ſequen-
ti, verſic. ſecunda ratio, Corneus conſilio 181. numero
64. lib. 2. Ruinus conſilio 42. numero quarto lib. 5. De-
cius conſilio 12. numero tertio, verſic. & idem eſt*, qui
licet in principali concluſione conſilij reprobetur
à multis, vt videre eſt apud Zancum in adnotatio-
nibus, *& apud Surdum deciſione 113.* In hoc tamen
non reprobatur. Et hanc eandem concluſionem
firmant *Thobias Nonius conſilio 82. numero decimo-
ſeptimo. Ludouicus concluſione quarta fallentia tertia.
Vrſillus ad Afflictum deciſione 353. numero primo, &
deciſione 397. numero ſecundo. Cumanus conſilio 143.
ad finem, verſic. nam & ſi arbitrator. Siluanus conſilio
112. numero 23. verſic. ſecundum Decij argumentum
eſt, Maceratcu. reſolut. 45. numero 2. lib. 3. Marcabru-
nus conſilio 94. numero 124. Franciſcus Marcus deciſio-
ne 415. numero 3. 12. & ſequenti libro primo cum alijs
per Manticam de tacitis, & ambiguis lib. 17. tit. 5. nu-
mero 9.*

In quam ſententiam facilius inclinandum exi-
74 ſtimauimus, attento quod hodie nouatio non in-
ducatur, niſi id expreſsè inter partes fuerit actum,
vt tradunt *Surdus conſilio 145. numero primo. Ga-
briel conſilio 170. numero 2. lib. 2. & alij paſſim po-
tex. vulgatum in l. finali, C. de nouationibus*, & pro-
bat *Iaſon poſt Gloſ. & Petrum de Bellapertica, Al-
bertus de Roſate Ioannem de Rauenna, & alios, quos al-*

legat in dicta l.ita ſtipulatus, num. 20, verſic. quid tenendum, ff. de verborum obligat. vbi dicit quod iſta opinio ſolet in practica teneri, *& Iaſonem ſequntur Fachineus controuerſiarum iuris lib. 3. cap. 93. in fine. Galganettus in tractatu de conditionibus & demonſtrationibus par. 2. cap. 5. quæſt. 22. num. 2. Iacobus de Belniſ. inter conſil. criminalia Zilletti conſil. 2. num. 37. lib. 2. cum alijs per Marcabrunum dicto conſil. 94. num. 22.*

Vnde ſequitur quod pęna hoc caſu debet iudicari appoſita ad maiorem corroborationem, & cautelam eiuſdem obligationis, prout ſemper in
76 dubio ita appoſita cenſeri debet, vt paſſim notant *Scribentes in dicta l.ita ſtipulatus, ff. de verbor. obligat.* ſiquidem numquam fit nouatio præcedentis
77 promiſſionis ex eo, quod poſtea fuerit conuentum pro eiuſdem implemento, ſeu perfectione, *Honded. conſ. 40. num. 31. lib. 2. Surd. conſ. 385. num. 14. & 15. Marescottus variar. reſolut. lib. 2. cap. 56. nu. 6. cum alijs per Rotam deciſione 30. num. 3. parte ſecunda, diuerſorum.*

Nec dicatur, quod cum pęna adiecta fuerit fauore vtriuſque partis, videlicet tam fauore creditoris implentis, quam debitoris moroſi, vel obſer-
78 uare nolentis, prout ita ſemper iudicatur appoſita,
79 debet cenſeri inducta nouatio *iuxta diſtinctionem Ripæ in l.ita ſtipulatus, num. 64. ff. de verb. obligationi-*
80 *bus.* Quia reſpōdetur pluribus modis. Primò quod
81 ſuppoſitum, videlicet quod pęna poſſit apponi etiam fauore moroſi non ſubſiſtit, quia Mora fauorem non meretur, ſed odium *cap. mora de reg. iur. in 6. l. in condemnatione, §. vnicuique, ff. eodem tit.* Et
82 propterea pactum appoſitum ratione moræ intelligitur in fauorem creditoris, non autem debitoris moroſi *l. 2. vbi not. Bald. in principio, l. ſi fundus, §. eleganter, & l. poſt diem, ff. de leg. commiſſoria. Paul. de Caſtro in l. prædia, num. 6. in fine, ff. de act. empti,*
83 prout pari modo pęna non poteſt continere fauorem illius, qui in eam poteſt incidere, vt patet ad ſenſum, & tradit *Angelus in l.ſi inſulam columna vltima circa medium, ver. nec vnquam inueni de verborum obligat.*
84 Et ratio eſt apertiſſima namcum Mora ſit ſui
85 natura malum, ac delictum, ex ea præmium debe-
86 ri nequit, ſiquidem pœna ad punitionem, & non ad præmium tendat, vt plenè proſequitur, *Angel. in dicta l.ſi inſulam ver. nam cum infligatur ex mora,*
87 vbi per hoc infert, non poſſe ex appoſitione pęnæ cenſeri inductam nouationem, & ſequitur *Paul. de Caſtro in dicta l. prædia, num. octauo, de action. empti,* Et hoc confirmatur optimè *ex Baldo in l.ſi pacto quo pœnam, num. 4. poſt principium verſ. quia pœna ſemper, C. de pactis,* dum dicit, pęnam ſemper videri appo-
88 ſitam fauore creditoris, non vt neceſſitet eum ad petitionem pœnæ.

Secundò quia Ripa loquitur, quando ſtipulatio adiecta principali obligationi præcedenti non
89 continet pęnam, ſed nouum contractum in defectum primi, prout contingit in datione inſolutum, de qua ipſe loquitur, vt patet ex exemplis per eum adductis, quo caſu, nil mirū ſi inducatur nouatio, vt poſt alios tradunt *Theſaurus deciſ. 147. & Surd. dec. 113.* quæ nouatio certè nō induceretur ſi in ſe-
90 cunda ſtipulatione contineretur pęna *Socc. nepos. conſ. 41. num. 17. & 18. verſ. & pro clariori lib. 3. Alciatus reſponſo 109. num. 3. circa finem & ſeq. verſ. 2. ratio.* Quinimmò ipſemet Ripa, iſtud idem clarè ſentit, dum reprobando Decium conſ. 12. ab eo allega-
91 tum, aduertit dationem in ſolutū, de qua tūc agebatur appoſitam in caſu inobſeruantiæ primæ, ac principalis obligationis factam fuiſſe non in pœnam debitoris, vt conſiderat *Dec. d. conſ. 12.* ſed potius illius fauore, ex quo Ripa infert nouationem factam fuiſſe contra Decium.

Tertiò reſpondetur, quod quatenus doctrina Ripæ cum eius præſuppoſito de iure ſubſiſteret, quod expreſsè ex ſupra dictis negatur, adhuc tamen non obeſſet, quia non poſſet applicari ad caſum, de quo agitur, ex quo pęna ſcutorum quingentorum, de qua in Chirographo nō fuit adiecta fauore vtriuſque, ſed vnius tantum, nempè fauore promiſſa ſeruantis, & pariter in odium vnius tantum ex contrahentibus videlicet, ex ſui parte contractum non implentis, vt apertè demonſtrant illa verba Chirographi. *Da pagarſi dalla parte man-*
92 *cante all' oſſeruante, & eſt tex. in l. 2. vbi Bald. in principio, & in l.ſi fundus §. eleganter, & in l. poſt diem ff. de leg. commiſſoria Paul. de Caſtro in l. prædia num. 6. in fine, de act. empti.*

Et prædicta eò magis procedunt in caſu noſtro cum pęnæ expreſſa mentio facta fuerit *Fulgos. in l.ſi pacto quo pœnam num. 4. verſ. hanc ſententiam C. de pactis. Felinus in cap. inter cæteras, num. 6. ad finem*
93 *verſ. octaua aduertentia, de reſcriptis. Alciatus reſponſo 109. num. 4. Siluan. conſ. 102. num. 32. ad finem verſ. dictum ergo Bald.*

Quibus ſic firmatis ſequitur, quod licuerit, & licet ſpect. Laurentio contractum ex ſui parte obſeruanti, & obſeruare parato, dictæ pęnæ ad eius
94 fauorem appoſitæ renunciare l.ſi quis in conſcri-
95 bendo, *& l. quod fauore C. de leg. cum ſimilibus.* Et conſequenter velle quod venditio perficiatur non obſtante oblatione pęnæ, vt habetur *in l. 2. & in d. l. poſt diem ff. de leg. commiſſoria & in l. prædia de act. empti & plene confirmat Ripa in l. ita ſtipulatus num. 64. verſ. quid igitur concludendum Thob. Nonius conſ. 38. num. 17.* Quibus accedit *Bald. in rubr. C. de his quæ*
96 *pœnæ nom. ie, num. 33. poſt principium* vbi pro regula tradit in contractibus per appoſitionem pęnæ non fieri nouationem, niſi volente creditore, & ſequitur *Socc. Nepos conſ. 41. num. 23* Et hoc pro indubitato admittunt omnes *DD. ſupra allegati num 73.* ad probandum, quod quando præcedens obligatio eſt contracta ex cauſa onerosa, tunc non nouatur per ſubſequentem ſtipulationem pęnalem, de quibus. In verſ. quia reſpondetur quod quicquid ſit, nec non admittunt etiam DD. ex aduerſo ſcribentes.

Nec dicatur quod cum contractus principalis fuerit factus in gratiam, & ad fauorem vtriuſque contrahentis, tanquam vltro vtroque obligato-
97 rius, ita etiam pœna debeat cēſeri appoſita fauore vtriuſque partis tāquā illius acceſſoria, *Socc. conſ. 27. nu. 21. lib. 4. Rimin. iun. conſ. 528. nu. 47. & 48.* Quia reſpōdetur, quod cū attētis verbis ipſius Chirographi, quā natura pęnæ ſuperius apertè probata, ſit

clarum

Digitized by Google

clarum quod ſemper pœna cenſetur appoſita ſo-
lum ad fauorem obſeruantis, & in odium contu-
98 macis inductiones, & argumenta tali caſu ceſſant
99 *ad tex. in l.ille aut ille, §.cum in verbis de leg.3. l.an-
cillæ. C.de furtis, cum ſimilibus*.

Nec dicatur quod imò illa adiectio pœnæ re-
fertur ad vtrumque ex contrahentibus, prout tam
100 vnus, quam alter poterat ex ſui parte implere, vel
non implere promiſſa, Et propterea hoc attento
rectè dici poſſe pœnam hoc caſu in fauorem &
odium vtriuſque fuiſſe appoſitam, quia hoc dupli-
citer tollitur.

Primò quia cum emptor, & venditor ex cauſis
101 diuerſis poſſent in pœnam incidere ob promiſſa
non ſeruata, prout vterque in Chirographo, de quo
agitur, ad diuerſa ſe obligauit, conſequens eſt vt in
pœna ſimpliciter appoſita reſpectu vtriuſque ſub-
intelligi debeat clauſula ſingula ſingulis congruè
referēdo, *iux.G. in l.generaliter in ver.a ſſi. uina, & in
verbo expectata, C.de rebus creditis. Dec.conſ.384.nu.6.
poſt princ. ver.illud ergo grauamen, & latè Aymo conſ.
98. num.11.* Quo ſtante non vna in effectu, ſed du-
plex fuit hic pœna appoſita in caſu inobſeruātiæ,
altera ſcilicet contra ſpect. Laurentium Vendito-
rem, altera verò contra ſpect. Petrum emptorem,
Vnde apparet neutrum dici poſſe fuiſſe adiectam
fauore vtriuſque partis cum quælibet ex eis ſit ſe-
paratim conſequenda vt diximus.

102 Secundò dicitur quod aliud eſt conſiderare pœ-
nam ab initio dū imponitur, Aliud vero poſtquam
eſt commiſſa, nam primo caſu admitti poſſet pœ-
nam pro vtroque, & cōtra vtrumque ex cōtrahen-
tibus fuiſſe appoſitam, cum æquè ad omnes illius
adiectio referatur, & ſecundum futuri caſus contin
gentiam euenire poſſit, quod tam vnus, quam al-
ter eam incurrat, vel exigat, Cæterum tamen in ſe-
cundo caſu, videlicet vbi commiſſa fuit per eum,
qui promiſſa non impleuit, nam tunc neceſſariò eſt
dicendum pœnam ipſius odium, ac ſolius obſer-
uantis fauorem continere, vt prædicta patent ad
ſenſum.

Vnde cum ad effectum inducēdæ, vel excluden-
103 dæ nouationis non ſit conſideranda impoſitio
pœnæ, ſed commiſſio illius, vt apertè decidit *tex. in
l.duo ſocietatem, ff.pro ſocio*, vbi habetur, quod cum
duo ſocietatem coijſſent Grammaticæ docendæ
ſibi inuicem promittendo lucrum, ſeu quæſtum
communicare adiecta ſimpliciter pœna etiam ad
vtrumque relata ſoluendi viginti in caſum inob-
ſeruantiæ, & dubitatum fuiſſet, nunquid altero
contrauueniente, obſeruans omiſſa petitione pœ-
næ agere poſſet ad obſeruantiam pacti, & ſic ſo-
cium cogere, vt ſibi quæſtum communicaret, fuit
à Iureconſulto reſponſum agi poſſe ad communi-
cationem quæſtus, & conſequenter nouationem
inductam non eſſe vt ibidem *Bart. & alij communi-
ter declarant*, Ex quo manifeſtè colligitur quod pœ-
na illa ſoluendi viginti, licet ab initio relata fue-
rit ad vtrumque contrahentium, tamen conſide-
rata poſt inobſeruantiam ſubſequutam, & ſic poſt
commiſſionem adiecta fuit ſolum fauore credito-
ris, ſeu implentis, non autem vtriuſque, cum alias,
ſi reſpiceret fauorem vtriuſque eſſet inducta noua-
tio. *iuxta doctrinam Ripæ in dicta l. ita ſtipulatus, nu-
mero 64. in 3.membro, ff.de verborum obligatione*, &
conſequenter licuiſſet ſolum ad pœnam agere, cu-
ius tamen contrarium apertè deciditur *in dicta l.
duo ſocietatem*.

Secundò hoc idem, quod in hac materia ſit con-
ſideranda pœna reſpectu illius temporis, quo pœna
ſit ſoluenda & ſic commiſſa fuit, patet ex exemplis
adductis per ipſum *Ripam in dicta l. ita ſtipulatus,
num.64.* & ſic in caſu quo ſupponit pœnam fauore
vtriuſque fuiſſe appoſitam, nam ſi aduertimus ad
duo exempla, quæ ibidem ab ipſo afferūtur vtrum-
que eorum manifeſtè demonſtrat fauorem pœ-
næ reſpectu tam vnius quàm alterius, ex contra-
hentibus conſiderari non poſſe, ex eo, quod ab
initio pęnæ impoſitio ad vtrumque referatur, ſed
ſolum ex eo quod eius ſolutio commodum vtriuſ-
que contineat, Quod indubitatum redditur ex eo,
quod tam in primo quam in ſecundo exemplo pę-
na ad vnum dumtaxat ex contrahentibus non au-
tem ad ambos refertur, cum in prima ſolus vendi-
tor ſubijciatur pęnæ in euentum non factæ tradi-
tionis, in tempore conuento. In ſecundo verò pę-
na reſpiciat dumtaxat Socerum dotem non ſol-
uentem, non autem generum, vt patet ex dictis
Ripæ loci.

Vltra quod ideo dici poſſet, in caſu Ripę pęnam
fuiſſe appoſitam fauore vtriuſque quia ſcilicet
104 ipſius ſolutio vtriſque erat vtilis, & fauorabilis
vt apparet ex caſu Decij *in conſ.12.* cuius exem-
plo innititur Ripa, prout conſiderant ferè om-
nes Doctores aduertendo vtile fuiſſe tam Socero,
quam genero quod quatenus in tempore Dos in
pecunia ſoluta non fuiſſet, fundus in ſolutum ge-
nero aſſignatus cenſeretur, vt poſt alios declarant
*So. iu. nepos conſ.41. num.9. ver.non obſtat, & num.14.
verſ. primo quia, & alibi paſſim l.3. & Alciatus re-
ſp. conſ.109. nu.3. ver. & ſecunda ratio*, Quod non eſt
in caſu noſtro, cum pœna ſcutorum quingentorum
reſpiciat ſolum fauorem obſeruātis, & odium con-
trauenientis vt diximus.

Et prædicta videntur carere difficultate in præ-
ſenti caſu attētis verbis Chirographi, dum fuit di-
ctum *Da pagarſi dall'a parte mancante all'oſſeruante*,
quia illa verba apertè conſiderant pœnam reſpe-
ctu exactionis, & ſic poſt illius commiſſionē, vt per
ſe conſtat.

Nec dicatur quod cū magis ſit expediens ſpect.
Petro Bocellæ ſoluere pœnam, quam promiſſa ſer-
uare, adhuc pœna prædicta reſpiciat illius fauo-
rem, Quia reſpondetur duobus modis primo ne-
gando vtile eſſe ſpectabile Petro ſoluere ſcuta
105 quingenta, nulla habita recompenſatione, vt
habetur *in §.pœnalis inſtitut. de action. & in l.ſeruus
ex lege de ſeru. exportand.* Vnde non poteſt agi de
aliquo fauore, aut eius vtilitate, ſed ſolum de ma-
iori, vel minori damno, vt per ſe patet.

106 Secundò reſpondetur quod non eſt conſide-
randus euentus, ſed quæ fuit partium intentio
107 tempore contractus, dum pęnam appoſuerunt
iuxta regulam, quæ ſe habet præſentem ſtatum at-
tendendum eſſe *ad l.plerumque vbi notatur, & l.vlti-
ma, §. ſed quia, C.commun. de legatis capit. ſi Iudex
in fine de excomm. in 6.* quæ partium intentio ſine
108 dubio fuit pœnam apponere in odium moroſi,

Digitized by Google

vt patet ex verbis Chirographũ iã ſæpius relatis, vt ſupra fuit oſtenſum, alioquin nunquam haberet
109 locum concluſio Bartoli, quam commun. DD. ſequuntur, quod nempè pœnæ adiectio poſt principalem obligationem oneroſam nouationem non induecar, quia ſemper induceretur ad voluntatem debitoris, quoties eum contraxiſſe pœniteret, & potius eligeret pœnam ſoluere, quam contractum implere, vt per ſe conſtat Et vlterius falſa eſſet regula, quam firmat *Baldus in rubrica C. de bis qua pœnæ nomine nu. 33. poſt principium* quem alij ſequuntur dum dicit in contractibus per appoſitionem pænæ non fieri nouationem, niſi volente creditore, quia deberet potius concipi affirmatiuè hoc eſt, Nouationem induci volente creditore, quorum vtrumque eſſent abſurdum, ac iuri contrarium.

110 Nec aliquid facere exiſtimauimus, quod dicebatur, Nouationem induci ex coniecturis ad *Gabrielem de nouat. concl. vnica, num. 57*. Et quod coniecturæ deducantur tum ex conſuetudine probata in foro mercatorum huius Ciuitatis, cuius conſuetudini partes ſe remeſerunt, quod ſoluta pæna non poſſit quis adſtringi ad factum, tum ex incom-
111 patibilitare pænæ cum obſeruantia contractus,
112 in cuius locum ipſa pæna ſubrogatur *vt per Surdum deci. 304. & 306.* Quia reſpondetur, quod quatenus recurrendum eſſet ad coniecturas, facile etiam ex eis ſuaderi poſſet, nouationem in præſenti caſu non fuiſſe inductam: nam poſt pænę ſtipulationem multa à partibus concorditer facta fuerunt, quæ ſolum tendebant ad effectuandam, & exequendam principalem conuentionem, à qua propterea eaſdem partes recedere noluiſſe dicendum eſt, cum preſertim dubitari non poſſit, quin eo tempore, quo conuenerunt, de huiuſmodi emptione, & venditione,
113 vtraque ex eis, ad ipſummet contractum potius affectionem haberint, quam ad exactionem pęnæ: quo caſu per appoſitionem pœnæ nunquam cenſetur facta nouatio, ſed potius videtur corroborata promiſſio ad tradita per *Rotam decis. 456. numero ſecondo parte 1. diuerſorum, & per Surdum conſil. 385. numero 15. 16. & 17. & bene ad propoſitum noſtrum facit Iacobus de Belloui s inter conſs. crimin. Zileti conſ. 2. numero 37. in fine, & numero 41. verſ. præterea lib. 2.*

Nec videntur obſtare coniectutæ exaduerſo ponderatæ, nam prima deſumpta ex aderta conſuetudine non ſubſiſtit cum de conſuetudine non conſtet vt infra oſtendemus.

Secunda autem de prætenſa incompatibilitate inter pænam & facultatem tributam ſpect. Laurentio cogẽdi ſpect Petrũ ad precium, cũ nouatio inducatur ex incompatibilitate *Hondedeus cons. 40. n. 7. l. 2. & Surdus conſ. 355. nu.* 18. pariter non ſubſiſtit. Quia omiſſis alijs, quæ dici poſſent reſpondetur, quod quatenus aſſerta incompatibilitas ſubſiſterer, ſolum conſiderari poſſet poſt exa-
114 ctionem, vt nempe venditor poſtquam pænam, vel præcium exegit non poſſit aliud etiam conſequi, non autem ante exactionem, videlicet ad effectum ne venditor poſſit horũ alterum eligere, vt in indiuiduo reſpectu nouationis, de qua nunc agitur, diſtinguit *Ripa in d. l. ita ſtipulatus, numer 65. & 66. verſ. circa vndecimum, & Maranta de tacitis, & ambiguis conu. lib. 17. tit. 5. num. 8. & ante eos Paul. de Caſtro in l. prædia, num. 8. & 9. de act. empti*, & hoc idẽ ſentit expreſsè *Baldus ſupra relatus in rubrica C. de his quæ pœnæ nomine, num. 33. poſt principium* dum dicit per appoſitione, pœnæ nouationem non induci, niſi volente creditore, & plura ad hoc nouiſſime cumulat *Marcabrunus conſ. 94. num. 164. vſque ad num. 169.* Quæ omnia confirmantur ex traditis ab eodem *Baldo in l. ſi pacto quo pœnam, num. 4. C. de pactis & ex alijs ſuperius adductis, num. 80. verſ. quia reſpondetur pluribus modis*, ex quo patet nullam incompatibilitatem allegari poſse reſpectu ſpect. Laurentii ad effectum, vt non poſſit eligere potius præcium, quam pęnam iuxta præmiſſa. Et nihi-
115 lominus coniecturæ debent eſſe claræ, & apertæ, vt ex eis inducatur nouatio *Abb. conſ. 78. in fine Afflictus dec. 44. num. 15. Appoſtillator ad Alex. conſ. 13. l. 2. Rota decis. 562. num. 1. par. 1. diuerſ. cum alijs per Barzium dec. 20. num 14.*

116 Nec obſtat quod cũ tam precium, quam pœna ſint in obligatione, & ſolutione, electio ſit tali caſu ſpect. Petri debitoris iuxta doctrinam Bartoli *in l. quamuis de pignoribus*, quia reſpondetur quod prædicta procederent vbi vtrumque ab initio eſ-
117 ſet in obligatione, non autem vbi alterum eſt in obligatione, alterum verò in conditione videlicet poſt eius euẽtum remanet in obligatione, quo caſu iſta non dicitur alternatiua promiſſio, *vt notat Gloſſ. & Bart. in l. ita ſtipulatus la grande de verb. oblig. & in l. 1. §. item & ſi ita ff. ad l. falcidiam*, quæ enim ſunt in condition e non ſunt in obligatione *l. ſi quis ſub conditione ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti vt l. cedere diem ff. de verb. ſignific.* Itẽ vbi vtra-
118 que obligatio eſſet æque principalis, non autem vbi altera eſt pænalis, & acceſſoria, vt in caſu noſtro *Bart. in d. l. Ita ſtipulatus de verborum oblig.*

Tandem illud nobis tollere viſum fuit omnem difficultatem, quia cum fuerit inter contrahentes in d. Chirographo *In ver. dechiarãdo nondimeno*, expreſſe conuentum, quod quatenus ſpect. Petrus infra Menſem Iulij anni 1614. precium declarandũ à peritis non ſolueret, eſſet in facultate ſpect. Laurentii, aut recedere à contractu venditionis, aut
119 eo firmo remanente cogere ſpect. Petrum ad ſolutionem antedicti præcii, ſumus in claris quod cum poſt mẽſem Iulii eſſet in facultate ſpect. Laurentii recedere à contractu, vel cogere dictum ſpect. Petrum ad ſoluendum præcium, pæna vltimo loco appoſita non poteſt intelligi appoſita fauore vtriuſque, ſed tantum ad fauorem ſpect. Laurentii, & in odium dicti ſpect. Petri, qui defecit implere pro parte ſua.

Nec dicatur quod cum in fine chirographi fuerit
120 adiecta pæna ſcutorum 500. in caſu inobſeruantiæ omnium in eo contentorum ex tali generali clauſula adhuc cenſeatur inducta nouatio, quia reſpondetur hoc dici non poſſe ex duobus, primò
121 quia generalis prouiſio non refertur ad ſpecialiter diſpoſita, nec eis derogat *l. doli clauſula de verborum obligatione l. Sanctio legum de pœnis l. in toto iure de reg. iuris & cap. generi eodem titulo.*

Secundo quia cum ex præmiſſis pateat partes ex-

expreſsè conueniſſe, vt hoc caſu ſic eligente ſpect.
Laurentio contractus venditionis ſubſiſtat, & effe-
ctum ſortiatur, ex hoc infertur de nouatione agi
122 non poſſe, quia nouatio locum non habet, vbi
eſt actum quod prior obligatio duret *l. qui vſumfru-
ctum, de verb. oblig. gl. & DD. in l. Valerianus de præto-
rijs ſtipulationibus. Socc. in l. 2. num. 43. ad l. Falcidiam
Gozzadinus conſ. 38. num. 2. quem refert, & ſequitur Ga-
briel de nouationibus concluſ. 1. num. 56.* & ex hoc no-
uationem omnino excludi dicit *Rota deciſ. 30. nu. 2.
verſ. tum quia par. 2. diuerſ.*

Nec dicatur quod cum dicta ſcutorum 500.
123 fuerint non ſolum poſita ad terminandum pœ-
nam, ſed etiam ad declarandum expenſas, & inte-
reſſe, iſta pœna non ſit propriè pœna, ſed aſſum-
pſerit naturam intereſſe, ad tradita *per Rotam Bo-
non. deciſ. 148. nu. 18. 19. 20. & 21. in nouiſſimis*, & pro-
124 pterea nouatio tanto facilius debet cenſeri in-
ducta iuxta tradita *per Caſtrenſ. conſ. 295. num. 3. l. 2.
Alciatus conſ. 109. per totum cum alijs per eos relatis*
Quia reſpondetur quod etiam *Bart. in d. l. ita ſti-
pulatus, nu. 33.* qui eſt comm. receptus *vt ſupra oſten-
dimus, num. 73.* loquitur quando ſtipulatio pœnalis
125 fuit appoſita pro totali intereſſe, & nihilominus
concludit quod in oneroſis, prout hic, non cenſetur
inducta nouatio, & ſequitur *Cumanus conſ. 143.*

Et conſequenter licet in calculo ferendæ ſen-
tentiæ fuerit oblata integra ſumma ſcutorum 500.
inter dd. partes taxata, & conuenta pro damnis
expenſis & intereſſe, adhuc in tali oblatione nul-
lum fundamentum fieri poſſe exiſtimauimus tum
126 ex prædictis, tum etiam, quia ſumus in ſimplici re-
curſu, qui ex eiſdē actis factis corā iudice à quo om-
nino iuſtificari, & cognoſci debet Francus in cap.
vt debitus de appellationibus, & ibi *Io. Anton. de
Sancto Georgio num. 36. cum alijs per Magonium deciſ.
69. nu. 24. & Lepidum deciſ. 76. in principio.*

Et hæc dicta ſint pro euacuando tertio funda-
mento partis.

Reſponſiones ad quartum fundamentum.

NEc obſtat tandem, quod cum dd. ſpect. con-
trahentes in fine Chirographi declarauerint
Conuentionem inter ipſos initam intelligi debere
bona fide, & mercantiliter, & in proceſſu ſex Mer-
catores principaliores depoſuerint in hac ciuitate
inter Mercatores adeſſe hanc cōſuetudinem, quod
ſolutione pœnæ eiuſue oblatione non tenetur pro-
miſſor ſtare conuentioni, ſed ab ea recedere poteſt,
adhuc ſpect. Petrus non poſſit cogi ad obſeruan-
tiā principalis obligationis, de qua agitur, ex quo
127 obtulit pœnam cum nulla ſit maior iuſtitia quā
conuentiones, & pacta ſeruare *l. 1. ff. de pactis cum
alijs ſupra allegatis, nu. 6.* Quia reſpondetur pluribus
modis, & 1. Quod aſſerta conſuetudo non fuit pro-
bata eo modo, quo de iure requiritur, hoc eſt con-
128 currentibus requiſitis neceſſarijs, quæ plura ſunt,
vt tradunt *Doct. nes, & præcipuè Decius conſ. 214. nu.
2. Roland. conſ. 2. nu. 119. & ſeq. lib. 1. & conſ. 13. l. 4.
& nouiſſime Menoch. conſ. 187. à nu. 57. vſque in finem*
129 adeo vt difficillima reputari ſoleat probatio con-
ſuetudinis, vt animaduertunt *ſcribentes poſt gl. in c.
fin. de conſuetudine.*

Ad hoc enim vt conſuetudo prædicta eſſet pro-
bata primo requirebatur, vt teſtes qui de ea depo-
130 ſuerūt deponerent de actibus particularibus. In
ſpecie, & nō in genere prout faciūt, dum dicunt ita
obſeruatum fuiſſe ab Illuſtri Officio abundantiæ
Muntionis & Stabilis, & ab alijs, nō ſpecificādo ca-
ſus, in quibus ſic obſeruatū fuit, prout requiritur,
qui propterea nō probant aſſertam cōſuetudinem
vt tradunt *comm. DD. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetu-
do Alex. conſ. 45. lib. 2. Decius conſ. 483. nu. 24. & conſ.
518. nu. 8. & 9. Decianus conſ. 28. ſub num. 9. & ſeq. l. 4.*
131 vbi dicit quod ad hoc vt conſuetudo ſit probata,
teſtes debent deponere de actibus non in genere,
ſed ſpecificè probando, tempus locum, & inter
quos fuit ſeruata & ſimilia, & ſequitur idem *De-
cian. conſ. 44. num. 29. l. 2. Aymo conſ. 134. num. 6.* vbi
plenè, & de comm. teſtatur *Ioannes de amicis conſ.
111. num. 1. & 2. verſ. non obſtat, & de magis comm.
Aldouinus conſ. 35. nu. 41.*

132 Secundò requirebatur quod teſtes deponerent
de conſuetudine in indiuiduo caſus, de quo agitur,
quod tamen non fecerunt, cum loquantur in caſu
ſatis à noſtro diuerſo videlicet, quando in ſcriptis
non adeſt clauſula rato manente pacto, vt clarè
dicunt in articulo 5. in illis verbis, *ſenza eſſer detto,
che non oſtante ſi paghi la pena ſtia ferma l'obligatione
dello ſcritto*, qui nō eſt caſus noſter, cum in caſu no-
ſtro adſit clauſula rato manente pacto vt legitur in
d. Chirographo in illis verbis ſæpe ſepius à no-
bis conſideratis videlicet. *Dechiarando nondimeno*,
dum ibi fuit dictum, quod quatenus ſpect. Petrus
non ſolueret intra menſem Iulij anni 1614. pre-
133 cium declarandum eſſet in facultate ſpect. Lau-
rentij, aut recedere à contractu venditionis, aut eo
firmo manente cogere ſpect. Petrum ad ſolutio-
nem antedicti precii, quod eſt omnino idem ac ſi
fuiſſet facta promiſſio ſub pœna cum clauſula rato
manente pacto, vt de ſe patet quod potiſſimum
dicendum eſt in caſu præſenti, in quo promiſſio fa-
cta fuit ſub fide, vt patet ex illa clauſula *à buona*
134 *fede*, quæ habet vim iuramenti, vt quicquid ex
eorum capite dixerint teſtes ex aduerſo examina-
ti bene probant *Bertazzolus in repetit l. ſi quis maior
q. 36. nu. 481. 482. & 501. C. de tranſact. Surd. deciſ. 225.
num. 2. & 234. cum alijs per Mancinum de vi & effica-*
135 *cie iuramenti par. 1. q. 7. per totum.* Et conſequen-
ter idem importat quod dicta clauſula, rato ma-
nente pacto, per ea quæ notant *ſcribentes in d. l. ſi
quis maior C. de tranſact. Seraphin. de priuilegio iura-
menti priuilegio 85. nu. 2. & Mancin. vbi ſupra par. 4.
effectu 48. num. 1.* Proinde cum ex his ſatis appareat,
teſtes deponere in caſu ſatis à noſtro diuerſo, reli-
136 quum eſt, quod quatenus aſſerta conſuetudo,
eſſet probata, adhuc non noceret ſpect. Laurentio,
cum conſuetudo vt diximus debet probari in in-
diuiduo caſus, de quo agitur *Alex. conſ. 196. num.
14. lib. 2. Aymo conſ. 171. nu. 14. & 197. num. 12. Curt.*
137 *Iun. conſ 26. num. 10. Natta conſ 600. num. 20.* con-
ſuetudo enim tantum habet potentiæ, quantum
actus, & non vltra *l. 1. §. ſi quis hoc interdicto vbi Bart.*
138 *not. ff. de itinere actuque priuato*, & non extenditur
de vno caſu ad alium *Natta conſ. 46. num. 2. Aymo*
139 *conſ. 30. num. 9.* Et quod ſit probanda in eadem
facti ſpecie concurrentibus eiſdem qualitatibus,
de qui-

Digitized by Google

de quibus in facto controuerſo *Oldradus conſ. 237. Anchar. conſ. 339. num. 8. Surd. deciſ. 131. numero 10.*

Nec obſtat quod teſtes dicant in ſcripto, de quo agitur, non adeſſe clauſulam rato manente pacto, quia hoc erroneè ſupponunt, vt apparet ex prædictis,

Tertiò quod in caſu noſtro nõ ſit probata aſſerta conſuetudo patet, quia cum agatur de inducenda
140 conſuetudine ex actibus interpolatis, non autem continuis, teſtes debuiſſent deponere de conſuetudine im memorabili, *vt per Decium conſ. 483. n. 26. & poſt eum & alios quos allegat Decianus reſponſ. 28. nu. 9. lib. 4* Proinde cum teſtes non loquantur de tempore immemorabili, meritò non poteſt dici aſſerta conſuetudo probata,

Quartò aſſerta conſuetudo non releuat, quia
141 non fuit probatum actus, ad quos teſtes ſe generaliter referunt factos fuiſſe iure conſuetudinis, & eo animo, & intentione, vt conſuetudo induceretur, quod tamen in iſta materia neceſſario exigitur *Abb. & alij in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſionis, & proprietatis, Anchar. conſ. 339. num. 3. verſ. 2. rationem Dec. conſ. 402. nu. 15. Rocchus de Curt. de conſuetudine, num. 364. & ſeq.* vbi illud ponit pro ſeptimo neceſſario requiſito ad probationem conſuetudinis *Trentacinqu. conſ. 15. nu. 17. verſ. 2. requiritur.*

Quinimmò cum ſtante concluſione alias firmata potuiſſent Officium Abundantiæ, & alij, de quibus loquuntur teſtes, cogere illis in caſibus debitores ad obſeruantiam contractus, vel ab eis pœnam exigere, aut recipere, iſtud efficit, vt appareat potius actum receptionis pœnæ factum fuiſſe non
142 iure conſuetudinis, ſed pro arbitrio agentium quia ſic elegerunt eo caſu, & ita ſibi expedire putauerunt, vt in indiuiduo ſic inferendo, ponderat *Rocch. vbi ſupra nu. 365.* vbi firmat Regulam, quod non dicitur aliquid factum, vel non factum iure conſuetudinis, vbi facere vel non facere conſiſtebat in poteſtate, ſeu arbitrio agentis, aut nõ agentis vt per eum ibi, qui nu. 413. dicit conſuetudi-
143 nem non induci per abſtinentiam ab actu quem quis ad libitum poteſt facere, vel non facere, cuius dicta optimè confirmantur *per Bartolum in l. cum de in rem verſ. col. vlt. de vſuris Abb. in cap. ex parte num. 7. de conceſſione præben. Iaſon. in l. quo minus, num. 28. ff. de fluminibus, Natta conſ. 106. num. 9. ad finem. Aymon conſ. 765. num. 14. Morot. conſ. 34. ſub num. 5. Ioannem de Amicis conſ. 111. num. 15. Dec. conſ. 215. nu. 4. verſ. 6. & vlt.* qui pariter in hac materia conſiderat actus volũtarios, vt per eum, quem ſequitur Trentacinque in loco ſuperius allegato, & ad idem adducitur. *Ripa in d. cap. cum Eccleſia Sutrina num. 50* vbi conſiderat, quod in iuribus negatiuis ſem-
144 per actus præſumuntur fieri iure facultatis *& Rolandum conſ. 9. nu. 17. l. 2. vbi eandem doctrinã refert, & ſequitur.*

Et licèt prædicta vel ſatis, ſuperque ſufficiãt ad oſtendendum de prædicta aſſerta cõſuetudine non conſtare, nihilominus ex abundanti dicimus, aſſertam conſuetudinem non fuiſſe probatam ex eo, quia teſtes non deponunt de contradictione ex-
145 traiudiciali creditoris, ſeu illius, cui adimplendum erat, quæ ad inducendam aſſertam conſuetudinem erat neceſſaria, cum agatur de inducenda conſuetudine ex actibus negatiuis, videlicet quod non poſſit adſtringi ad factum, quando ſoluitur pœna. *Bart. poſt gl. in l. qui luminibus ff. de ſeruitut. & in l. 1. C. e. d. tit. vbi Bald. num. 8. Paul. de Caſtro conſ. 205. num. 2. verſ. & iſta facultas l. 2. Cæpolla de ſeruitut. vrb. prædiorum cap. 50. num. 2. Iaſon. in l. quominus num. 31. ff. de fluminibus Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina, num. 50. & ſeq. de cauſ. poſſ. & proprietatis Barzius deciſ. 98. nu. 14. Cotta deciſ. 393. Abb. in cap. Abbate num. 5. de verb. ſignific. Alex. conſ. 136. num. 19. lib. 2. & conſ. 6. num. 2. l. 5. & conſ. 73. num. 8. l. 6. Aretinus inſtituta de iure naturali gentium, & ciuili §. ex non ſcripto num. 13. late Aymon conſ. 765. num. 14. Trentacinqu. conſ. 15. num. 17. verſ. 3. requiritur & verſ. ex his infertur l. 1. Facchineus conſ. 26. nu. 14. verſ. poſtremo l. 1. Pereg. in conſ. 21. nu. 17. 18. & 19. & 20. l. 2. Maſcard. concluſ. 424. num. 3. verſ. oportet etiam, cum alijs per Gratianum in deciſ. Marchiæ 148. num. 2. & Menochium var. reſ. l. lib. 2. cap. 100. num. 6. & 7.* quibus in locis prædicti DD. conſiderant ceſſante tali contradictione cenſeri poſſe ſic actum fuiſſe de voluntate creditorum. Vnde ſuccedit alia
146 concluſio, quod in facultatiuis ex non facto non inducitur conſuetudo, niſi quoad illum actum, non autem conſtitui ſtatum quoad ius non faciendi in futurum, vt bene *Faber. conſ. 102. Incipit nobilis quidam, num. 2. in fine verſ. ad vltimum Innoc. in cap. quarelam, num. 3. in principio de elect. & ibi Compoſtellanus in princ. in gl. de nouo Abb. conſ. 54. num 3. verſ. quia negligens lib. 1. Decius conſ. 534. num. 11.*

Et prædicta eo magis procedere in caſu no-
147 ſtro viſa fuerunt ex quo agitur de introducenda conſuetudine iur. contraria, quo caſu non eſt dubium requiri ſaltem contradictionem extraiudicialem *Maſcardus vbi ſupra Morot. conſ. 34. nu. 5. Surdus conſ 393. num. 24. & 25. verſ. & hoc caſu Lepidus deciſ. Lucenſ. 32. in fine vbi loquitur de conſuetudine contra ſtatutum.*

Nec dicatur quod prædicta procederent vbi ageretur de introducenda conſuetudine contra legem, non autem contra communem opinionem, quia vltra quod dicta communis opinio eſt fundata *in l. prædia ff. de act. empti & in l. duo*
148 *ſocietatum ff. pro ſocio & alijs pluribus legibus, de quibus diximus ſupra num. 73.* & ſic agatur de derogando legi, adhuc dicimus communem opinionem
149 haberi pro lege *Gallianl. in repetit l. Centurio de vulg. & pupill. num. 291.* & venit etiam appellatione legis in diſpoſitione de lege loquente *Berous conſ. 91. nu. 16. & 17. l. 2. Gratus conſ. 77. nu. 4. l. 2. Decianus conſ. 70. num. 14. l. 2.* Et conſequenter ſicut vbi agitur de introducenda conſuetudine deroga-
150 toria legis requiritur extraiudicialis cõtradictio, ſic etiam eſt neceſſaria extraiudicialis contradictio vbi agitur de inducẽda conſuetudine contraria comm. opinioni ex allegatis.

Et quidẽ meritò nam alias ſequeretur, quod lex tolleretur per non vſum, quod DD. non admittunt, cum legi non poſſit derogari per non vſum, ſed ſolum per vſum contrarium, vt tradunt comm. om-
151 nes ſcribentes in l. de quibus de legibus, *Nattæ*

conſ.

Digitized by Google

conſ.56.in fine Caballus conſ.6.num.11.l.2. Gratianus
dec. Marchiæ 148. num.8.

Nec obſtat, quod Bart.in l.2.num.20.C.quæ ſit lõ-
ga conſuetudo, & Salicetum in l.1.numer.18. C.eodem
152 dicant etiam in actibus negatiuis & facultatiuis
contradictionem non requiri, quia reſpondetur
quod Bart.& ſequaces non loquuntur in caſu no-
ſtro, ſed in cõſuetudine inducta à populo, vel ma-
iori parte illius, qui habet facultatem legis con-
153 dendæ, quo caſu nil mirum ſi non requiratur cõ-
tradictio, cum contradicentes non potuiſſent im-
pedire inductionem conſuetudinis, vt conſiderant
Bart. & Salicetus in locis ſupra allegatis, qui non eſt
caſus noſtro cum nos agamus de cõſuetudine par-
ticulari Mercatorum, quæ requirit contradictionẽ
ſaltem extraiudicialem, vt ad literam ſic decla-
rando doctrinam Bartoli diſtinguit Salicetus in d. l.
1.num.18.ver.mihi videtur, C. quæ ſit longa conſue-
tudo, & nouiſſime Facchineus d.conſ.26.num.14.ver.
poſtremo lib.1.

Tandem dicimus tradita per Bartolum, & alios
ipſum ſequentes non procedere in his, quæ ſunt
facultatis, ſeu pẽdent ex arbitrio, & poteſtate agẽ-
154 tium, nã his caſibus conſuetudinem ſimpliciter
ex actibus voluntariis non induci exclamat vbi-
que DD. omnes, & hanc partem ſequitur ipſimet
Bart.in l.cum in rem verſo col.vlt.de vſuris, quem ple-
rique in propoſito ſequuntur & late tradit Balbus de
præſcript.4.par.5. principalis quæſt.1.per totam Gratia-
nus in ſuis diſceptat. forenſibus cap.88.num.14.& 15.
par.1.& latius cap.298.num.10.par.2.Bologn.con.22.
num.23.l.2.Qui fatetur, hanc opinionem veram eſ-
ſe & communem non obſtante, quod ipſius alio-
quin intereſſent contrariam partem ſubſtinere, &
omnium pleniſſimè Surdus conſ.127.à num.17.verſ.
horum tamen, vſque ad num.27. vbi in fine teſtatur
de receptiſſima omnium ſententia, & nouiſſime
Caballus qui rem iſtam elegantur explicat in relato conſ.
6.num.16.l.2.Quorum plerique afferunt caſus vbi
duo Molendina ſeu duo furni extabant in loco, &
non modò particulares ſed etiam populus ipſe pro
155 maiori parte, vno dumtaxat ex eis, alſi luc per
longiſſimum temporis ſpacium vſus fuerat, con-
cludentes ex huiuſmodi vſu ſeu conſuetudine al-
tero non vtendi nõ induci neceſſitatem, ſeu reſtri-
ctionem habere poteſtatis eiuſdem populi, vel
particularium quin poſſent pro libito ſuæ volun-
tatis vti altero Furno, ſeu Molendino, vt per eos ex
quibus tollitur quod incidenter in propoſito furni
ſeu Molendini tradit Franc. Marc. deciſ.584.num.2.
156 par.2.cum in hoc contra eum extet comm.opinio. Non
enim ex eo quod quis non fuerit vſus facultate ſi-
bi conceſſa inducitur conſuetudo non faciendi
Abb.in cap. ad noſtram num.10. vbi Dec. num.6. verſ.
vlt. de confirmat. vtili vel Inutili Rebuffus de pacif.
poſſeſſoribus num.335.Rota dec.778. num.5. par.1.di-
157 uerſorum & meritò, quia ſic conſuetudo induce-
retur ſine actibus poſitiuis, & tamen multiplicitas
actuum in ea inducenda deſideratur Decius conſil.
483.num.24.& conſ.402.num.14.Natta con.522.nu.
35.l.3.Franc.Marcus dec.255.lib.1.

Et propterea quod ex diuturna non ſolutione
158 collectæ non inducatur libertas nõ ſoluendi, niſi
probetur requiſitio, & denegatio reſpectiuè, quic-
quid dixerit Aymo conſ.111. num.21. tenuerant
vltra alios ſupra allegatos Angelus conſ 337. num.
7.in medio, & num.8.Pariſ. conſ.25.num.109. verſic.
inter quæ neceſſarium lib.1. & late probat Hyppolitus
Riminaldus conſil.10.num.28.& ſeqq lib.1.vbi vali-
diſſimè reprobat Aymonem in d. conſ.111. dicendo
159 Aymonis authoritati ſatis in hoc detrahi, cum
conſuluerit in cauſa propria, & Riminaldum ſe-
quuta eſt Rota Romana in vna Seguntina Mediæ
Annatæ 16. Iunij 1591. coram R.P.D.Litta.

Applicãdo itaque præmiſſa ad caſum noſtrum
dicimus, quod cum de iure poſſit creditor contra
debitorem eligere pœnam, vel obſeruantiã cõtra-
ctus, vt aliàs ſupra firmauimus nõ poteſt dici, quod
ex eo quod plures Mercatores per longum tempo-
160 ris ſpacium abſtinuerint à prætendenda obſer-
uantia contractus, & pœnam receperint ex hoc li-
bera poteſtas ipſorum ſeu aliorum reſtricta fuerit,
quominus ad libitum poſſent quocunque tempo-
re in caſibus occurrentibus vti facultate ſibi à iu-
re conceſſa, ac malè potius contractus obſeruan-
tiam, quam ſolutionẽ pœnæ, vt neceſſariò conuin-
citur ex iam dictis.

Nec obſtat quod prædicta procederent in me-
ra facultate & non in facultate procedente ex cõ-
161 tractu, prout hic ad tradita per Rolandum.conſ.21.
num.51. l.2.& Menochium conſ.143. nu.18. & 29.
quia reſpondetur negando ſuppoſitum, ſi quidem
162 facultas eligendi pœnam, vel precium non pen-
det ex ſolo contractu inito inter partes, ſed à iuris
diſpoſitione, ſecundum quam creditor poteſt ad
ſui electionem vnum, vel aliud prætendere, & hoc
eſt poſitum in libera eius facultate, vt oſtendi-
mus.

Vltra quod Menoch.d. conſ.143.num.28. non lo-
163 quitur in terminis facultatis, ſed iuris compe-tẽ-
tis, inter quos caſus eſt maxima differentia, præ-
ſertim ad effectum, de quo agitur, ſi quidẽ ius di-
164 citur vbi mediante acta aliquid acquiritur, quod
165 antea non competebat, facultas vero conſidera-
tur in acta, quo mediante ius quod prius compe-
166 tebat conſeruatur reſpectu facultatis. Quod
attinet ad ius conſuetudo, ſiue præſcripto induci
167 poteſt reſpectu vero facultatis numquam indu-
cuntur, vt magiſtraliter declarat Bartol. quem com-
muniter DD. ſequuntur in l.1.col.2.verſ.iuxta præ-
dicta de condict.ex lege, & late proſequitur Balb.de præ-
ſcript.in 4.par.5.principalis quæſt.1.nu.3.& 4.verſ. ſed
opere pretium eſt intelligere, & hãc diſtinctionem ſe-
quitur & plenè exornat idem Menoch. vbi ſupra
Nos autem verſamur in facultate, vt ſupra oſten-
ſum fuit & aperta ratione probatur, quia credi-
tor poſt contractum ſtatim acquirit ius agendi ad
pœnam, vel ad illius obſeruantiam, vnde actus v-
num vel alterum eligendi, ſeu conſequendi per-
tinet ad conſeruationem iuris iam quæſiti, & con-
ſequenter pendet à mera facultate, vel voluntate
creditoris ſic eligentis, Diuerſum autem eſt vbi ex
acta, qui exercetur, licet voluntarie, ius acquiri-
tur, vt euenit in agnitione, ſeu aditione hæredita-
tis delatæ, & in alijs exemplis adductis per Bartol.
Balbum & Menochium vbi ſupra. Vnde tantum
abeſt quod authoritas Menocchij obſtet, quod
imo retorquetur, vt patet ex prædictis.

Ad il-

Digitized by Google

Ad illud autē, quod vltimo loco dicebatur nos non verſari in conſuetudine negatiua ſed affirmatiua, cum ſolutio pœnæ ſit actus affirmatiuus. Reſpondetur quod cum pars aduerſa fundet intentionem ſuam in prætenſa conſuetudine reſpectu actus negatiui, & ad effectum probandi ex ea, quod non liceat ſpect. Laurentio prætendere cōſequutionem precij, ex eo, quod ſecundum eam dicebat conſuetum eſſe per oblationem, ſeu ſolutionem pœnæ precium non poſſe prætendi, ex hoc
196 ſatis patet quod in propoſito agitur de actibus negatiuis & de conſuetudine reſpectu actuum negatiuorum, nec non etiam ad effectum, vt ex non actibus ſiue ex abſtinentia ab actu conſuetudo inducatur vt per ſe patet, in quibus terminis intrant omnia ſupra allegata ad effectum excludendi inductionem conſuetudinis ex aduerſo prætenſæ iuxta præmiſſa.

Atque cum ex his clare appareat in aſſerta conſuetudine nullum poſſe fieri fundamentum, meritò fuit capta reſolutio ad fauorem ſpect. Laurentij.

Ambas verò partes ab expēſis abſoluimus pro-
170 pter difficultatem articulorum ad tradita *per DD. in l. properandum §. ſin autem alterutra C. de iudicijs cum ſimilibus.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA ANGELAE SYLVESTRI Pieraccij cum Michaele filio olim Sanctis Matthei de inſula Lunata & Ioanne, & Baptiſta eius fratribus.

ARGVMENTVM.

Statutum de præſcriptionibus an habeat locum in dote viuente marito?

SVMMARIVM.

Hæres conuenitur, & obligatur cum contractu quo tenebatur defunctus, num. 1.

Satisfactus præſumitur, qui ceſſauit per ſpatium 20. annorum inter abſentes in petendo ſuum creditum, vbi debitor iurat ſoluiſſe. Iux. diſpoſitionem ſtatuti Lucenſ. 6 r. l. 1. num. 2.

Statutum Lucanum 6 r. l. 1. mandans probari ſolutionem per iuramentum debitoris, vbi eſſet lapſum decēnium inter præſentes & viginti inter abſentes, procedit in debitoribus principalibus, & eorum heredibus tantum, non autem in eorum fideiuſſoribus, num. 3.

Dictio taxatiua, tantum, excludit caſus ſimiles, quando ſunt contra Ius commune, & agitur de materia odioſa, num. 4.

Fideiuſſores debitoris principalis iurantes creditum ſoluiſſe, non liberantur, quando obligatio debitoris extinguitur iure ciuili, & non naturali, num. 5.

Solutio à comm. accidentibus ſolet fieri à principali debitore & non à fideiuſſore, num. 6.

Statutum Lucanum 61. lib. 1. non habet locum, niſi quando ſumus in dubio, an debitum ſit ſolutum, num. 7.

Solutio dicitur facta vbi inſtrumentum reperitur cancellatum, num. 8.

Dos vbi eſſet ſoluta non ſolum inſtrumentum reperiretur cancellatum, ſed quod magis eſt Dos fuiſſet conſtituta, ſciretur que de illius conſtitutione, & factum eſſet mulieri vt moris & inſtrumentum pro reſtitutione, d. nu. 8.

Præſumptio ſolutionis deſumpta ex diuturnitate temporis eliditur, quando ex coniecturis apparet, non conſtare de ſolutione, num. 9.

Statuta de præſcriptionibus non vindicant ſibi locum in dote viuente marito, num. 10.

Etiam in dote promiſſa, num. 11.

Iuramenta quæcunque quandocunque ante ſententiam à iudice præſtari poſſunt, num. 12.

Intellige ſi debito tempore ante conclusum in cauſa petita ſint, num. 13.

Nullum quod eſt nullum producit iuris effectum, num. 14.

Ab expenſis abſoluitur qui habebat primam ſententiam pro ſe, num. 15.

DECISIO LII.

Dominus Illuminatio, mea.

DVximus Michaelem Mariani, & eius fratres condemnandos eſſe ad ſoluendum Angelæ & Siluestro Pieraccini eius viro ſcuta quadraginta pro eius dote, quia de obligatione Sanctis eorum aui conſtabat per publicum inſtrumentum. Vndè cum ipſi ſint hæredes dicti Sanctis eorum aui, & Mariani eorum patris, vt patet ex tēſtibus, de quibus in proceſſu, reliquum eſt quod ipſi teneantur ad ſoluendam dictam dotem,
1 cum hæres conueniatur, & obligetur eodem contractu, quo tenebatur defunctus *Bart. in l. de eo ff. de iudicijs Decius in l. qui cum alio num. 7. verſ. & hoc verum ff. de reg. iuris.*

Nec obſtat quod ſtante quod dd. iugales ceſſa-
2 uerint per ſpatium 24. annorum in petēdo dictam
dotem, ex diſpoſitione ſtatuti 61. lib. 1. præſumantur ſatisfacti, maximè ſtante quod rei conuenti iurauerint ſoluiſſe, vt diſponitur in eodem ſtatuto,
3 quia dictum ſtatutum loquitur de principalibus,
& eorum hæredibus tantum, & non de fideiuſſoribus, & eorum hæredibus, prout agitur in præſenti caſu, cum Sanctes non eſſet principalis debitor Dotis, ſed ex promiſſor, & fideiuſſor illius, vt patet ex inſtrumento dotali *Alex. conſ. 73. lib. 6. Magon. deciſ. 60. num. 27.* Et hoc non ſolum quia eſt odioſum, & contra ius commune, ſed etiam quia vtitur dictio-
4 ne taxatiua tantum, quæ excludit caſus ſimiles,
quando ſunt contra ius commune, & agitur de materia odioſa *l. vltima C. de patribus qui filios diſtraxerunt, & tradunt DD. & præcipuè Iaſon in l. ſi mora, num. 5. ff. ſol. matrim. vbi latiſſimè cum alijs per D. n. in cap. in argumentum de reg. iuris in 6.*

Et in puncto quod fideiuſſores non comprehen-
5 dantur in tali ſtatuto patet ex eo, quia fideiuſſores
debito-

Digitized by Google

totis principalis iurantes creditum ſoluiſſe non liberantur, quando obligatio debitoris extinguitur iure ciuili, & non naturali, vt eſt tex. apertus *in l. vlt. ff. de iureiurando*, Vnde cum in caſu noſtro hæredes Sanctis nõ liberentur iure naturali, ſed iure ciuili ratione adiunctæ præſcriptionis, & propterea ad ius iurandum petat admitti, ſequitur quod non comprehenditur in tali ſtatuto, & quidem op-
6 tima ratione cum à communiter accidentibus ſoleant ſoluere debitores, & non fideiuſſores.

Secundò dicimus dictum ſtatutum non habere locum, niſi quando eſſemus in dubio an debitum eſſet ſolutum, *vt per Romanum conſ. 112. & Paul. de Caſtro conſ. 162. l. 1.* Vnde cum in præſenti caſu tantum abſit, quod ſumus in dubio an fuerit ſolutum, quod immo aperte conſtet de nõ ſolutione per inſtrumẽtum, quod reperitur penes dicto Iugales nõ
8 cancellatum, quia ſi facta ſolutio fuiſſet nõ ſolum inſtrumentum reperiretur cancellatum, *Iux. notata in l. labeo ff. de pactis*, ſed quod magis eſt dos fuiſſet conſtituta, ſe reſtitque de illius conſtitutione factumque fuiſſet mulieri, vt motis eſt inſtrumentum pro reſtitutione, de quibus cum nõ appareat in præſenti caſu, certe non poteſt eſſe locus diſpo-
9 ſitioni dicti ſtatuti, cum præſumptio ſolutionis deſumpta ex diuturnitate temporis elidatur quando ex coniecturis appareret non conſtare de ſolutione ad tradita *per Nattam conſ. 358. num. 13. & Oaded. conſ. 39. num. 71. & ſeq.*

Tertiò, quia huiuſmodi ſtatuta non vendicant
10 ſibi locum in dote viuente marito ad notata *per DD. in l. in rebus §. omnis C. de iure dotium, & in l. cum notiſſimi §. illud C. de præſcript. 30. annorum &* poſt alios tradit *Bonius de ſtatutaria vbis præſcriptione glo.*
11 *3. num. 1. vbi num. 8. ampliat procedere etiam in dote promiſſa.*

Nec obſtat, quod dictus Michael, & eius fratres iurauerint ſoluiſſe, quia cum dictum iuramentum fuerit nulliter præſtitum, tum ex prædictis, tum
12 quia non fuit petitum in tempore, ex quo fuit petitum in calculo ferendæ ſententiæ, quod fieri non poterat, nã licet quæcũque iuramenta quandocunque ante ſententiam à iudice, præſtari poſſunt *l. fin. in princ. C. de rebus creditis*, hoc tamen procedit ſi debito tempore ante concluſum in cauſa petitum ſit, *vt poſt Fulgos. con. 145. tradit Magonius d. deciſ. 60.*
14 *num. 19.* tum etiam quia non apparet præceſſiſſe interrogationes, & diligentias de quibus *per Ca-*
15 *ſtren. conſ. 62. poſt medium lib. 1.* certe in dicto iuramento nullum potuit fieri fundamentum cum nullum quod eſt, nullum producat iuris effectum *argumento l. eius qui in prouincia, ff. ſi certum petatur.*
16 Dictum autem Michaelem & eius fratres ab expenſis abſoluimus, quia habebat primam ſententiam pro ſe, ad tradita per *Rotam deciſ. 770. par. 1. diuerſorum.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. IO. PIERI DE GIO Pieris cum tutoribus D. Ioſeph Ioanni Pieri,

ARGVMENTVM.

Laudum à partibus approbatum an ſit exequendum.

SVMMARIVM.

Laudum eſt exequendum vbi fuit à partibus approbatum, num. 1.

Laudum eſt nullum ex defectu iuriſdictionis qnando per arbitros non fuit ſeruata forma compromiſſi, num. 2.

Contra laudum non poteſt opponi niſi infra tres dies, numero 3.

Laudum vbi eſt à partibus approbatum nõ poteſt amplius de illius validitate dubitari, cum valeat in vim laudi, ſeu ſententiæ, nnm. 4.

Acceptatio, & emologatio laudi operatur vt laudum quamuis nullum, valeat in vim pacti, num. 5.

Defectus ſolutionis datiæ in materia laudi debet opponi infra tres dies, quod ſi fuerit oppoſitas poſt illos tres dies ampluis attendi non poteſt, num. 6.

Minor debet in integrum reſtitui, & pendente iudicio admittitur ad ſoluendum datiam, nnm. 7.

Et hoc ſiue agat, ſiue conueniatur, num. 8.

Minori habenti Tutorem non conceditur reſtitutio niſi diſcuſſo tutore, nnm. 9. & 15.

Minor non reſtituitur in integrum, niſi in ſubſidium, numero 10.

Multi tamen Doctores tenent minores indiſtinctæ reſtitui in iudicialibus etiam in his, quæ à tutoribus in iudicio geſta, vel omiſſa fuere, num. 11. & 14.

Et hoc tam ante, quam poſt litem conteſtatam, nu. 12.

Minor non reſtituitur in integrum contra inſtantiam peremptam, & hoc eſt ſpeciale in inſtantia perempta, & ita loquitur tex. in l. properandum §. fin. C. de iudicijs, num 13. 14. & 15.

Licet DD inter ſeſe controuertant an poſſit minor in integrum reſtitui, niſi prius agat contra tutorem contra quem poteſt regreſſum habere, nihilominus magis comm. conueniunt in Minoris eſſe electione an velit contra tutorem habere regreſſum, vel reſtitui in integrum malit, num. 16.

Minor non reſtituitur niſi ſit læſus, ne facilitate propria, nnm. 17.

In omiſſis in iudicijs per tutores alia læſionis probatione non eſt opus, quia ex ipſa omiſſione apparet de læſione, num. 18.

Minor vt in integrum reſtitui valeat ſufficit, quod ſit læſus nec requiritur, quod ſit læſus facilitate, ſeu fragilitate propria, num. 19. & 20.

DECISIO LI.

Dominus illuminatio, mea.

EXEQVVTIONEM Laudi, de quo agitur, bene conceſſam à d. Iudice à quo iudicauimus, quia cum dictum laudum fuiſſet à partibus

tibus aprobatum, vt apparet ex publicis inſtru-
1 mentis, de quibus in proceſſu, nullæ aliæ erant par-
tes iudicis, niſi illud exequendi iuxta diſpoſitionem
ſtatuti 152. *l.1.& cap.Rotæ 57. verſ. & ſi dict. arbi-
trii in fine*.

Nec obſtat quod dictum laudum prætenderetur
nullum ex defectu iuriſdictionis, ex quo dictus ar-
2 biter diuiſit DD. Ioannem Petrum, & Ioſephum in-
ter ſeſe, ſi quidem ex forma compromiſſi debebat
illos relinquere in communione pro indiuiſo, quia
vltra quod hoc non verificatur in facto cum ex lau-
do ipſo pag. 10 & 11. legantur pro indiuiſo inter
ſeſe dimiſſi fuiſſe, adhuc dicitur dictam oppoſitio-
3 nem non potuiſſe attendi non ſolum tanquam fa-
cta extra tres dies à cap. Rotæ 55. in verſ. cum de-
claratione, præfixos, ſed etiam, quia cum dictum
laudum fuerit a partibus approbatum, vt ex pu-
4 blico inſtrumento apparet, non poteſt amplius de
eius validitate dubitari, cum valeat in vim laudi,
ſeu ſententiæ ſecundum communem opinionem,
de qua teſtatur *Parſ. conſ.46 num.14.& 15.lib.1.*

Nec obſtat quod dicebatur, laudum fuiſſe la-
tum extra inſtantiam, ex quo prorogationes non
fuerunt intimatæ, quia vltra quod hoc vidimus in
5 facto pariter nõ ſubſiſtere, adhuc omnis ambigui-
tas remouebatur ex acceptatione, & emologatio-
ne laudi à partibus facta, quæ vbi etiam nullũ ef-
fectum operata eſſet, vt in vim pacti validum cen-
ſeri deberet, *l 2.C.comm.vtriuſque iudicij, vbi DD. de
comm. Alex. in l. quod iuſſit, num.42. verſ. vnde Cin. de
re iudicata Socc. conſ. 105. num.4.& 5 lib.4. Gozzadin.
conſ.28. num.20. Afflictus deciſ 117. Rota Rom. deciſ.
512. num.1. par.1. diuerſ. Theſaur. deciſ. 253. num.5.
Merlin. deciſ.96. nu.45. cum alijs per Menochium conſ.
381. num.24 & ſeq. vbi pariter de comm. teſtatur.*

Nec obſtat quod dicebatur de Daria non ſolu-
6 ta, quia cum hæc oppoſitio non fuerit facta intrà
tres dies a cap. Rotæ 55. præfixos, vt ex actis appa-
ret, nec ideo in ea poterat fieri fundamentum
*Becc. conſ.40. num.5. & de communi Turrett. conſ 76.
num.20. lib.1.*

Secundò reſpondetur, quod cum actor eſſet mi-
7 nor debebat in integrum reſtitui, vt petijt, & cum
pendente iudicio datiam ſoluerit, non poteſt de
aliqua nullitate tractari quia minor reſtituitur in
integrum aduerſus omiſſa in iudicio *l. at prætor
§. ſolum, ibi ſed & in iudicijs de minoribus*, & hoc
8 ſiue agat, ſiue conueniatur, vt ibi cauetur, & in
ſpecie datiæ, ſeu Gabellæ non ſolutæ eſt *tex. in l. ſi
ex cauſa §. in commiſſum vbi DD. de minoribus Ferretus
de Gabella, num.235. vbi ex mente Bartoli in l.2. C. de
fundis patrimonialibus lib.11.* Inquit minorem reſti-
tui ſi infra tempus ſtatuti non ſoluerit Gabellam,
& ſequitur *Oddus de reſtit. in integr. q.64. num.13.*

Nec obſtat quod minori habenti tutorem non
9 concedatur reſtitutio, non diſcuſſo tutore *Odd. de
reſtit. in integrum q.22. per tex. in l. properandum §. fin.*
10 *C. de iudicijs*, cum minor nõ reſtituatur in integrum
niſi in ſubſidium *Coſta de remed. ſubſidiario remed.*
11 48. *num.3.* quia vltra quod Doctores indiſtinctè
tenent minorem reſtitui in iudicialibus, etiam in
his, quæ à tutoribus in iudicio geſta vel omiſſa
fuere vt patet ex *Franciſco Marco deciſione 516. num.
1.& 2. par.2.* quem refert, & ſequitur *Oddus de reſtit.
in integrum q.65. art.6. num 13. verſ. ſi vero tutor, &
q.64. per totam, & nu.13.* vbi idem tam ante quam
12 poſt litem conteſtatam *& tex. in d. l. properandum §.
fin.* loquitur in reſtitutione in integrum petita con-
13 tra inſtantiam peremptam, cuius reſpectu hoc ſpe-
ciale eſſe dicunt *Rolard. conſ 40. num.14. lib.3. Dec-
cius conſ.59. num.7.& 8.* vbi ſubdunt alijs in caſibus
14 ſecus eſſe, cum alijs *per Odd. de reſtitut. in integrum q.
88. nu.43.& 44.* vbi ſubdit, minorem in integrum
indiſtinctè reſtitui.

Adhuc dicitur, quod licet DD. inter ſeſe contro-
15 uertant, an poſſit minor in integrum reſtitui, niſi
prius agat contra tutorem, contra quem poteſt re-
greſſum habere, nihilominus magis comm. conue-
16 niunt in minoris eſſe electione, an velit contra tu-
torem habere regreſſum, vel reſtitui in integrum
malit, prout de magis communi teſtantur. *Becc.
conſ.59. nu.4.& 5. Burſattus conſ.253. num.46. Odd. de
reſtit. in integrum q 22. nu. 16. Turretta conſ.69. num.
52. l.1. cum alijs per Surdum conſ.95. num.22.*

17 Nec obſtat quod minor non reſtituatur, niſi ſit
læſus, ac facilitate propria. *Odd. de reſtitut. in integr.
q.23. art.7. num.27.& q.4. num.101.& ſeqq* quia re-
18 ſpondetur, quod in omiſſis in iudicijs per tutores
alia læſionis probatione opus non eſt, ſi quidem ex
19 ipſa omiſſione apparet de læſione, *vt poſt Franc.
Marcum deciſ.516 num.1 & 2 par.2. tradit Oddus de
reſtitut in integr. q.4. num.108.* vbi de communi. &
20 propterea non eſt verum, quod ſua facilitate, ſeu
fragilitate debeat eſſe læſus minor, vt in integrum
reſtitui valeat.

Atque ex his cenſuimus bene fuiſſe iudicatum,
& male recurſum.

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

---

*IN CAVSA DD. PAVLI, IACOBI ET
Aliorum del Fiore cum. Spect. Corte-
lano Orſucci.*

ARGVMENTVM.

Coniunctus pro coniuncto an comparere valeat
in iudicio in ijs, quæ requirunt ſpe-
ciale mandatum?

SVMMARIVM.

Nemo auditur ſine intereſſe, num.1.
Coniunctus pro coniuncto in iudicijs admittitur, num.2.
*Coniunctus pro coniuncto in iudicijs comparere non va-
let in illis quæ requirunt ſpeciale mandatum, num.3.*
*Iuramentum de calumnia requiritur in interpoſitione re-
curſus, num.4.*
*Ad iurandum de calumnia requiritur ſpeciale manda-
tum, num.5.*
*Recurſus interpoſitus à coniuncta perſona nomine coniun-
cti de-*

Digitized by Google

cti debet ratificari ab eo cuius nomine interpoſitus fuit, num.6.
Diſpoſita in appellatione habent locum etiam in recurſu, quia recurſus eſt ſpecies appellationis, num.7.
Contumax dicitur qui citatus non comparet, num.8.
Contumax nec per viam recurſus, nec alio modo audiri poteſt, num.9.
Verus contumax non appellat, num.10.
Verus contumax ſi appellat debet appellare intra decem dies numerandos à die latæ ſententiæ non autem à die ſcientiæ, num. 11.
Fictus contumax dicitur qui non fuit citatus in perſona, ſed ad domum ſuæ habitationis, num.12.
In ficto contumace tempus ad appellandum, ſeu recurrendum non currit, niſi à die ſcientiæ, num.13.
Contumax ex diſpoſitione ſtatuti 16.lib.1. dicitur qui citatus ad domum ſuæ habitationis non comparet in iudicio, num.14.
Verba clara ſtatuti tollunt omnem dubitationem, nu.15.
Ficto contumaci tunc demum currit tempus ad appellandum, ſeu recurrendum à die ſcientiæ, quando fuit citatus ad domum ſuæ ſolitæ habitationis dumtaxat, ſecus autem quando ne dum fuiſſet citatus ad domum ſuæ ſolitæ habitationis, ſed etiam ad eandem domum fuiſſet notificata, & intimata ſententia ipſa, quia tunc à die notificationis ſententiæ tempus ad appellandum ſeu recurrendum currere incipit, num.16.
Iudex iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus ab expenſis abſoluit, num.17.

DECISIO LIV.

Dominus illuminatio mea.

PRONVNCIAVIMVS benè iudicatum ad fauorem ſpectab. Coriolani Orſucci per D.Iudicem à quo, dum mandauit exequi ſententiam, de qua agebatur, & malè recurſum pro parte D.Pauli del bel Fiore. Quia aut dictus D. Paulus prætendebat impedire exequutionem dictæ ſententiæ pro omni ſuo iure, & intereſſe, aut tanquam coniuncta perſona DD.Marci, & Antonij ſuorum fratrum, & neutro caſu obtinere poterat.

Non quidem pro ſuo intereſſe, quia cum non legeretur condemnatus in dicta ſententia, nullum
1 in præſenti cauſa habebat intereſſe, & ſine intereſſe nemo auditur *l.1. ff.de appellat. recipiendis cum alijs per Surdum conſil.3. num.8. & conſ.137. num.5. lib.1.*

Nec tanquam coniuncta perſona ſuorum fra-
2 trum, quia licet coniunctus pro coniuncto in iudicijs comparere valeat, tamen hæc regula non pro-
3 cedit in his, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, prout requiritur in caſu noſtro. *Socin.conſ.120. num.4. & 5.lib.1. Carthar.deciſ.Genuen.54.nu.4. & 5.*

Quod autem in caſu noſtro ſit neceſſarium ſpe-
4 ciale mandatum patet, quia pro validitate recurſus neceſſarium eſt iuramentum de calumnia, & ad
5 iurandum de calumnia neceſſarium eſt ſpeciale, ac indiuiduum mandatum, *Bart. in l. in iſto ſacramento num.3. §.vlt. ff.de iuramento calumniæ.*

Et quando etiam iſte D.Paulus vti coniuncta perſona comparere potuiſſet nomine dictorũ ſuorum fratrum, tamen adhuc recurſus ab eo inter-
6 poſitus eſſet nullus, quia non fuit ratificatus à dictis ſuis fratribus, vt de iure erat neceſſarium, *Amatus deciſ.Rotæ Marchiæ 3. per totam ac præcipuè num.4. cum alijs per Lancellottum de attentatis c.12. limit.50.*
7 *num.63.* qui licet loquantur in appellatione à coniuncto nomine coniuncti interpoſita, procedunt etiam in recurſu, quia recurſus eſt ſpecies appellationis, ac omnia iura, quæ loquuntur in appellatione, procedunt etiam in recurſu *Aſſiſius deciſ.Lucen. 69.n.5. Barzius deciſ.114.nu.1. Magon.deciſ.Lucen.23. nu.2. cum alijs per Menochium de arbitr.iud.q.70.nu.7.*

Secundò dictus Paulus recurrere nõ poterat nomine dd.ſuorum fratrum, quia cum D.Margarita eorum mater, ac d. Paulus eorum frater fuerint citati vti eorum tutores, quatenus eſſent, ſeu vti propinqui, cum termino trium dierum ad dicendum
8 cauſam quare ſententia lata contra dd. Minores exequi non poſſet, & in dicto termino non comparuerint, nec aliquod oppoſuerint, dicti minores fuerunt effecti cõtumaces, qui propterea amplius, nec per viam recurſus, nec alio modo audiri poterant tam ex diſpoſitione ſtatuti 110. *lib.1.* in illis
9 verbis, quibus elapſis nullatenus audiatur ponderãdo dictionem illam nullatenus, quæ efficit quod parti contumaci omnis via agendi ſit præcluſa, & quælibet audientia denegata cenſeatur *Clem.1. vbi Gl. ſ.in ver. nullatenus vbi etiam Card. Zabarella de ſententia & re iudicata. Tiraquell. in l.ſi vnquam in verbo reuertatur, num.93. C.de reuoc. donat. cum alijs per Lepidum deciſ.145. per totum, vbi loquitur in puncto d.c. 110.* quam ex diſpoſitione iuris communis, cum
10 vetus contumax non appellet, *Beer.deciſ.206.nu.9. par.1. Theſaur.deciſ.265.nu.5. cum alijs per Rotam Romanam deciſ.220 nu.4. par.1.diuerſorum,* vel ſaltem ſi
11 appellat debet appellare intra decem dies numerandos à die latæ ſententiæ, non autem à die ſcientiæ, quia in vero contumace tempus ad appellandum, ſeu recurrendum datum eſt continuum & incipit currere, ſtatim à recitatione ſententiæ, *vt poſt Rotam Romanam deciſ.16. alias 364. incipit cum iura in fine de dolo & contumacia in nouis. Felin.in c.1. ſub num. 7. ver. vnum etiam, vt lite non conteſtata. Rota Romana deciſ.758. num.3. par.3. diuerſorum verſus finem, & poſt alios, quos allegat tradit Sigiſmundus Scaccia de appellationibus lib.3.c.2.quæſt.17. limit.3.num.12. Quibus addo Capicium deciſ.139. In cauſa Hyeronimi ſub num.1. & ſeq. Caputaq. deciſ.130. alias 17.* Incipit ſententia tranſiuit in iudicatum *par.3. & Veſtrium in ſua praxi l.b.7. cap.3. ſub num.21.* Et conſequenter eum à die, in qua fuit lata ſententia vſque ad diem interpoſiti recurſus ſint elapſi ne dum quinque dies dati à capitulis Rotæ 31. & 32. ad recurrendum, ſed tres menſes certè ſatis clarè apparet malè fuiſſe recurſum.

Nec dicatur quod cum dd.minores non fuerint
12 veri, ſed ficti contumaces, ex quo non fuerunt citati in perſona, ſed ad domum eorum habitationis, *Rota deciſ.46. alias 50. num.1. de appellationi-*
13 *bus in antiquis.* tempus ad appellandum, ſeu recurrendum non currebat, niſi à die ſcientiæ, *Rota deciſione decima ſexta de dolo, & contumacia in nouis.*

Cæphal. conſ. 106, num. 7. cum ſimilibus, quoniam vltra quod ex diſpoſitione ſtatuti *cap. 16. lib. 1. verſ. ſi vero & cap. 20. eiuſdem libri 1. in verſ. prætèrea* omnes
14 qui citati ad domum iuxta diſpoſitionem dd. ſtatutorum, ſi non compareant appellantur, & ſunt contumaces, quæ propterea tollunt omnem diffi-
15 cultatem ad tradita *per gl. in l. ancillam C. de furtis*, adhuc dicimus deducta in obiecto procedere quando fictus contumax ad domum ſuæ ſolitæ ha-
16 bitationis dumtaxat fuit citatus, ſecus autem quando nedum fuit citatus, ſed etiam ad eãdem met domum fuit notificata & intimata ſententia ipſa, vt fuit factum in præſenti caſu ſub die 16. Nouembris 1617. vt legitur in proceſſu, quia tunc à die notificationis ſententiæ tempus ad appellandum, ſeu recurrendum currere incipit vt in his terminis probant *Felin. in cap. quoad conſultationem, nu. 33. de ſententia & re iudicata Alex. in l. 1. num. 8. in fine iunctis numeris duobus ſequentibus ff. ſi quis caut. Bald. in l. ſi eã C. de his qui accuſari non poſſunt & in l. ſcire oportet § multa vero, ad finem ff. de excuſat. tutorum* vbi de hoc facit magnum feſtum, cum alijs per Lancellottum de attentatis appellatione pendente dicta *limit. 50. num. 156 & de comm. poſt alios Farinacc. d. conſ. 85. num. 61. verſ. quoniam reſpondeo.*

Atque ex his Rota cenſuit bene fuiſſe iudicatum ad fauorem ſpect. Curiolani Orſucci, & male recurſum pro parte d. D. Pauli bel Fiore, quem ni-
17 hilominus ab expenſis iuxtis de cauſis excuſauimus iuxta tradita *per DD. in l. properandum §. ſin autem alterutra C. de iudicijs.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zaccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SPECTABILIVM VINcentij & Aliorum de Datis cum Hæredibus Spect. q. Ioannis Andreæ a Porticu. & Eorum DD. Tutoribus.

ARGVMENTVM.

In poſſeſſorio ſummarijſſimo quæ requirantur ex diſpoſit cap. Rotæ Lucenſ. vt quis manuteneri valeat?

SVMMARIVM.

In poſſeſſorio ſummarijſſimo ille debet manuteneri, qui eſt in poſſeſſione per quadraginta dies ante emanatum preceptum ex diſpoſitione cap. Rotæ Lucenſ. 59. num. 1.

Manutentio de iure comm. conceditur illi, qui per iudicem reperitur in poſſeſſione rei, de qua controuertitur, num. 2.

Manuteneri quis non poteſt in poſſeſſione, in qua tempore motæ litis non reperitur, num. 3.

Quando ſunt plures teſtes pro vna parte quam pro alia, tunc ſtatur illis pluribus maxime ſi redderent, bonam rationem eorum depoſitionum, num. 4. & 6.

In poſſeſſorio ſummarijſſimo ille obtinet in contrarijs probationibus, qui per probationes magis concludentes, & neceſſarias ſuam poſſeſſionem probat, num. 5. & 6.

In poſſeſſorio ſummariſſimo ille obtinet, qui de antiquiori docet poſſeſſione, num. 7.

In poſſeſſorio ſummariſſimo poſſeſſor Titulatus, præfertur poſſeſſori non Titulato, num. 8.

Vbi poſſeſſio eſt probata reſpectu totius corporis, ſtandum eſt dictæ generali, & vniuerſali poſſeſſioni, donec de ſpeciali melius probetur, num. 9.

DECISIO LV.

Dominus illuminatio mea.

ROTA cenſuit bene fuiſſe iudicatum per D. Iudicem à quo, dum pronunciauit ſpectabiles de Datis debere manuteneri in poſſeſſione bonorum de quibus agitur donec in iudicio ordinario poſſeſſorij, vel petitorij fuerit cognitum & deciſum de iuribus dictarum partium, quia pro parte ſpectabilium de Datis fuit probata, ne dum poſſeſſio per quadraginta dies ante præceptum, ſed per annos quinquaginta & vltra vnà cum titulo & bona fide, nam ex deductis in proceſſu euidentiſſimè apparet quod bona, de quibus agitur, fuerũt empta per ſpect. Petrum dati ab Antonio Bernardino Honeſto vſque de anno 1561. & quod à dicto ſpect. Petro fuerunt poſſeſſa toto tempore eius vitæ, & illa in eius hereditate relicta, & quod ſpectabiles Laurentius, Io. Baptiſta, & Vincentius eius filij, & D. Brigita eius vxor mediante perſona dicti ſpect. Vincentij & eorum conductorum & Colonorum vſque ad tempus præcepti ea ſemper continuè, pacificè, & quietè & iuſto titulo, ac bona fide tenuerunt, & poſſederunt prout illa etiam tenebant & poſſidebant tempore facti præcepti. certè non poterat dubitari, quin prædictis omnibus concurrentibus dictum ſpect. Vincentius modis, & nominibus qui-
1 bus comparuit non eſſet in hac eius poſſeſſione manutenendus ad tradita *per Lepid. deciſ. Luc. 3. 4. 68. & 126, Cornazzan. deciſ. Lucenſ. 57. nu. 1. Aſſiſium deciſ. Lucana 20. num. 4. & 5. & Merlonum deciſ. Lucana 71. num. 1*, cum alijs per nos adductis in illa Lucenſ. ſummarijſſimi poſſeſſorij 29. Aprilis 1618. inter Bartholomeum de comm. S. Mariæ del Giudice, & ſpect. de Giõ. Paulis.

Nec aliquod fundamentum fieri poſſe exiſtimauimus in aſſerta poſſeſſione ſpect. olim Ioannis Andreæ à Porticu, & eius filiorum ac DD. eorum Tutorum ex pluribus.

Primò, quia non fuit probatum, eos fuiſſe in poſſeſſione de tempore præcepti, prout requirebatur ex diſpoſitione cap. 59. Rotæ de poſſeſſorio ſummarijſſimo agentis, & etiam ex diſpoſitione iuris comm. ſecundum quod ſolum obtinet, qui per iudicem reperitur in poſſeſſione rei, de quà controuertitur *Capic. dec. 209. num. 2. & 3. Couarr. pract. quæſt. cap. 17, in fine Cornazzanus deciſ. Lucana 213. in princ. & ſequitur Lepid. d. deciſ. 3. in princ. & deciſ. 4. ſimiliter in principio*, cum quis non poſſit manu-

teneri

Digitized by Google

teneri in poſſeſſione, in qua tempore motæ litis non
reperiebatur.
Secundò quia ſi ratio aliqua haberi poſſet ad
aſſertam poſſeſſionem, tamen poſſeſſio ſpect. Vin-
4 centij præferenda eſſet tanquam melius, & con-
cludentius probata, cum de ea deponant nouem
teſtes optimam rationem eorũ depoſitionum red-
dentes, & de aſſerta poſſeſſione partis aduerſæ non
deponant, niſi famulus d.q. ſpect. Ioannis Andreæ,
& eius Coloni, & coloni ſpect. Ioſephi à Porticu tu-
toris filiarum d. ſpect. Ioannis Andreæ, qui teſtes
cum nõ ſint ita idonei prout ſunt teſtes ſpect. Vin-
centij, & ſint numero pauciores, certum eſt quod
illi iſtis præualere debent, cum in hoc iudicio ſem-
5 per obtineat ille, qui per probationes magis con-
cludentes & neceſſarias ſuam poſſeſſionem pro-
bauit, ad tradita *per Menochium de recuper. poſſeſſio-*
6 *ne remed. 3. num. 718. Merlin. deciſ. 71. num. 10.* Et
qui habet maiorem numerum teſtium, *Borgnin. de-
ciſ. 23. num. 110. par. 2.*
Tertiò quia poſſeſſio ſpect. Vincentij eſt anti-
7 quior & in hoc iudicio ille debet manuteneri, qui
de antiquiori docet poſſeſſione, *Lepid. deciſ. 68. in
principio. Borgnin. deciſ. 23. num. 108. par. 2. Virgin.
Boccacius de interdicto vti poſſidetis cap. 10. numero 4.
& 5. Maranta in Speculo in tit. an ſuper petitorio vel
poſſeſſorio, num. 24. parte prima folio mihi 122. Aſ-
flictus deciſione 363. numero 4. Alexand. conſilio 88.
num. 7. lib. 5. Conser. pract. quæſt. cap. 17. col fin. ver.
duodecimo.*
8 Quartò quia poſſeſſio ſpect. Vincentij eſt titula-
ta, quo caſu ſi probationes eſſent pares, adhuc eſ-
ſet præferenda poſſeſſio illius cum titulatus præfe-
ratur ſemper poſſeſſori non titulato, *Pariſ. conſilio
112. num. 78. & 79. lib. 1. Virgin. Boccac. de interdicto
vti poſſidetis cap. 10. num. 1. Borgnin. deciſ. 23. num.
109. in fine. Merlin. deciſ. 71. num. 11.*
Nec prædictis obſtare putauimus diſtinctionem,
quam afferre conantur aliqui ex teſtibus reorum,
dum dicunt quod ſpect. Ioannes Andreas poſſe-
derat in illa parte bonorum, de quibus agitur,
tanquam magis proxima bonis illius, & reſiduum
poſſideatur per ſpectabiles de Datis, quia vltra
quod ſunt famuli, & coloni partis aduerſæ & eius
tutorum, qui propterea non probant, vt diximus,
Adhuc vidimus poſſeſſionem ſpect. de Datis fuiſ-
ſe concludentiſſimè probatam per eius teſtes, re-
ſpectu totius corporis ſupradictorum bonorum, &
non fuiſſe reſtrictam ad aliquam partem dicti cor-
poris, prout etiam acquiſitio, quam fecit ſpectab.
Petrus Dati, fuit de toto ſupradicto corpore dicto-
9 rum bonorum, & non de aliqua eorum parte, Et
conſequenter ſtandum eſt dictæ generali, & vni-
uerſali poſſeſſioni, donec de ſpeciali melius non
probetur.
Ambas autem partes ab expenſis abſoluimus
iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus *ad
tradita per Doctores in l. properandum, §. ſin autem al-
terutra, C. de iudicijs.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

*IN CAVSA HAEREDVM PAVLINI
Lombardi cum Iacobo Ioannis de Arancio.*

ARGVMENTVM.

Recurſui ordinario, ſiue ab exceſſu quan-
do ſit locus?

SVMMARIVM.

*Recurſui ab exceſſu non eſt locus, niſi quando conſtat Iu-
dicem in aliquo exceſſiſſe, aut de nouo grauaſſe, Ca-
terum ſi non prætenderetur exceſſiſſe, & de nouo
grauaſſe, ſed grauaſſe in totum, tunc non eſt lo-
cus recurſui ab exceſſu, ſed recurſui ordinario, nu-
mero 1.*
*Recurſus ordinarius nunquam intentaretur ſi quando Iu-
dex in aliquo non exceſſit, aut de nouo non grauaſ-
ſet, poſſet interponi recurſus ab exceſſu, quia ſem-
per interponeretur recurſus ab exceſſu, cum iſto
caſu ſoluatur minor datia, & ſic principalis diſpoſi-
tio facta de recurſu ordinario remaneret omninò ſuper-
flua, num. 2.*
*Semper eſt capienda illa interpretatio, vt diſpoſitio de ſu-
perfluitate redargui nequeat, num. 3.*
*Recurſus qui interponitur ab exceſſu, habet locum etiam
vbi agitur de damno irreparabili, num. 4.*
*Intellige verum quando damnum irreparabile prouenit
ab exceſſu, ſine nouo grauamine, non autem quan-
do damnum & grauamen proueniret ex alia cauſa,
vt quia quis prætenderet ſe grauatum in toto, ex quo
fuiſſet conceſſa exequutio ſententiæ nullæ, & his ſi-
milia, num. 5.*
Media declarantur ab extremis, num. 6.
*Ex conceſſione exequutionis ſententiæ nullæ non poteſt
conſiderari aliquod damnum irreparabile, ad effectum,
vt ſit locus recurſui ab exceſſu, cum illud reparari
poſſit per recurſum ordinarium, num. 7.*
*Dictio vel, ſtat diſiunctiuè, & ponitur ampliandi cau-
ſa, num. 8.*
*Dictio, vel, cauſa vitandæ abſurditatis diſiungit verba, ſed
non ſenſum, num. 9.*

DECISIO LVI.

Dominus illuminatio mea.

EXISTIMAVIMVS nõ eſſe de-
ferendum recurſui interpoſito
pro parte hæredum Paulini
Lombardi, quia cum dicti hæ-
redes interpoſuerint recurſum
ab exceſſu ab executione ſen-
tentiarum latarum contra ip-
ſos, & non conſtaret D. Iudi-
1 cem à quo in aliquo exceſſiſſe non erat locus di-
cto recurſui, ſed recurſui ordinario ſex ſeſſio-
num iuxta formam cap. 31. Rotæ cum ſolutio-
ne ſcutorum duorum pro datia, vt expreſsè diſpo-
nitur *in capit. Rotæ 52. In verſic. ſed ab exequutione
ſententiarum*, Et quidem meritò, nam ſi quan-
do Iudex in aliquo non exceſſit poſſet interponi

recurſus ab exceſſu prout diſponitur *in d.c.52. In ver. Verum ſi in cauſis exequutionum ſententiarum,* Principalis diſpoſitio, de qua *in dicto cap.52. In ver. ſed ab exequut. remaneret omninò ſuperflua,* cum ſemper interponeretur ille recurſus ab exceſſu, ex quo ſoluitur iſto caſu minor datia, quod non eſt dicen-
3 dum, cum ſemper illa ſit capienda interpretatio, vt diſpoſitio de ſuperfluitate redargui nequeat *l.3. in principio, ff.de iure iuran. Paulus de Caſtro conſil.175. num.1. lib.1. Dec. conſil.414. num.2. Felin. in cap.1. num.4. cum pluribus ſequentibus de reſcriptis. Marſil. in rubr. de fideiuſſ. num.95 Bercius conſil.21. num.25 & 26. cum alijs per Surdum conſ.127. num.9. & 10. & conſ.270. num.10. & 11.*

Nec obſtat quod recurſus non fuerit interpoſitus ſolum ab exceſſu, ſed etiam à damno irreparabili, quod deducebatur, ex eo, quod D. Iudex à
4 quo concesſerat exequutionem ſententiæ nullæ, & vbi agitur de damno irreparabili poſſet interponi recurſus *iux. d.ver. Verum ſi in cauſis exequutionum,* vt apertè legitur in illis verbis, nouo grauamine, vel damno irreparabili, aut de exceſſu, quia re-
5 ſpondetur, quod tunc demum poteſt interponi recurſus *iux. formam dicti ver.* Verum vbi agitur de damno irreparabili, quando damnum irreparabile prouenit ab exceſſu, vel nouo grauamine, à quibus in medio includitur d. verbum damnum irre-
6 parabile, cum media declarentur ab extremis, *l. reos, §. cum in tabulis de duobus reis, & cap. ex parte de reſcriptis cum ſimilibus,* non autem quando damnum prætenditur ex alia cauſa, vt quia fuiſſet conceſſa exequutio ſententiæ nullæ, prout prætendebatur
7 in caſu noſtro, quia vltra quod de tali nullitate nobis non conſtitit, adhuc ex tali conceſſione exequutionis ſententiæ nullæ, non poterat conſiderari aliquod damnum irreparabile ad effectum, vt eſſet locus recurſui ab exceſſu, de quo *in d. ver. Verum ſi in cauſis exequutionum,* cum illud reparari poſſet per recurſum ordinarium ſex ſeſſionum cum ſolutione ſcutorum duorum pro datia *iux. formam c. Rotæ 31. & cap.52. in ver. Sed ab exequut.*

8 Nec obſtat, quod illa dictio, vel, ſtet diſiunctiuè cum talis dictio ampliandi cauſa ponatur, vt habetur *in l. ſi quis ita legauerit, ff. de auro & argento le-*
9 *gato,* quia reſpondetur quod cauſa vitandæ abſurditatis talis dictio diſiungit verba ſed non ſenſum vt habetur *in dicta l. ſi quis ita, ff. de auro, & arg. leg.* Et tradit *Paul. de Caſtro in conſil.317. num.10. lib.1.* vbi propterea dicit verba, Priuilegium, ſeu immunitatem, de quibus in dicto eius conſilio declarari, ideſt immunitatem de qua in priuilegio, & conſequenter verba illa, vel de damno irreparabili poſita in medio inter verba, nouum grauamen & exceſſum, debent intelligi de damno irreparabili, quod prouenit à nouo grauamine, & ab exceſſu, & non de damno quod prouenit ex alia cauſa, vt diximus. Et ita deciſum, Ad laudem omnipotentis Dei, ac Deiparæ Virginis Mariæ, Quod fœlix fauſtumque ſit.

Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. FRANCISCAE, SEV Iuliæ filiæ Spectabilis Checchi, cum Spectabili Martino Gratiano, nec non Veneranda D. Aurelia Vxore dicti Spectabilis Checchi.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus dotis maternæ, an debeatur creditoribus patris?

SVMMARIVM.

Vſusfructus dotis maternæ eſt reſeruatus patri tantum, & non ſuis creditoribus, num. 1.
Statuti verba vbi ſunt clara non eſt vlterius diſputandum, num. 2.
Prior in tempore eſt potior in iure, num. 3.

DECISIO LVII.

Dominus Illuminatio mea.

ALIAS de præſenti anno 1618. D. Franciſca, ſeu Iulia filia Spect. Philippi Checchi egit vigore vtilis Saluiani Interdicti pro recuperatione ratæ ſuarū dotium maternarum ob vergentiam dicti ſpect. Philippi ad inopiam, contra quædam bona dicti ſpect Philippi poſſeſſa per ſpect. Martinum Gratianum, Et fuit abſoluta ab obſeruatione iudicij, non obſtāte quod incumbentia fuiſſent legitimè probata, ex quo non probauerat non habere alimēta à patre, prout legitur in deciſione per nos facta ſub die prima Ianuarij
1 præſentis anni 1618. ſiue &c. Et cum diebus elapſis obtinuiſſet delegari iſtam ſuam prætenſionem contra eumdem ſpect. Philippum, Martinum, & D. Aureliam, & in hoc iudicio apertè probauerit vltra vergentiam eius patris ad inopiam, non habere alimēta à patre, cum tam teſtes d. D. Iuliæ, quam teſtes d. ſpect. Martini clarè dicant. *Che detto ſpett. Filippo è in ſtato di gran pouertà, e tale che di preſente non hà da poterſi far le ſpeſe à ſe, e la ſua fameglia,* & latius prout in proceſſu, Nullas alias eſſe partes noſtras cognouimus niſi pronunciare eueniſſe caſum reſtitutionis dotium maternarum dictæ Dominæ Franciſcæ, & condemnandos eſſe, tam dictam Dominam Aureliam, quam dictum ſpectabilem Martinum ad dimittēdum, & relaxandum bona ſpectabilis Philippi per eos poſſeſſa dictę Dominæ Franciſcæ, ſeu Iuliæ, per ipſam detinēda donec, & quouſque fuerit integrè ſatisfacta de quota ſuarum dotium maternarum ſibi tangente, quam pro corredis maternis liquidandis in exequutione noſtræ ſententiæ, non obſtante vſufructu patri competente; nam cum vſusfructus dotis maternæ ex diſpoſitione ſtatuti *cap.30. l.2.* ſit patri tantum reſeruatus, & non ſuis creditoribus, vel alijs, non poterat dubitari, quin dicta Franciſca in præſenti caſu eſſet præferenda omnibus creditoribus patris, tam in vſufructu, quā in proprietate bonorū obligato-

gatorum pro reſtitutione dictarum dotium, prout
2 diſponitur in dicto ſtatuto quod cum loquatur per
verba ſatis clara, non eſt vlterius quærendum *ad
tex. in l ancilla, ff. de furtis, Becc. conſ. 12. num. 1. &
ſeq. Magon. deciſ. Lucan. 70. num. 4.*

Nec obſtar quod dicta bona iam eſſent adiudi-
3 cata D. Aureliæ pro ſuis dotibus, quia cum prius
fuerint hypothecata pro dote matris d. D Franci-
ſcæ, quam pro dote D. Aureliæ adhuc dicta Franci-
ſca venit in illis præferenda, *iuxta regulam qui po-
tior, de regul. iuris cum ſimilibus.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

---

*IN CAVSA D. OCTAVII MVTONI
cum hæredibus Ioſeph Speciali.*

ARGVMENTVM.

Nullitas etiam notoria, & ex defectu iuriſdictio-
nis, an poſſit opponi poſt terminum à ſtatuto
præfixum ad dicendum de nullitate?

SVMMARIVM.

Recurſus ex defectu iuriſdictionis debet interponi infra quinque dies à die latæ ſententiæ, num. 1.

Scientia latæ ſententiæ præſumitur in procuratore, qui die latæ ſententiæ in iudicio comparuit, num. 2.

Principalis præſumitur habuiſſe ſcientiam eorum, quorum ſcientiam habuit eius procurator, in tantum vt contra dictam præſumptionem nulla probatio in contrarium admitti valeat, num. 3.

Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis nunquam tranſit in iudicatum etiam poſt tres conformes, num. 4.

Etiam ſi ſtatutum diſponat quod de nullitate nullo modo dici poſſit, & præfigat tempus ad eam allegandam, num. 5.

Sed quod nullitas etiam notoria, & ex defectu iuriſdictionis opponi non poſſit, quando ſtatutum præfigit terminum ad dicendum de nullitate tenēt multi graues Auctores, num. 6.

Maximè ſi ſtatutum non ſolum præfigeret tempus ad dicendum de nullitate in genere, ſed etiam de nullitate ex defectu iuriſdictionis in ſpecie, num. 7.

Specialis diſpoſitio præfertur generali, num. 8.

Statuti verba vbi ſunt clara non eſt vlterius quærendum, num. 9.

Ab expenſis Iudex abſoluit iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus, num. 10.

DECISIO LVIII.

Dominus illuminatio mea.

ROTA cenſuit recurſui interpoſito à D. O-
ctauio Mutoni non eſſe deferendum, quia
agitur de recurſu ex defectu iuriſdictio-
1 nis, qui fuit interpoſitus poſt quinque dies à die la-
tæ ſententiæ, cui propterea deferri non poterat ex
diſpoſitione *c. Rotæ 31.* ad quod in hac parte ſe
refert *c. Rotæ 29. ver. & omnia ibi dicta,* cuius benefi-
cium fuit à D. Octauio iutentatum.

Quod autem dictus recurſus fuerit interpoſitus
poſt quinque dies à die latæ ſententiæ patet, quia
ſententia fuit lata ſub die 23. Nouembris anni
præteriti, & recurſus fuit interpoſitus ſub die 20.
Ianuarij proximè præteriti, & ſic ſatis longè poſt
quinque dies datos ad recurrendum vigore *d. cap.
Rotæ 31.*

Nec aliquid facere putauimus quod dicebatur
dictum D. Octauium non habuiſſe ſcientiam dictæ
ſententiæ ipſamet die, qua lata fuit, prout requirit
2 *d. cap. 31.* quia cum de illa habuerit ſcientiam eius
procurator ipſa die latæ ſententiæ, vt patet ex eius
comparatione facta illa die in iudicio, nec non ex
inſtantia ab eo facta pro ſententia, vt expreſsè di-
citur *in cap. Rotæ 32. in finalibus verbis* præſumitur,
3 quod de ea habuerit ſcientiam etiam d. D. Octa-
uius principalis, in tantum, vt contra dictam præ-
ſumptionem, nulla probatio in contrarium admit-
ti valeat, vt expreſsè diſponitur *in cap. 25. lib. 1. ſta-
tutorum nec non in d. c. Rotæ 32. in fine.*

Nec obſtare putauimus quod dicebatur ſenten-
4 tiam nullam ex defectu iuriſdictionis nunquam
tranſire in iudicatum, quia vltra quod de iſto defe-
ctu iuriſdictionis clarè & apertè nobis non conſti-
tit, adhuc non poterat in caſu noſtro tali recurſui
deferri cum d. c. Rotæ præfigat terminum quinque
dierum ad dicendum de nullitate ex defectu iuriſ-
dictionis, quia licet regulariter Nullitas ex defectu
iuriſdictionis numquam cenſeatur prohibita alle-
gari ad tradita *per Beccium conſ. 40. num. 6. & 7. vbi
latè, nec non conſ. 99. num. 32.* vbi dicit, quod quàm-
uis nullitas ñotoria, & euidens ex actis opponi non
poſſit poſt lapſum tempus à decreto præfixum, ta-
men concluſio non procedit vbi nullitas prouenit
ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, quia hæc
ſemper allegari, & deduci poteſt non obſtãte quo-
cunque lapſu temporis, etiam poſt tres ſententias
conformes *per Gloſ. ſingularem in Clem. 1. de ſequeſtr.
5 poſſ. ff. & fructuum*, quam dicit procedere etiam
ſtante ſtatuto diſponente, quod nullo modo de
nullitate dici poſſit, & præfigente tempus ad eam
allegandam, quia per verba præciſa non excludi-
tur nullitas, quæ procedit ex defectu poteſtatis, &
iuriſdictionis.

6 Quia vltra quod quando ſtatuta, & decreta præ-
figunt terminum ad dicendum de nullitate ſim-
pliciter tunc poſt lapſum termini, Nullitas etiam
notoria, & ex defectu iuriſdictionis, opponi non
poſſet, vt tradunt *Alex. conſil. 105. num. 7. lib. 5. &
alij, de quibus Gabr. l. de legibus & conſtitutionibus con-
cluſ. 13. num. 14. 15. & 17. in fine,* vbi de commu-
ni, quam partem videtur tenere Rota Romana
*apud Achillem deciſ. 8. & deciſ. 15. de conſtitut. nec non
Caputaquen. deciſ. 103. l. 2. relatus per Cæſarem de Graſ-
ſis deciſ. 1. de conſtitut. & ſequitur Lancellot. de attent.
par. 2. cap. 17. num. 114. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2.
cap. 51. num. 5. cum alijs per Merlinum deciſ. 96. nu. 8.
9. & 10.*

Adhuc dicimus in caſu noſtro tolli omnem diffi-
7 cultatem, ex quo dicta capitula Rotæ non præfi-

 gunt

gunt certum, & determinatum tempus ad dicendum de nullitate in genere, prout loquitur *Beccius in allegatis conſ. 40. & 99.* ſed præfigũt tempus quinque dierum ad recurrendum ex defectu iuriſdictionis in ſpecie, quo caſu eſt expeditum, vt poſt illud tempus non poſſit dici de nullitate ex defectu iu-
8 riſdictionis, Tum quia diſpoſitio ſpecialis præfertur generali, *Abb. in c. cum inter num. 16. verſic. quarto e iſa de re iudicata, cum ſimilibus.* Tum quia cum
9 capitula Rotæ ſint clara, & loquantur in ſpecie de recurſu ex defectu iuriſdictionis non eſt vlterius quærendum, *Cardus conſilio 109. in fin. lib. 1. Caphalus conſil. 138. num. 20. Rolandus conſil. 72. num. 6. lib. 3. cum alijs per Rminaldum ina. conſil. 178. num 37. lib. 2.*
10 Ambas verò partes ab expenſis abſoluimus iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus ad tradita per Doctores *in l. oroperandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudicijs cum ſimilibus.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA MAGNIFICI D. ANTONII Rinaldi, & Venerandæ D. Camillæ eius matris cum DD Exequutoribus teſtamenti R. D. Ioſeph Caſtiglioncelli.

ARGVMENTVM.

Sententia an valeat fieri ſuper parte negocij?

SVMMARIVM.

Tres ſententiæ conformes faciunt rem iudicatam, num. 1.
Res iudicata debet exequutioni demandari, num. 2.
Parum eſſet habere rem iudicatam, niſi exequutioni demandaretur, num. 3.
Sententia debet ferri ſuper omnibus, quæ fuerunt in controuerſiam deducta, & non ſuper parte, alias eſt nulla tam ex diſpoſitione iuris communis, quam ex diſpoſitione ſtatuti Lucen. 107. lib. 1. num. 4.
Sententiæ nullæ non poſſunt exequi, num. 5.
Statutum diſponens illud idem quod de iure communi diſpoſitum reperitur, ita debet intelligi, vt ab ipſo iure communi recipiat interpretationem paſſiuam, & omnes illas limitationes, & declarationes, quibus prædicta regula in terminis iuris communis reſtringitur, & limitatur num. 6.
Statutum dicitur ſuperfluum, ſi non habet aliquid operari vltra ius commune, num. 7.
Statutum ſatis dicitur aliquid operari vltra ius commune vbi Iudici contrauenienti imponit pœnam, numero 8.
Statutum quando nihil addit vltra ius commune, adhuc ex ſola conſideratione ſuperfluitatis non poteſt inferri ad correctionem iuris communis quoad limitationes, quæ dantur ad regulam ſtatuti, quæ ſit conformis cum diſpoſitione iuris communis, ſed potius dicendum eſt huiuſmodi ſtatutum in hac parte fuiſſe editum ad iuris communis confirmationem, & maiorem corroborationem, ſeu adhoc vt illius diſpoſitio magis innoteſcat, & nullæ dubitationi ſubiaceat, nè cuilibet contrariæ conſuetudini forſitan inductæ præualeat, num. 9.
Statutum ſuperfluum non dicitur ſi aliquid operetur in eius principali diſpoſitione, licèt in aliqua ipſius parte nihil operetur, num. 10.
Sententia ideo ſuper parte ferri non valet, ne ſi deinde ſuper altera parte nouum iudicium inſtituatur poſſit in dubium reuocari id, quod iam fuiſſet per ſententiam terminatum & vna & eadem res poſſit diuerſo iure cenſeri, non apparente aliqua diuerſitatis cauſa inter partem, cuius reſpectu emanauit condemnatio, & aliam partem omiſſam, num. 11.
Ceſſante dicta ratione ceſſat diſpoſitio dictæ Regulæ, numero 12.
Ratio prædicta ceſſat, vbi pars rei, de qua nihil in ſententia dictum eſſet, haberet ſuam cauſam diſtinctam, & ſeparatam, quia ſtante diuerſitate cauſæ non eſt inconueniens quod vna, & eadem res diuerſo iure cenſeatur, num. 13.
Regula quod ſententia ſuper parte ferri non valet non procedit quoties Reus conuentus reſpectu partis rei petitæ oppoſuit aliquam exceptionem peremptoriam, num. 14.
Exceptio peremptoria dicitur admiſſa, licèt Iudex ſuper parte nihil expreſſè pronunciauit, num. 15.
Exceptiones patentes & apertè poſſunt etiam in iudicio poſſeſſorio admitti, num. 16.
Exceptio peremptoria dicitur admiſſa, vbi in ſententia habetur relatio ad inſtrumenta, in quibus conſtat de tali exceptione peremptoria, num. 17.
Relatum eſt in referente ſpecificè, & expreſſè, num. 18.
Exceptuare quis videtur ab eius petitione illud, quod ex inſtrumentis ab eo productis, apparet pertinere ad alias perſonas, num. 19.
Petitio declaratur, & reſtringitur ex proſequutis, numero 20.
Agens ad totum, & probans in parte debet obtinere in parte probata, num. 21.
Exceptio peremptoria oppoſita debet eſſe admiſſa, ad hoc vt ſententia lata ſuper parte teneat, num. 22.
Exceptio peremptoria ſatis dicitur admiſſa vbi quis fuit condemnatus ſolum ſuper parte rei petitæ, numero 23.
Iure communi, & indiuiſa ſocius habet partem in qualibet minutia, num. 24.
Ab expenſis abſoluitur, qui habuit aliquam cauſam litigandi, num. 25.

DECISIO LIX.

Dominus illuminatio, & ſalus mea.

EXEQVVTIONEM ſententiarum pro parte DD. exequutorum teſtamẽti R. D. Ioſephi Caſtiglioncelli à D. Iudice à quo obtentam confirmare placuit, quia cum dd. DD. exequutores obti-
1 nuerint tres ſententias conformes, quę faciunt rem iudicatam, reliquum erat, quod pronunciarentur
2 exequendæ *Clem. 1. de exequutione rei iudicatæ, l. ſin. C. de*

Digitized by Google

C. de tempor. appell. l. poſt rem iudicatam cum ibi not. ff.
3 *de re iudicata & l. 2. C. de exequutione rei iudicatæ* Et
meritò, quia parũ eſſet habere rem iudicatam, niſi
etiam exequutioni demandaretur *caſ. quoad con-*
ſultationem de re iudicata cum alijs per Lancellotum
de attentatis par. 2. c. 17. num. 22.

Nec obſtat quod cum ſententiæ, quarum exe-
quutio cõceſſa fuit non cõprehendant totam do-
mum petitam, ſed fuerint latæ ſuper medietate il-
lius, & de alia medietate nihil diſpoſitum fuerit
4 dictæ ſentẽtiæ non ſolũ ſint nullæ ex diſpoſitione
iuris communis, vt habetur *in l. in hoc iudici ff. fam.*
erciſcundæ & notant ſcribentes in l. 1. C. ſi aduerſus rem
iudicatam ſed etiam ex diſpoſitione ſtatut. *cap. 107.*
lib. 1. vbi expreſſe diſponitur, quod iudex tempore
diffinitiuæ ſententiæ teneatur pronunciare ſuper
omnibus ijs, quæ fuerunt in controuerſiam dedu-
cta, & non poſſit ſuper parte tantum pronũciare,
& quicquid ſecus fieret non valeat, & conſequen-
5 ter tãquam nullæ non poſſint exequutioni demã-
dari, ad tradita *per Gabrielem conſ. 43. num. 47. lib. 1.*
& Cæſarem de Graſſis dec. 13. num. 10. de ſententia &
re iudicata & dec. 2. de ſolut. nu. 6. 7. & 8. cum alijs per
Sur. conſ. 51. lib. 1. & conſ. 379. num. 30. lib. 3.

Quia reſpondetur quod cum d. ſtatutum diſpo-
6 nat illud idem quod de iure comm. diſpoſitum re-
petitur, ita debet intelligi vt ab ipſo iure comm.
recipiat interpretationem paſſiuam, & omnes il-
las limitationes, & declarationes quibus prædicta
regula in terminis iuris communis reſtringitur &
limitatur ad late tradita *per Tiraquell. de retract. li-*
gnag. §. 9. gloſ. 2. num. 50. cum plur. ſeqq. & præcipuè
num. 55. quem refert & ſequitur Menocch. qui ma-
giſtraliter in hac materia diſtinguit *in conſ. 187. n.*
31. ver. primus eſt caſus Gabriel conſ. 1. nu. 2. l. 2. Honde-
deus conſ. 24. num. 2. lib. 1. cum alijs per Surdum conſ 4.
num. 49. & in terminis huius noſtri ſtatuti idem in
ſpetie firmat *Barzius dec. 123. nu. 27 & Magon etiam*
aſſentire videtur in decis. 65. in fine, dum non obſtante
diſpoſitione huius ſtatuti tranſit cum vna ex limi-
tationibus, quæ dantur ad d. regulam in terminis
iuris communis.

7 Nec dicatur ſtatutum præfatum eſſe ſuperfluũ
dum nõ habet aliquod operari vltra ius commune
8 quia reſpõdetur quod ſatis operatur vltra ius com-
mune dum iudici contrauenienti imponit pœnam
librarum 50. ad tradita *per Hondedeum conſ. 9. num.*
40. & conſ. 15. num. 41. l. 2. Tum quia dato ſine veri
præiudicio quod nihil adderet, adhuc ex ſola con-
9 ſideratione ſuperfluitatis non poſſit inferri ad cor-
rectionem iuris comm. quoad limitationes, quæ
dantur ad dictam regulam, ſed potius dicendum
eſſet, huiuſmodi ſtatutum in hac parte fuiſſe edi-
tum ad iuris comm. confirmationem & maiorem
corroborationem, ſeu adhoc vt illius diſpoſitio
magis innoteſceret, & nullæ dubitationi ſubia-
ceret, imò cuilibet contrariæ conſuetudini forſitan
inductæ præualeret, per ea quæ in propoſito conſi-
derant *Tiraquellus in d. gl. 2. num. 51. & 54. Cornaz-*
zan. d. dec. 76. num. 12, Bere. conſ. 1. num. 11. & 12. &
facit etiam quod ſuperfluum non dicitur ſtatutũ
10 ſi aliquid operetur in eius principali diſpoſitione,
licet in aliqua ipſius parte nihil operetur vt firmat
Hondedeus d. conſ. 12. l. 2.

Proinde cum ad d. regulam quæ ſe habet, quod
ſententia lata in parte non valeat, plures de iure
communi recipiat limitationes, ſed duas præcipuè
quæ valde adaptantur caſui noſtro, & illas recipe-
re debet dictum ſtatutum in ea parte, in qua diſpo-
nit iudicem non poſſe ſuper parte ſententiam pro-
mulgare.

Quarum prima illa eſt, quæ ex ratione eiuſdem
cõcluſionis deſumitur, nam cum nulla alia de cau-
11 ſa fuerit diſpoſitum, quod ſententia lata ſuper par-
te rei petitæ non valeat niſi, quia ſi deinde ſuper
altera parte nouum iudicium inſtitueretur, poſſet
in dubium reuocari id, quod iam fuiſſet per ſen-
tentiam terminatum, & vna & eadem res in partes
diuiſa poſſet diuerſo iure cenſeri, non apparente
aliqua diuerſitatis cauſa inter partem, cuius reſpe-
ctu emanauit condemnatio, & aliam partem o-
miſſam, quod quidem eſſet valdè abſurdum, &
ideo vt euitaretur talis abſurditas, cautum fuit, vt
ſententia ſuper parte lata non valeat, prout ita no-
tabiliter tradit *Bald. in l. 1. ſub nu. 4. C. ſi aduerſus rem*
iudicatam cuius verba refert, & ampliat Abb. in cap.
cum inter ſub nu. 24. verſ. hanc oppoſitionem, de ſententia
& re iudicata, & idem conſiderat *Salicet. in d. l. 1. ſub*
num. 4. verſ. & ratio rationis. Cæterũ autem vbi hu-
12 iuſmodi ratio ceſſat, prout ceſſare in caſu no-
ſtro mox oſtendemus, quia tunc præfata regula lo-
cum ſibi vendicare non poteſt, vt tradit poſt *Bald.*
idem Abb. vbi ſupra verſ. cum quia ceſſat ratio.

Quod autem in caſu noſtro dicta ratio ceſſet, eſt
13 clarum, quia medietas Domus, de qua nihil in ſen-
tentijs præfatis dictum fuiſſe prætenditur, habet
ſuam cauſam diſtinctam, & ſeparatam à cauſa al-
terius medietatis, nam in proceſſu apparet eã eſſet
liuellariã Eccleſiæ S. Michaelis, quo fit, vt ſi de ea
iterum agi contingeret, non eſſet neceſſe in du-
bium refricare id, quod reſpectu alterius partis
non liuellariæ fuit deciſum, nam ſtante diuerſitate
cauſæ nõ eſſet incõueniens, dictã partẽ liuellariam
diuerſo iure cenſeri, per ea, quæ de vna, eademque
re ſeu ſumma petita ex diuerſis cauſis firmãt com-
muniter ſcribentes in locis ſupra allegatis & de
comm. teſtatur *Par. ſ. conſ. 103. nu. 6. lib. 1. & bene fa-*
cit Imola in d. cap. cum inter ſub num. 12. verſ. item ad-
uerte.

Et prædicta eo magis in caſu noſtro procedere
exiſtimauimus ſtante quod dd. DD. exequutores
acquieuerint ſententiæ D. Iudicis a quo conceden-
tis exequutionem pro medietate tantum d. Do-
mus, & conſequenter, non poſſint amplius præten-
dere ius aliquod ſuper altera parte liuellaria, quia
hoc caſu nullum ſubeſt periculum, quod iterum
ſuper hac parte nouum inſtituatur iudicium, in
quo id quod in dictis ſententijs continetur poſſit
iterum in dubium reuocari, & conſequenter cum
in caſu noſtro ceſſet penitus ratio dictæ concluſio-
nis, ipſum quoque concluſum ceſſare dicendum
eſt ex prædictis, & præcipuè ex doctrina *Abbatis in*
l. eo ſupra allegato.

Secunda verò limitatio, quæ communiter datur
14 à Doctoribus dictæ regulæ, & quæ optimè cõgruit
caſui noſtro eſt illa, quod dicta regula non proce-
dat quoties Reus conuentus reſpectu partis rei pe-
15 titæ oppoſuit aliquam exceptionem peremptο-
riam,

tiam, nam tunc licèt iudex ſuper ea parte nihil pronunciauerit, quia tamen hoc pacto tacendo dicitur talem exceptionem admiſiſſe, quod perinde eſt ac ſi expreſsè ſuper toto pronunciaſſet, ideo de validitate ſententiæ, ex hoc capite nullatenus dubitari valet ita *Bartol. in l. ſi p ures in fine principij ff. de fideiuſſoribus quem refert & ſequitur Caſtrenſ. ibidem ſub num.* 2. vbi id clarius explicat, & dicit eſſe menti tenendum, & ſequitur *Felin. in d. cap. cum inter ſub num. 7. verſ. & pro intellectu Aretini*, optimè facit, cum alijs *per Anton. Solam ad conſtitutiones Sabaudiæ de ſententijs tit. 27. gl. 1. num.* 18.

Vnde cum in caſu noſtro reſpectu d. medietatis fuerit pro parte Magnifici D. Antonij oppoſita & probata exceptio peremptoria fundata in conceſſione emphiteutica, de qua ſupra, quæ quidem ex-
16 ceptio tanquam patens & aperta potuit etiam in iudicio poſſeſſorio admitti *Menocchius de recuperanda remedio 1. num. 231. & remedio 15. num. 479.* certe ſumus in claris quod quamuis de hac medietate liuellaria nihil in ſententia videatur expreſsè dictum, adhuc tamen ipſa ſententia valet reſpectu alterius partis per prædicta.

17 . Et eo magis, quia ſatis dici poteſt in prædicta ſentẽtia dictam exceptionem fuiſſe admiſſam dum in ea relatio habetur ad inſtrumenta, in quibus expreſsè dicitur, prædictam alteram medietatem ſpe-
ctare ad Eccleſiam Sancti Michaelis, cum relatum
18 ſit in referente ſpecificè, atque expreſsè vt paſſim notant Scribentes, & in ſpecie *Bartolus decis. 87. num.* 10. Immo cum Actores eorum intentionem iuſtificauerint mediantibus dictis inſtrumentis ab eis
19 productis, vtique ſatis apertè videntur ab eorum petitione exceptuaſſe dictam dimidiam, quæ ex iiſdem inſtrumentis conſtabat ad Eccleſiam prædictam pertinere, ita vt ex hoc etiam valide potuerit ſuper altera medietate tantùm, nulla de hac habita mentione pronunciari, cum petitio declaretur,
20 & reſtringatur ex proſequutis ad tradita per Papienſe in forma libelli actionis realis *in Glo. generalis, num. 2. Rota Ianuenſ. decis. 91. num. 18. Decian. conſ. 63. num. 17. l. 3. & notant in propoſito Scribentes in d. c. cum inter, & in ſpecie Abb. d. num. 24. poſt medium ver. ſecundus caſus ſubdiſtinctionis Felin. num. 12. ver. fallit* 6. & bene facit etiam ad prædictam confirmationem, quod citat ibidem *Ioannes de Imola in vltimis verbis ver. vel poteſt dici*, vltra quod non dubitaui-
21 mus quin ille, qui agit ad totam rem & probat in parte tantum non poſſit in ea parte obtinere vt pro indubitato ponit *Alex. poſt alios quos allegat conſ. 204. nu. 7. lib. 7.*

Nec obſtare putauimus quod dicebatur dictam
22 concluſionem non poſſe applicari caſui noſtro, ex quo dicta exceptio peremptoria allegata per Magnificum D. Antonium, non fuit admiſſa prout requiritur ſecundum *DD. ſupra alleg. & præcipuè Felin. in d. cap. cum inter num. 17. & 18. in fine, de re iudicata & Barbatiam conſ 36. col. fin. in princ.* ſi quidem ſi illa fuiſſet admiſſa dictus Magnificus D. Antonius condemnatus non
23 fuiſſet, quia reſpõdetur quod immo ſatis fuit eius exceptio admiſſa, cum tam ipſe, quam Vener. D. Camilla eius mater fuerunt condemnati ad reſtituendum ſolum medietatem dictę Domus, ad quã fuit opus cõdemnare etiam d. Mag. D. Antonium; cum ex ipſius confeſſione ſuper quarto capitulo, producto in cauſa præcepti de dimmittẽdo appareat ſemper, & continue poſſediſſe dictam domum petitam a die mortis eius patris, & ſic non ſolum partem liuellariam, ſed etiam aliam partem pro indiuiſo, cum D. Camilla eius Matre, & ideo etiam
24 ipſe debuit condemnari ad reſtituendam dictam partem, cum in re communi & indiuiſa ſocius habeat partem in qualibet minutia *Gloſſ. in l. ſi familia in verſ. pro parte C. familiæ herciſcundæ.*

Atque cum ex his tam ea quę dicebãtur de ſententia lata in partè, quam ea, quæ dicebantur de incertitudine ſententiæ omnino ceſſent merito exequutionem conceſſam confirmandam eſſe iudicauimus.

25 Abſoluimus autem d. D. Antonium, & D. Camillam eius matrem ab expenſis, quia ex prædictis cognouimus habuiſſe aliquam cauſam litigandi *ad tradita per DD. in c. 1. in fine de elect. in 6. & in l. qui ſummum §. etiam ff. de legatis 2.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. ALEXANDRAE DE Nugnano, & eius filiorum cum Ioanne Lena.

ARGVMENTVM.

Vxori mortuo viro an competat retentio ſuper eius bonis pro ſua dote conſequenda?

SVMMARIVM.

Vxori viro mortuo competit ius retentionis ſuper eius bonis pro illius dote conſequenda, num. 1.
Filius non poteſt cogi ad ſoluenda debita paterna niſi ſit hæres patris, num 2.
Filij qui habitant domum paternam ſimul cum eorũ matre, quæ illam retinet pro ſuis dotibus, non dicuntur illam habitare vti heredes patris, ſed iure familiaritatis, num. 3.
Aditio hæreditatis non inducitur ex actibus æquiuocis, num. 4.
Aditio hæreditatis non inducitur ex poſſeſſione rei mobilis modici valoris, num. 5.
Mulier non poteſt retinere omnia bona mariti pro eius dote, ſed tantum pro rata, & quantitate crediti dotalis, num 6.
Datia non debet ſolui pro ſumma certa vbi agitur ad factum videlicet ad rem immobilem dimittendam ſed ſat eſt ſi ſoluatur pro florenis, 26. ad 36. num. 7.
Ampliatur etiam ſi in petitione & ſententia lata ſuper facto contineretur etiam ſumma certa, quia perſonalis pro prætenſo debito intentata poteſt cumulari cum hypothecaria, num. 8.
Quando duæ cauſæ concurrunt in vno actu ſemper illa

actio-

Digitized by Google

attenditur, quæ minuet gabellam, num. 9.
Statutum de ſoluenda datia pro ſumma certa procedit quando ſimpliciter ſumma certa petitur, non autem quando bona pro ea aſſignari petitur, num. 10.
Statutum de ſoluenda datia eſt odioſum, num. 11.
Caſus mixtus in odioſis non continetur ſub ſimplici, numero 12.
Qui habuit primam ſententiam pro ſe, ſi in 2. Iudicio ſuccumbat abſoluitur ab expenſis, num. 13.

DECISIO LX.

Dominus illuminatio mea.

SENTENTIAM Domini Com-
miſſarij Burgi, qua mediante
condemnauit Beuenutum, Do-
minicum, & Thomeum filios
Angeli Blasij de Nunnano &
D. Alexandram eorum matrem
tam pro omni ſuo iure, & intereſ
ſe quam vti tutricem dictorum eius filiorum mino-
rum ad ſoluendum Ioanni Nicolai de Lena ſcuta
39. & interim, donec ſolutio integrè facta fuerit,
condemnauit eoſdem Reos ad relaxãdum eidem
actori Domum, de qua in petitione detinendam
per dictum actorem iure pignoris, & hipothecæ,
donec de fructibus, & penſione eiuſdem Domus
fuerit integre ſatisfactus. Exiſtimauimus reuo-
candam, & tam d. D. Alexandram, quam dictos
eius filios à petitis eſſe abſoluendos. Quia quod
attinet ad D. Alexandram certum eſt quod ipſa
non poterat condemnari nec ad ſoluendum dd.
ſcuta 39. nec ad relaxandum Domum, de qua in
libello & petitione non ad ſoluendum quia non
eſt hæres eius mariti.

Nec ad relaxandum & dimittendum domum
quia licet d. Domus eſſet Angeli eius viri, qui erat
obligatus ad ſoluendum dd. ſcuta 39. d. Ioanni,
tamen cum illa eſſet hypothecata d. D. Alexan-
dræ pro eius dotibus vt patet ex eius Inſtrumentis
dotalibus, & per teſtes, & ipſa de tempore mortis
eius viri reperiretur in illius poſſeſſione & declara-
1 uerit velle illam pro ſua dote retinere, certe illi
competebat talis retentio *ad tradita per Rolandum
conſil. 77. num. 22. lib. 1. Decium conſil. 232. numero ſe-
cundo & conſil. 400. num. 5. & Carroccium in deciſ. 21.
per totam, & præcipuè num. 31. & conſequenter d. Ale-
xandra à petitis veniebat abſoluenda.*

Quod verò ſpectat ad filios & ipſi erant ab-
ſoluendi, quia cum non ſint heredes patris ex quo
repudiauerũt eius hęreditatẽ vt conſtat in actis,
2 nec ad patris debita ſoluenda cogi poterãt, *ad tex.
in l. ſi pupillus alias incipit Iulianus §. fin. de acquiren.
hæred. Roman. conſ. 154. numero 2. Soccin. conſ. 60. nu-
mero 7. lib. 1. cum alijs per Surdum, conſil. 359. num.
17. vbi de magis comm.*

Nec dicatur ſatis eſſe hæredes eorum patris tum
quia habitant domum paternam, tum quia, fece-
runt æſtimare nonnulla bona mobilia eorum pa-
tris, quia nullis ex prędictis cauſis poſſunt cenſeri
eius hæredes. Non quidem ex eo quia habitent
dictam domum, quia cum illam habitent ſimul
cum eius matre, quæ illam retinet pro eius dote, vt
diximus, non dicuntur in ea habitare vt heredes
3 patris, ſed iure familiaritatis *iuxta tex. in l. qui iure
familiaritatis ff. de acq. poſſeſſione.*

Prout nec ex eo quod fecerint æſtimare dd. bo-
na mobilia paterna, poteſt cenſeri inducta aditio
hæreditatis paternæ, quia vltra quod talis actus po-
tuit fieri ad effectum, vt viderent an illis expediret
adire hæreditatem, qui actus propterea non ſufficit
4 cum ex actibus æquiuocis non inducatur aditio *ad
tradita per Aymonem conſ. 197. num. 4. verſ. amplius*
& meritò quia probatio hoc caſu debet eſſe certa
iuxta l. non hoc C. vnde legitimi, Adhuc dicimus quod
cum dicta bona mobilia, quæ fecerunt æſtimare, vt
ipſimet teſtes deponunt, ſint minimi valoris, nec
5 ex eo quod in illis ſe tranſmiſiſſent poſſet dici pro-
bata aditio, cum non ſit veroſimile, quod ex modi-
co voluerint ſe obligare ad debita hereditatia
*Aymo conſ. 32. num. 12. Natta conſ. 448. num. 17. cum
alijs per Tiraquellum de iudicio in rebus exiguis. verſ.
quinquageſimo ſexto.*

Nec dicatur, quod cũ Domus valeat plus quàm
importet dos Do. Alexandræ, non potuit D. Ale-
6 xandra illam totam retinere, ſed tantum pro rata,
& quantitate crediti dotalis *ad Neguſant. de pignori-
bus, par. 5. membro 4 nu 5. & Baldum Nouellum de dote
par. 7. priuilegio* 47. quia immo dicta Domus non
eſt valoris ſufficientis, pro ſatisfacienda D. Alexan-
dra, ſi quidem vt deponunt teſtes Domus eſt valo-
ris ſcutorum 60. in circa, & D. Alexandra eſt credi-
trix pro eius dote ſcutorum 70. vnde ipſa pro eius
dote poteſt non ſolum retinere dictam Domum,
ſed etiam illa pauca mobilia.

Nec obſtare putauimus quod dicebatur pro-
ceſſum fuiſſe nullum ob non ſolutam Datiam pro
ſumma certa, quia licet actor petierit, & obtinue-
rit condemnari Reos conuentos in ſumma certa
ſcutorum 39. nihilominus intentauit etiam hypo-
thecariam nam pro ſolutione dictorum ſcutorum
39. petijt ſibi dictam domum aſſignari detinen-
dam per ipſum iure pignoris, & hypothecæ, donec
7 eſſet ſatisfactus de dd. ſcutis 39. vndè cum per
actorem fuerit intentatũ factum videlicet actum
ad rem immobilem dimittendam, prout etiam ad
eam dimittendam condemnari fuerunt, non erat
hoc caſu ſoluenda Datia pro ſumma certa, ſed ſat
erat illam ſoluere pro florenis 26. ad 36. prout ſo-
luta fuit ita diſponente ſtatuto *cap. 23. lib. 1. iuncto
cap. 13. l. 5.*

Nec obſtat quod in petitione, & ſententia con-
tineatur etiam ſumma certa, quoniam perſonalis
pro prætenſo debito intentata potuit cumulari
8 cum hypothecaria *Gabriel conſ. 144. num. 86. lib. 1.*
Et cum fuerit propter dictum creditum facta aſſi-
gnatio bonorum immobilium, ad eam tantum in
exequutione ſententiæ agi poterat ſi debitum prę-
tenſum ſolutum non fuiſſet, & eſt magis comm &
9 verior Doctorum ſententia, quod quãdo duæ cau-
ſæ concurrunt in vno actu ſemper illa attenditur,
quæ minuit Gabellam vt tradit *Chaccheran. deciſ.
4. num. 5.*

Quibus accedit, quod ſtatutum de ſoluenda
10 datia pro ſumma certa procedit quando ſimplici-
ter ſumma certa petitur, non autem quando bona
pro ea aſſignari petitur, quia cum ſtatutum de ſol-
uenda

31 uenda datia ſit odioſum *Caccher.d. deciſ.4. num.7.* Caſus mixtus non continetur ſub ſimplici, vt *per Honded.conſ.1.num.29.lib.1.*

Et prædicta eo magis viſa fuerunt procedere quoad D. Alexandram, ſiquidem ipſa non poterat condemnari ad ſoluendum ſummam certam, cum non eſſet hæres Angeli eius viri, ſed ſolum ad factum videlicet ad dimittendum Domum, & propterea non tenebatur ſoluere datiam, niſi pro facto vt ſoluit.

Dictum autem Ioannem ab expenſis abſoluimus, quia habebat primam ſententiam pro ſe *ad*
32 *Verallum deciſ.292.l.1.& Rotam dec.251.alias 10. de dolo & contumacis in nouis & deciſ.770. par.1. diuerſorum.*

Laus Deo, atque Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA IACOBI SARTI CVM Cæſare Michelini.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum publicum habet exequutionem paratam.

SVMMARIVM.

Exequutio eſt concedenda vbi de debito conſtat per publicum Inſtrumentum ex diſpoſitione c. Rotæ Lucenſis 53.num.1.
Renuncians recurſui abſoluitur à quarto pluri, numero 2.

DECISIO LXI.

Dominus Illuminatio mea.

PRONVNCIAVIMVS bene iudicatum ad fauorem Iacobi Sarti, & male appellatum pro parte Cœſaris Michelini à pronunciatione termini exequendi, quia cum de debito dicti Cœſaris conſtaret
1 per publicum inſtrumentum, nullæ aliæ erant partes D. Iudicis à quo niſi pronunciare terminum decem dierum fore, & eſſe exequendum iux. diſpoſitionem *cap. Rotæ 53. verſ. & terminus.*

Abſoluimus autem dictum Iacobum à quarto pluri ſtante renunciatione per ipſum facta recur-
2 ſui iuxta alias per nos deciſa in pluribus cauſis, & præcipue in illa Lucenſi quarti pluris 6. Iunii 1617. vertente inter ſer Ioannem Nicolai, & D. Franciſcum Granutium.

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA ALOISII LAVRENTII Caſteluecchi de Villa Baſylica cum D. Beatrice vidua relicta olim Ioannis dicti Q. Magiſtri Laurentij, nec non DD. Laura, & Lucretia eius filiabus. Atque eorum viris pro omni eorum iure & intereſſe.

ARGVMENTVM.

Compromiſſibilis an fiat quoad omnes cauſa vbi eſt compromiſſibilis quoad aliquos, & quoad aliquos non?

SVMMARIVM.

Compromiſſo non poteſt eſſe locus, niſi inter coniunctos intra quartum conſanguinitatis gradum ex diſpoſitione. cap. Rotæ Lucenſis 57.& cap.146.lib.1. ſtatutorum eiuſdem Ciuitatis, num.1.
Quando agitur inter plures, inter quos reſpectu aliquorum cauſa eſt compromittibilis, & reſpectu aliquorum non eſt compromittibilis, debet compromitti quoad omnes, num.2.
Fauor & priuilegium Socij, & Conſortis conſeruat ius reliquorum, num.3.
Intellige verum in indiuiduis, & connexis, cæterum in diuiduis, & ſeparabilibus, num.4.
Vſusfructus recipit ſeparationem à proprietate, numero 5.
Agens contra plures, quorum reſpectu circa aliquos ſit locus compromiſſo, & circa aliquos non, non poteſt obtinere quod cauſa compromittatur, nec quoad illos, quorum reſpectu cauſa erat compromiſſibilis ſecundum Alex.conſ.65.num.11. l.7. num.6.
Alex. conſ.65. num.11.l.7.reprobatur, ſeu declaratur procedere in indiuidis, num.7.
Dictum Doctoris non poteſt habere locum vbi ceſſat ratio ab eo conſiderata, num.8.
Compromiſſo non eſt locus vbi adſunt Inſtrumenta publica, num.9.
Intellige, niſi inſtrumenta eſſent facta ad fauorem petentium compromiſſum, quia, num.10.
Quilibet fauori ſuo renunciare poteſt, num.11.
Partes abſoluuntur ab expenſis vbi reformatur ſententia ob mutuam victoriam, num.12.

DECISIO LXII.

Dominus Illuminatio mea.

IVDICAVIMVS reſpectu D. Beatricis non eſſe locum compromiſſo, quia cum D. Beatrix non ſit coniuncta in aliquo conſanguinitatis gradu Aloyſio Recurrenti, prout requirit *cap. Rotæ 57. & cap. 146.lib.1. ſtatutorum* nec illorum
1 diſpoſitioni locus eſſe poteſt *Bartol.in l.1.§.1.ff. ne quid in flumine publico Angelus in l. vel negare ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur cum alijs per Felinum in cap.examinata num.4.& 5. de iudicijs.*

Digitized by Google

Nec obſtat quod cum ſit locus compromiſſo
reſpectu DD. Laurentiæ, & Lauræ eius filiarum, ex
quo ſunt coniunctæ in ſecundo conſanguinitatis
gradu cum dicto Aloyſio, cum ſint filiæ Ioannis
eius fratris, vt fatetur idem Aloyſius, dum reſpon-
dit capitulis productis pro parte dictarum Lauren-
2 tiæ & Lauræ, debet eſſe etiam locus compromiſſo
reſpectu D. Beatricis earum matris, quæ ſimul cum
dd. eius filiabus mouit iudicium contra dictum
3 Aloyſium, cum Priuilegium & fauor ſocij conſer-
uet ius reliquorum. *Bart. in l. ſolent num. 14. in fin. ff.
de alimentis & cibarijs leg. Socc. conſ. 12. num. 17. lib. 1.*
Et ideo priuilegio ſocij vtatur non priuilegiatus
ob communionem priuilegiati *Alex. conſ. 122. nu.
17. lib. 4. Iaſon in l. emancipari à nu. 5. verſ. nota ita dili-
genter vſque ad num. 25. C. de collat. Roman. conſ. 265.
ſub num. 2. cum alijs Matth. ſilanum ſing. 143. lib. 1.*
4 Quia reſpondetur, quod cum prætenſiones D. Bea-
tricis ſint ſeparatæ ab illis Laurentiæ, & Lauræ
cum D. Beatrix agat pro ſuis dotibus, in quibus
eius filiæ non habent intereſſe, & agat pro vſufru-
ctu bonorum petitorum per dictas eius filias, qui
5 pariter eſt quid ſeparatum à petitione filiarum
cum vſufructus recipiat ſeparationem à proprieta-
te §. *vſufructus inſtit. de vſufructu l. omnium & l. ſi alij
ff. eodem titulo & l. ſi patri C. eodem*, adhuc poſſunt eo-
rum cauſæ coram diuerſis iudicibus agitari, & ſic
recte fuit declaratum reſpectu D. Beatricis nõ eſſe
locũ cõpromiſſo, licet cõpromiſſo ſit locus reſpectu
eius filiarum, maxime cum libellus fuerit cõceptus
tam cõiunctim, quã diuiſim, ſi quidẽ tunc demum
priuilegio ſocij vtitur non priuilegiatus ob com-
munionem priuilegiati, quando ſumus in indiui-
duis, & connexis, cæterum ſi in Diuiduis & ſepara-
bilibus, propt hæc, quia tũc ſeparatim poſſunt con-
ueniri, vt declarat *Bartol. in l. iuris peritus §. cum
oriundus ff. de excuſat. minorum Aymo conſilio 232. nu.
2. cum alijs per Oddum de reſtit. in integrum par. 1. q. 16.
num. 21. verſ. ſi verò diuerſa & q. 47. art. 10. num. 48.
& art. 11.*

Nec dicatur quod immò cum reſpectu D. Bea-
6 tricis non ſit locus compromiſſo, nec debebat eſſe
locus compromiſſo reſpectu eius filiarum ad tradi-
ta *per Alexandrum conſ. 65. num. 11. lib. 7.* vbi di-
cit quod agens contra plures ad compromiſ-
ſum, quorum aliqui ſint affines, & alius non, po-
teſt obtinere, quod cauſa compromittatur, nec
quo ad affines, quia vltra quod contrarium exi-
7 ſtimaremus dicendum ex regula illa per nos ſupra
ponderata quod fauor, & priuilegium conſortis
conſeruat ius reliquorum, adhuc dicimus quod
Alex. loquitur quando cauſa erat indiuidua, vt
patet ex ratione per eum adducta, quæ erat ne
continentia cauſæ diuideretur, quæ indiuiduitas,
& connexitas cum ceſſet in caſu noſtro, vt oſten-
8 dimus, meritò dictum conſilium in aliquo non ob-
ſtare putauimus *ad l. cum pater §. dulciſſimis ff. de le-
gatis ſecundo*.

9 Nec obſtat tandem quod agatur de publicis in-
ſtrumentis, quo caſu non eſt locus compromiſ-
ſo *Bart. in l. eleganter in princ. ff. de condictione* inde-
biti cum ſimilibus, quia cum dicta inſtrumenta
10 ſint facta ad fauorem dictarum mulierum agen-
tium pro cõpromiſſo adhuc poteſt eſſe locus com-
11 promiſſo cum quilibet poſſit renuntiare fauori
ſuo, vt in terminis compromiſſi tradit *Alexan. conſ.
vlt. num. 15. lib. 6.*

Ambas autem partes ab expẽſis abſoluimus ob
12 mutuam victoriam *ad tex. in l. qui ſolidum ff. de leg.
2. cum ſimilibus*.

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

---

*IN CAVSA BARTHOLOMEI PIN-
zocchia, & Spect. Ioſeph Sinibaldi cum ſpect.
Petro Bocella.*

ARGVMENTVM.

Abſolutus an intelligatur qui in ſententia non
reperitur condemnatus?

SVMMARIVM.

*Inſtrumentum publicum facit probationem probatam, &
rem manifeſtam, num. 1.*
*Qui habet inſtrumentum pro ſe debet obtinere, nume-
ro 2.*
*Abſolutus intelligitur qui in ſententia non reperitur con-
demnatus, num. 3.*
Melius autem eſt expreſſe abſoluere, num. 4.
*In expenſis condemnatur qui nullam habet cauſam liti-
gandi, num. 5.*

DECISIO LXIII.

Dominus Illuminatio noſtra.

CONFIRMAVIMVS Sententiam
D. Iudicis à quo, dum condem-
nauit D. Bartholomeum Pin-
chiozzum ad ſoluendum ſpect.
Petro Bocellæ ſcuta 60. quia
de eius obligatione conſtat per
1 inſtrumentum publicum, quod
facit probationem probatam, & rem manifeſtam
*Bart. in l. 1. num. 8. & Iaſon num. 10. de operis noui nun-
ciatione Aymo conſ. 10. num. 7. Rota Lucenſis decif. 10.
num. 7. & decif. 127. pariter, num. 7.*
2 Vnde nullæ aliæ erant partes d. D. iudicis à quo
niſi in condemnando d. D. Bartholomeum ad ſol-
uendum ſummam, de qua in d. eius obligatione
*cap. porro de priuilegijs, & l. iudicatum ſolui ff. iudicatum
ſolui*, quia voces inſtrumentales perhibent teſti-
monium veritati *l. contrahitur ff. de pignoribus*.

Et licèt per ſententiam d. D. iudicis à quo veni-
ret tacitè abſolutus ſpec. Ioſeph Sinibaldus, ex quo
3 in d. ſententia non legebatur cõdemnatus, tamen
vt magis clarè de eius abſolutione conſtaret, pla-
cuit illum expreſſe abſoluere ſi quidem in d. inſtru-
4 mento nullibi conſtat de aliqua obligatione dicti
ſpect. Ioſephi, quem ſicut propterea ab expenſis
abſoluimus, ita in expenſis d. Bartholomeũ conde

mna-

Digitized by Google

5 mnauimus, ex quo nullam habuit cauſam appellandi à pronuncia d. D. Iudicis a quo ad *text. in l. cum quem temere ff. de iudicijs.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ:
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA MARCI TINCTORIS cum Chriſtophoro Stagi de Buego Mozzani.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta cum termino ad deliberandum in actis publicis, an ſit irreuocabilis?

SVMMARIVM.

Promiſſioni ſuæ nemo contrauenire poteſt, numero 1.

Promiſſio facta coràm notario importat ſtipulationem, num. 2.

Cõfeſſio in actis publicis deſcripta, ac ſtipulata, cui terminus ad deliberandum præceſſit, & Iudicis præceptum ſubſequutum fuit, eſt irreuocabilis, & hoc caſu dicitur promiſſio & non ſimplex confeſſio, num. 3.

Exequutio petita, & conceſſa ante 15. dies eſt nulla ex diſpoſitione cap. Rotæ Lucen. 54. num. 4.

Renuncians beneficio alicuius ſtatuti non poteſt illo iuuari, num. 5.

Exequutio nulla, quia facta contra formam ſtatuti comprobatur ex fideiuſsione de ſoluendo præſtita, numero 6.

Forma Iudicij, & eius obſeruantia fruſtra attenditur, vbi ipſiusmet partis confeſsio, ac conſenſus negotium dirimit, num. 7.

Exequutio conceſſa durante termino à lege præfixo dicitur nulla ex defectu iuriſdictionis, numero octauo.

Exequutio nulla ex defectu iuriſdictionis non poteſt de conſenſu partium ſanari, num. 9.

Iuriſdictio poteſt de conſenſu partis ſanari quando Iudex non caret funditus iuriſdictione, num. 10.

Exequutio nulliter conceſſa debet confirmari conſtito de bono iure, & hoc tamen in exequutione perſonali, quam in reali, num. 11.

Caducitatis iudicium nulliter, nempe ante lapſum requiſitum tempus inſtitutum reconualeſcit ſi interim caducitas per emphiteutam incurratur, numero 12.

Sententia plures ſimpliciter condemnans non dicitur inſolidum ſed pro virili condemnare, num. 13.

Verba ſtipulationum ſunt ſtrictæ Intelligenda, & vt minus obligent, quam fieri poſſit, num. 14.

Ab expenſis partes abſoluuntur ob mutuam victoriam, num. 15.

DECISIO LXIV.

Dominus illuminatio mea.

CONFIRMAVIMVS Sententiam D. Commiſſarij Burgi Mozzani iudicis à quo, in qua declarauit fideiuſſionem per Marcum tutorem præſtitam fuiſse, & eſſe præſtitam pro ſe, & D. Thomaſia eius vxore tantum, & pro rata ad eos tangente de ſumma in executione contenta, non autem pro parte tangente D. Suſannæ, prout prætẽdebat Chriſtophorus de Stagis in eius adhæſione, cõtra quam reſeruauit dicto Chriſtophoro actori iura experiendi pro reſiduo ſummæ in dicta executione contentæ, & latius prout in dicta ſententiæ, quia enim d. Marcus tam pro ſe, quam pro D. Thomaſia eius vxore promiſerit ſoluere ſummam in dicta executione contentam infra tempus ſibi aſſignatum, & infra dictum tempus oſten-
1 dere de ſolutione tantum non poteſt hodie dictæ
eius promiſſioni contrauenire *l. poſt mortem ff. de adopt. Rota deciſ. 174. num. 1. par. 2. diuerſ. Surd. deciſ.* 149. *num* 21. omne enim promiſſum eſt debitum *l. vnica C de ſuffragijs Rubr. inſtit. de verb. oblig. in princ. iuncta gl. 1. ff. de pactis.* Et grauiſſimum eſt non ſolum apud Deum, ſed etiam apud homines promiſſa non obſeruare, quia non obſeruare eſt fidem fallere, cum ab ore Dei proceſſerit promiſſa, ſeruabo *l. 1. §. qui depoſitum in fine ff. depoſiti l. ex empto in principio ff. de act. empti Roland. conſ. 54. num. 8. l. 4. Becc. conſ. 45. num. 25.* Et prædicta præcipuè procedere viſa fuerunt in caſu noſtro, cum ex dicta promiſſione fuerit acquiſitum ius dicto Chriſtophoro per ſtipulationem, ſi quidem dicta promiſſio fuerit
2 facta mediante notario, quo caſu verbum promitto importat ſtipulationem *l. 1. C. de contrahend. emptione, cum alijs per Pariſ. conſ. 88. num. 94. lib. 3.*

Nec obſtat, quod dictus Marcus tentauerit reuocare dictam eius confeſſionem, tanquam erro-
3 neam, quia reſpondetur, quod iſta non fuit ſimplex confeſſio, ſed promiſſio in actis publicis deſcripta, ac ſtipulata, cui terminus tradui ad liberandum præceſſit, & iudicis præceptum ſubſequutum fuit, & conſequenter effecta fuit irreuocabilis *Gl. in cap. ex literis ext. de diuortijs Archidiaconus in cap. fin. de iure iurando in 6. Baldus in l. error facti num. 10. C. de iuris & facti ignorantia Cæpolla caut. 69. Aymo conſ. 112. num. 9.*

Sicut nec obſtare viſum fuit quod dicebatur di-
4 ctam executionem fuiſſe nullam cum fuerit petita, & conceſſa ante lapſum quindecim dierum contra formam cap. Rotæ 55. quod plures aſſerebantur reſponſiones obiectum tollentes, & prima erat, quod cum dictus Marcus ſtatim poſt præfatæ exequut. intimationem ſibi petierit aſſignari tempus triginta dierum ad ſoluendum ſummam, de qua in dicta exequutione iuxta formam eiuſdem cap. Rotę 55. cenſetur renunciaſſe beneficio dictorum quindecim dierum, de quibus in d. cap. Rotę & conſequenter tali beneficio tueri non valet *l. quærit §. remittentibus enim actiones ſuas de ædilitio*

Digitized by Google

lnitio adicto l. ſi maritus, §. ſi negauerit, de adulterijs. Bart. in l. facta, §. ſi hæres colum. 1. ver. quæro poſt factum ad Trebell. Guidopapa deciſ. 530. Roman. conſilio 369. num. 15. & 16. cum ſimilibus.

Secoodo reſpondebatur quod prædicta exequutio licèt nulla ob non ſeruatam formam ſtatutorũ,
6 fuit ex dicta fideiuſſione de ſoluendo ſummam in ea contentam, comprobata, vt in iſtis terminis imò in fortioribus, nemp è vbi præſtatur ſimplex ac generalis fideiuſſio de iudicio ſiſti ac iudicatum ſoluendo tradit *Bart. in ſua diſputatione 6. Lapus capitus colum. penultima, & ſequitur Socin. ſenior conſilio 99. num. 3. lib. 4. & latius conſilio 133. circa medium.*
7 Tutum eſt enim formam Iudicij, eiuſque obſernantiam fruſtrà attendi, vbi ipſiuſmet partis confeſſio, & conſenſus negocium dirimit, *Abb. in cap. Piſanis, num. 9. de reſtitut. ſpoliatorum. Bald. Felin. Pariſ. & alij, quos cumulat Maſcardus de generali ſtatutorum interpretatione concluſ. 19. num. 72. cum ſeq. & latiſſimè. Marſilius in ſua praxi crim. §. 2. numero 38. cum multis ſequentibus.* Atque ex hoc ceſſat quod
8 dicebatur quod cum conceſſio dictæ exequutionis fuerit nulla ex defectu iuriſdictionis, ex quo fuit conceſſa durante termino à lege præfixo, vt firmat *Vantius de nullitat. ex defectu iuriſd. ordinariæ, nu. 158.*
9 non potuit de conſenſu partis ſanari, quia contrarium eſt verius in caſo noſtro, nam cum Dominus Iudex à quo non careret funditus iuriſdictione iuriſdictio de conſenſu partis potuit prorogari ad
10 tradita per Doctores *in l. ſi conuenerit, ff. de iuriſdict. omnium iudicum.*

Tertiò, & vltimò reſpondebatur, quòd cum in omnem euẽtum negari non poſſet, quin de debito
11 liquidè, ac euidenter conſtet, adhuc prædicta exequutio, licet nulliter conceſſa, & contra formam ſtatutorum erat confirmanda, cum ſtante eius iuſtitia eſſet denuo concedenda vt de exequutione perſonali eſt *tex. not. in l. fin. §. fin. quod metus cauſa, per quem tex. ita decidunt Paulus de Caſtro in l. ſi cum nulla, circa finem de re iudicata. Alba conſilio 29. in fine, Rota deciſ. 151. num. 5. par. 2. Marſilius vbi ſupra num. 39. Ludouicus deciſ. Peruſina 40. num. 2. vbi de communi. Vant. de nullit. ſentent. tit. quibus modis ſententia nullitas defendi poſſit, num. 231. Surdus de alimentis tit. 9. quæſt. 32. num. 35. Barzius deciſ. 134. nu. 1. Cornazzan. deciſ. 2 num. 8.* Et eſt vulgare dictum malè captus benè detentus, de quo latè *Farinac. quæſt. 27. num. 151. cum pluribus ſequentibus.* Quod ſi in perſonali procedit, multò fortius in reali exequutione idem ſtatuendum eſt, vt naturalis ratio ſuadet, & propterea tenutam nulliter, & contra ſtatuti diſpoſitionem, iuſtè tamen, & pro vero credito conceſſam confirmandam eſſe dixit *Angelus in l. ſi finita circa finem de damno infecto*, quem ibi Doctores ſequuntur, & precipuè *Alexander num. 6. ver. tamen Romanus. Abb. conſil. 29. in fine. Franc. Cremen. ſingul. 97. Tenuta. Menochius de adipiſcen. remedio 5. num. 67. & 68.* vbi infert ad declarationem ſtatuti huic ſimilis cum alijs *per Surdum de aliment. vbi ſupra num. 36.*

Et quod propterea iudicium caducitatis nulli-
12 tet nempè ante lapſum requiſitum tempus inſtitutum reconualeſcat, ſi interim caducitas per emphiteutam incurratur tradit *Corbol. de cauſ. priuat. ob non ſolutum canonem ampliatione 16. in fine, & ſequitur Surdus deciſ. 7. per totum* circuitus. n. ſunt euitandi *vt per eum & per Marſilium in ſua praxi crim. par. 2. num. 47. cum multis ſeqq. ver. nec etiam obſtat, vbi plura in propoſito refert.*

Quod verò ſpectabat ad adhæſionem Chriſtophori diximus malè fuiſſe adheſum, quia non poterat pretendere dictus Chriſtophorus quod dictus Marcus ſe obligaſſet etiam pro Suſanna, quæ fuerat pariter condemnata cum dicto Marco, & dicta
13 D. Tomaſia, quia ſententia plures ſimpliciter condemnans non dicitur inſolidum, ſed pro virili condemnare *l. 1. & 2. C. de hæred. act. Surdus conſil. 269. num. 120. lib. 2.* Vnde cum dictus Marcus non promiſerit niſi pro ſe, & eius vxore non poteſt condemnari, etiam pro rata d. Suſannæ pro, qua non
14 promiſit, maximè cum verba ſtipulationum ſint ſtrictè intelligenda, & vti minus obligent, quam fieri poſſit *l. ſemper in ſtipulation. ff. de regulis iuris. l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulantem, ff. de verborum obligat.*

Et conſequenter propter mutuam victoriam
15 ambas partes ab expenſis abſoluimus *ad tex. in l. qui ſolidum, vbi Bartolus & alij, ff. de legat. 2. cum alijs per Gail. pract. obſeruat. obſeruat. 110. num. 6. ver. In Camera.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. LEONARDI GVRFIGLIANI cum D. Syluia Simonelli.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti ex quibus coniecturis cenſeantur vocati?

SVMMARIVM.

Habens anteriorem hypothecam ſuper certis bonis poteſt illa auocare à quocunque tertio poſſeſſore, num. 1.
Creditor hypothecarius poteſt proſequi rem in quemcunque tranſeat poſſeſſorem, num. 2.
Bona fideicommiſſo ſubiecta obligari non poſſunt, num. 3.
Filij in conditione poſiti vocati cenſentur, num. 4.
Maximè ex coniecturis, num. 5.
Coniectura, ex quibus filij in conditione poſiti vocati cenſentur poſſunt eſſe alienationis prohibitio, Digreſſio ad plurium ſubſtitutionum gradus, &, quod filij ſint in conditione poſiti cum qualitate legitimitatis, num. 6
Creditor ille præfertur, qui habet potiora, & meliora iura, num. 7.
Hypotheca conſtituta de conſenſu illius, qui habet intereſſe in bonis hypothecatis dicitur benè conſtituta, num. 8.
Filij in conditione poſiti non ſemper ex coniecturis cenſentur vocati, ſed tunc demum quando ſunt de deſcendentibus, num. 9.
Coniectura, vt inducant vocationem filiorum poſi-

torum in conditione, debent eſſe vehementes, vrgentes, & admodum concludentes, num. 10.

Ex coniectura deſumpta ex prohibitione alienationis tunc filij in conditione poſiti cenſentur vocati quando prohibitio fuit facta extra familiam, cum clauſula quia teſtator vult bona perpetuò conſeruari in familia, cæterum ſi ſit ſimplex, num. 11.

Imò quod etiam talis coniectura non inducat vocationem tenent aliqui, num. 12.

Coniectura deſumpta ex digreſſione ad plurium ſubſtitutionum gradus non dicitur efficax ad inducendam vocationem filiorum poſitorum in conditione, num. 13.

Coniectura deſumpta ex qualitate legitimitatis eſt magis communiter recepta, num. 14.

Ceſſantibus coniecturis, verior, & magis recepta eſt illa concluſio, quod filij in conditione poſitj non cenſeantur vocati, ſed tantum ius ſuccedendi eorum patri ab inteſtato illis intelligatur reſeruatum, numero 15.

Excuſſio non requiritur vbi quis non ſe obligauit, ſed tantum præſtitit conſenſum, num. 16.

Excuſſio non requiritur vbi ſuper re vendita eſt reſeruata ſpecialis hypotheca, vel in mutuo eſt res ſpecialiter obligata, num. 17.

Conſtituens procuratorem ad aliquid gerendum cenſetur dare expreſſum mandatum ad præambula & præcedentia neceſſaria, num. 18.

Procurator conſtitutus ad aliquem actum gerendum cenſetur conſtitutus ad faciendum alios actus conſuetos in expeditione illius actus, etiam ſi alias requirerent ſpeciale mandatum, num. 19.

Procurator conſtitutus ad vendendum vel donandum poteſt in inſtrumento donationis vel venditionis facere apponere omnia pacta pœnalia, alias in inſtrumentis conſueta apponi, num. 20.

Ambaſciator ſi habeat mandatum ad faciendum pacem poteſt etiam promittere pœnam, num. 21.

Ad iurandum licet requiratur ſpeciale mandatum, tamen ſi mandatum fuerit contrahendi, poterit iurari pro obſeruantia contractus, num. 22.

Habens poteſtatem vendendi bona fiſcalia poteſt dare fideiuſſorem euictionis, & apponere omnia alia pacta pœnalia ſecundum morem regionis, numero 23.

Notarius rogatus ſimpliciter cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas, num. 24.

Obligatio ſimplex contracta pro dotibus comprehendit vſuras, & omnia alia acceſſoria, num. 25.

Hypotheca pro dote conſtituta extenditur etiam ad æſtimationem quantipluris, quæ per annorum creuit, numero 26.

Hypotheca ratione temporis retrotrahitur, num. 27.

Per ſecundum mandatum cenſetur reuocatum primum, num. 28.

Niſi ſit factum in perſona eiuſdem, & ſit generalius primo, quia tunc cenſetur factum ad augendam facultatem, & non ad illam minuendam, ſeu reuocandam, num. 29.

Creditor negligens in petendo ſuum creditum per longum tempus, adeo vt debitor ſit effectus non ſoluendo non poteſt moleſtare tertios poſſeſſores, num. 30.

Res alteri hypothecata vt præſcribatur à tertio, ex diſpoſitione ſtatuti Lucenſ. 98. l. 2. requiritur quod iſte tertius ſpatio decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes iuſto titulo illam poſſederit, num. 31.

Iudex ex iuſtis cauſis animum ſuum mouentibus partes ab expenſis abſoluit, num. 32.

DECISIO LXV.

Dominus Illuminatio mea.

EXISTIMAVIMUS reſpondendũ pro D. Iulia Simonelli quod
fuerit benè iudicatum per D.
Iudicem à quo dum condemnauit D. Leonardum Gurfiglianum ad dimittendum, & relaxãdum bona, de quibus agitur,
dictæ D. Siluiæ. detinenda ab ea loco pignoris, &
hypothecæ, donec & quouſque fuerit integrè ſatiſfacta de ſcutis ducentum pro reſiduo ſortis principalis ſuarum dotium cum conditionibus, de quibus in dicta ſententia, nec non pro ſcutis 190. pro
interuſurijs decurſis ad rationem quinque pro centennario, nec non pro decurrendis ad eandem rationem vſque ad effectualem ſolutionem, ſeu relaxationem prædictorum bonorum, & latius prout
in dicta ſententia.

Quia cum dicta bona fuerint ſibi ſpecialiter
hypothecata à D. Auguſtino pro ſuis dotibus ſatis
antè quam dictus Auguſtinus illa venderet D. Dominico Gurfigliano patri D. Leonardi rei conuenti, & poſſeſſoris dictorum bonorum, certè nõ poteſt
dubitari quin d. D. Syluia poſſit illa auuocare à dicto D. Leonardo tertio poſſeſſore tanquam credi-
1 trix anterior dictorum bonorum, *iux. regulam qui
prior. vbi Dynus & Franc. de regul. iuris in 6. l. quoties
vtriuſque, ff. de reg. iur. l. qui balneum, & l. qui potiores
in principio, ff. qui potiores in pignore habeantur,* cum
2 creditor hypothecarius poſſit proſequi rẽ in quemcumque tranſeat poſſeſſorem, ex quo res ſemper
tranſit cum ſua cauſa *l. pignoris, ff. de pignoribus, l. ſi
conuenerit vt nomen, §. ſi fundus, ff. de pignoratitia actione, & l. ſi debitor. C. de diſtractione pignoris cum ſimilibus.*

Nec dicatur, quod dicta bona non poterãt obli-
3 gari, & hypothecari per D. Auguſtinum d. D. Siluiæ, ex quo illa fuerant fideicommiſſo ſuppoſita à
quadam D. Catherina Scanambecchi ad fauorem
Ioannis Simoncelli filij dicti Auguſtini, prout apparet ex teſtamento dictæ Dominæ Catherinæ in
actis producto, in quo legitur dictum Ioannem
4 filium Auguſtini fuiſſe in conditione poſitum, quapropter vocatus etiam cenſeri debet, ſiue ſequi velimus eorum ſententiam, qui abſolutè recedunt ab
opinione Gloſæ in *l. Lucius, la 2. ff. de heredib. inſtituendis, quos recenſet Ioſeph. de Ruſticis in tract. de filiis
in conditione poſitis lib. 1. cap. 2. par. 2. numero 1.* ſiue
aliorum ſententiam amplecti velimus qui ab opi-
5 nione dictæ Gloſæ ex coniecturis recedunt, vt patet ex *Deciano conſ. 34. n. 117. lib. 3. Laderch. conſ. 150.
nu. 1. Peregrino conſ. 46. num. 1. lib. 3. Honded. conſ 65.
nu. 28. lib. 1. Caballo conſ. 105. nu. 1. Theſauro dec. ſ. 96.
nu. 8 Magonio deciſ Florentina* 27. num. 2. cum in caſu
6 præſenti non deficiant coniecturæ, quarũ prima eſt
alienationis prohibitio. Secunda digreſſio ad plurium ſubſtitutionum gradus. Tertia quod filij dicti

Augu-

Digitized by Google

Auguſtini fuerunt in conditione poſiti cum qualitate legitimitatis, ex quibus Doctores dicunt filios in conditione poſitos cenſeri vocatos, prout quod ex prohibitione alienationis cenſeatur inducta vocatio tradunt *Ruin. conſ. 124. num. 4. lib. 2. Gabriel de fideicomm. concluſ. 4. num. 17. Theſaur. deciſ. 96. num. 10. Laderch. conſ. 150. num. 1. & Caball. conſ. 105. num. 2.* Et quod digreſſio ad plurium ſubſtitutionum gradus idem operetur effectum tradunt *Hondedeus conſ. 54. nu 32. lib. 2. Laderch. d. conſ. 150. nu. 1. ver. tertia eſt, Decius conſ. 34. nu. 19. Theſaur. deciſ. 96. nu. 15. Caball. conſ. 105. num. 14. Magon. d. deciſ. Florentina 27. nu. 9.* Et tandem quod ex quo filij dicti Auguſtini fuerunt in conditione poſiti cum qualitate legitimitatis dum dictum fuit ſine filijs legitimis & naturalibus ex hoc etiam vrgens vocationis coniectura inſurgat, tradunt *Peregrin. conſ. 46. nu. 3. l. 3. Hondedeus conſ. 54. nu. 2. Decian. conſ. 34. nu. 18. in fine lib. 3. Surdus conſil. 539. num. 3. & dec ſ. 162. num. 8.* Et conſequenter tantum abſit quod dicta Do. Siluia poſſit auocare dicta bona à dicto D. Leonardo, quod imò dictus Dominus Leonardus ſit in ea præferendus cum ipſe non ſolum habeat cauſam à dicto Auguſtino patre d. D. Siluiæ qui de eis diſponere non valebat in præiudicium Ioannis eius filij, ſed etiam habeat cauſam à d. Ioanne

7 Domino dictorum bonorum vigore dicti teſtamenti, cum ille creditor ſit præferendus qui habet potiora iura vt habetur *in toto tit. & ibi Doctores, ff. & C. qui potiores in pignore habeantur*. Quia vltra quod obiectum tollitur ex eo quod Auguſtinus non ſolum pro omni ſuo iure, & intereſſe hypothecauit Dominæ Siluiæ bona, de quibus agitur, ſed etiam procuratorio nomine Ioannis eius filij prout de mandatis procuræ vidimus plenè conſtare in actis, quo caſu non poteſt ampliùs dubitari de validitate obligationis, & hipothecæ conſtitutæ

8 ſuper dictis bonis ad fauorem dictæ Dominæ Siluiæ ſtante conſenſu dicti Ioannis qui ex aduerſo prætendebatur vocatus ad *l. ſi fundus, §. 1. ff. de pignoribus, & l. aliena, ff. de pignorat. act. Bartolus in l. 1. §. in ſpeciem, ff. de pignoribus, ver. aut Dominus ratum habuit*. Adhuc dicimus, quod illa concluſio, Quod filij in conditione poſiti ex coniectura

9 ta mente teſtatoris cenſentur vocati, non tranſit ſic de plano, ſed quando filij hæredes inſtituti eſſent de deſcendentibus teſtatoris, Cæterum ſi de tranſuerſalibus prout hic, quia hoc caſu coniecturæ non ſufficiunt nec admittuntur ſecundum opinionem Iulij Clari *in §. teſtamentum quæſtione 77. ver. contrariam quam approbant & ſequuntur Decius conſilio 9. numero primo, & 4. lib. 3. & Caualcanus deciſione 5. numero 18. parte 3.*

Vel ſaltem dato quod ad inducendam vocatio-

10 nem tranſuerſalium poſitorum in conditione coniecturæ admitterentur neceſſarium eſſet, quod eſſent vehementes vrgentes & admodum concludentes, *Iaſon in l. poteſt, num. 9. ff. de vulg. & pupill. Ripa in l. hæredes mei, §. cum ita, numero 17. ff. ad Trebellianum. Alexand. conſil. 202. in fine lib. 7. Socin. ſenior conſilio 116. column. 1. lib. 3. Decius conſilio 377. num. 2. Parſ. conſilio 75. num. 27. lib. 3.* vbi quod huiuſmodi coniecturæ debent eſſe in ſua ſpecie perfectæ adhoc vt probent mentem teſtatoris, cùm alijs per *Rusticum in dicto ſuo tractatu, an, & quando liberi p ſiti in conditione cap. 1. nu. 14. ver. aut ſumus.* Vndè cum in caſu noſtro non adſint aliquæ coniecturæ vrgentes & efficaces quæ ſuadeant Ioannem filium dicti Auguſtini in conditione poſitum fuiſ-

11 ſe vocatum ſi quidem illa coniectura deſumpta ex prohibitione alienationis procederet, quādo prohibitio alienationis eſſet facta extra familiam cum clauſula quia teſtator vult bona perpetuo conſeruari in familia, nam tunc filij poſiti in conditione cenſentur diſpoſitiuè vocari, cæterum ſi prohibitio ſit ſimplex, prout hic, vt paret ex *Corneo conſil. 59 col. fin. l. 2. Curt. iun. conſ. 43. col. 3. & ſeq. & Socin. co ſ. 150. in fine*, licet etiam hoc caſu non deſint qui

12 teneant hanc coniecturam non ſufficere vt legitur apud *Parſium conſ. 44. col. 3. lib. 2.*

13 Sicut nec efficax coniectura dicitur illa deſumpta ex digreſſione ad plurium ſubſtitutionum gradus, prout de magis communi opinione teſtantur *Decianus conſil. 26. num. 89. lib. 2. Rolandus conſil. 51. num. 9. lib. 3. Gabriel conſ. 93. num. 42. lib. 2. Surd. conſ. 448. num. 21. & conſ. 554. nu. 20. Turretta conſ. 33. nu. 20 lib. 2. Caball. conſ. 136. num. 2. & ſeq. Honded. conſ. 60. num. 82. lib. 1. Menoch. conſ. 331. num. 91. Borgninus deciſ. 5. num. 56. cum alijs per Gabriel de fideicomm. concluſ. 4. num. 14 & Manticam de coniect. vlt. volunt, lib. 11. tit. 3. num. 13. ver. item hæc & Menoch. de præſumpt. præſumpt. 76. nu. 55. lib. 4. & Ioſeph. de Rusticis in d. ſuo tract. an liberi poſiti in conditione l. 3. cap. 1. num. 2.* vbi dicunt hanc cōcluſionem præcipuè procedere vbi poſiti in conditione non ſunt deſcendentes teſtatoris, ſed illius trāſuerſales, prout eſt in caſu noſtro d. Ioannes reſpectu d. D. Catherinæ teſtatricis.

Et quod pariter illa tertia & vltima coniectura deſumpta ex qualitate legitimitatis, vana & friuola ſit, & ſit magis communiter à Doctoribus reiecta, & reprobata clarè probant *Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita par. 2. num. 52. Beretta conſ. 74. num. 12. Ripa in l. Centurio, num. 64. & in l. 1. num. 9. C. de pactis. Torniolus conſ. 4. num. 23. Hondedeus conſilio 45. num. 27. lib. 2. Petra de fideicomm. quæſt. 9. num. 201. ver. verumtamen. Theſaur. deciſ. 96. num. 26. Magon. deciſ. Florentina 27. num. 9. Roland. conſ. 34. verſ. ſimiliter lib. 4.*

Reliquum eſt quod cum iſtæ coniecturæ non ſint receptæ à Doctoribus vt oſtendimus, & illis ceſſantibus verior & magis recepta ſit opinio illa, quod filij in conditione poſiti non cenſeantur vocati, ſed tantum illis intelligatur reſeruatum ius

14 ſuccedendi eorum patri ab inteſtato *inx. Gloſ. in l. Lucius, l. ſeconda in ver. liberos, ff. de hæred. inſtituen. quam Gloſ. poſt antiquos omnes ſequuntur Bartolus ibi, num 2. Bald. num. 5. Cumanus num. 6. & Imol. num. 2. Alexand. in l. ex facto, §. ex facto, num. 3. vbi de communi, ff. ad Trebellianum. Oldradus conſil. 141. num. 6. Alexand. conſ. 91. num. 6. lib. 1. Capra conſil. 2. num. 24. Curt. ſen. conſ. 45. num. 12. Corn. conſ. 186. num. 5. lib. 3. Socin. conſ. 140. num. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 101. nu. 4. & 7. l. 2. Dec. conſ. 270. num. 1. Iaſon conſ. 143. lib. 2. Alex. conſ. 185. per totum lib. 2. Caſtrenſ. conſ. 86. num. 8. lib. 1. Gabr. conſ. 93. nu. 34. l. 2. & de fideicomm. concl. 4. nu. 1. & 3. vbi de magis communi. Roland. conſ. 51. ver. quibus l. 3. Clar. in §. teſtamentum q. 77. Aymo conſ. 62. num. 6. Petrus Caballus conſ. 136 num. 1. Sfortia Odd. conſ 66*

K 2 num.

nu. 24. vbi dixit quod in ſuo tractatu de compendio
ſa adduxit 30. DD. atteſtantes iſtam opinionem
eſſe magis communem *Natta conſ. 550. num. 3. Gail
pract. obſeruat. obſeruat. 137. num. 18. l. 2. vbi pariter
de comm. Ondedeus conſ. 65. num. 17. lib. 1. Menocch.
conſ. 135. num. 1. l. 2. & de arbitr. iud. q. 148. Ioſeph. de
Ruſtic. in d. ſuo conſ. poſt eius tractatum an & quando fi-
lij poſiti in conditione ſub num. 11. Simon de pretis de
interpretatione vlt. volunt. lib. 3. ſol. 2. num. 1. 2. 3. &
ſeq. Mantica de con. vlt. vol. lib. 11. tit. 2. num. 1. in prin-
cipio. Peregr. conſ. 36. num. 18. l. 3. & de fideicomm. art.
28. ſub num. 5. 6. & 7. & ſeq. Magon. deciſ. Lucen. 59.
num 8. Theſaur. deciſ. 96. num. 3. & 6.* vbi dicit quod
iſta opinio hodie eſt canonizata, & hanc denique
probat Rota Romana *vt per Veraium manuſcrip-
tum dec. 98. in fine par. 2.* Neceſſario ſit concluden-
dum dictum Auguſtinum validè obligaſſe & hy-
pothecaſſe dd. bona ad fauorem d. D. Syluiæ, etiã
circumſcripta facultate ſibi conceſſa à Ioanne eius
filio ex allegatis.

Et licèt ex his videantur ſublata omnia quæ di-
cebantur de excuſſione non facta contra Ioan-
nem, & quod eius mandatum non ſe extendebat
ad fructus dotales, cum ceſſante dicta vocatione
Ioannis, ſolus Auguſtinus, vt diximus potuerit illa
validè obligare & hipothecare, Nihilhominus, vt
nihil intactum relinquatur adhuc exabundanti
dicimus. Quod quatenus etiam Ioannes cenſe-
tetur vocatus, & propterea eius conſenſus fuiſſet
neceſſarius, adhuc non requirebatur illius ex-
cuſſio ex duobus primò quia Ioannes non ſe ob-
15 ligauit, ſed tantum præſtitit eius conſenſum, ſe-
16 cundò quia cum dd. bona fuerint ſpecialiter,
obligata non erat neceſſaria excuſſio, *vt poſt Iaſo-
nem in §. item ſi quis in fraudem inſtit. de act. numero
76. verſic. 2. principaliter limitatur, & Aym in conſil.
77. numero decimooctauo tradit Theſaurus deciſione
51. ſub numero ſexto,* vbi dicit, quod Senatus de-
clarauit quod quotieſcunque ſuper re vendita eſt
reſeruata ſpecialis hypotheca, vel in mutuo res
ſpecialiter piguorata, non eſt neceſſaria excuſ-
ſio.

Sicut etiam non obſtat quod Mandatum Ioan-
nis non ſe extendat ad hypothecandum dd. bona
pro interuſurijs dotis, Tum quia conſtituens pro-
17 curatorem ad aliquid gerendum cenſetur dare
expreſſum mandatum ad præambula & præce-
dentia neceſſaria *l. qui procuratorem dat ff. de pro-
cur. Roman. conſ. 461. num. 4.*

18 Tum quia procurator conſtitutus ad aliquem
actum gerendum cenſetur conſtitutus ad facien-
dum alios actus conſuetos in expeditione illius
actus etiam ſi alias requirerent ſpeciale manda-
tum *l. quod ſi nolit § qui aſſiduè ff. de ædilit. edicto
Bartol. in l. ſi procurator num. 2. ff. de iure fiſci Alexan.
ad Bartol. in l. ſolutum §. fin. in verſ. quod in mandato
de pignorat. act. Felin. in cap. cum M. Ferrarien. ſub nu.
6. in medio verſ. & hinc eſt, de conſtitut.* vbi allegat
mille ſimilia, *Idem Felin. in cap. ex literis num. 12. in
fine verſic. & hinc eſt de fide inſtrum. Angel. in l. bene à
Zenone num. 1. C. de quadrienn. præſcrip. Roman. conſil.
114. num. 4. verſ. quoad ſecundum cum alijs per Gabrie-
lem de conſuetudine concl. 1. in 13. illat. numer. 21.* &
fuit deciſum in vna Tarraconenſi execut. breuis
24. Nouembris 1603. coram R. P. D. Iuſto, &
conſequenter cũ Dotes dentur pro ſubſtentatione
matrimonij merito Mandatum conceſſum ad hi-
pothecandum bona pro dotibus cenſeri debet cõ-
ceſſum etiam pro fructibus illius.

19 Hinc procurator conſtitutus ad vendendum, vel
donandum poteſt in inſtrumento donationis, vel
venditionis apponi facere omnia pacta etiam pœ-
nalia alias in inſtrumentis conſueta apponi, licèt
ſuper hoc non habeat ſpeciale mandatum *Angel.
in d. l. bene à Zenone num. 1. C. de quadrienn. præſcri-
ptione.*

20 Sicut etiam ambaſciator ſi habeat mandatum
ad faciendum pacem videtur habere mandatum
ad promittendum pœnam *Alexand. ad Bart. in d. l.
ſolutum §. fin. in verſic. quod in mandato, ibi, & ideo
ſi Ambaſciator de pignorantia actione.*

21 Prout etiam licet ad iurandum requiratur ſpe-
ciale mandatum *l. ius iurandum §. procurator de
iure iurando cap. qui ad agendum de procur. in 6.*
tamen ſi mandatum fuerit contractum geri, po-
terit iurari pro obſeruantia contractus *Alexan-
der ad Bartolum vbi ſupra de pignorantia actione.*

22 Hinc etiam habens poteſtatem vendendi bona
fiſcalia poteſt dare fideiuſſorem euictionis, & ap-
ponere omnia alia pacta pœnalia ſecundum mo-
rem regionis *Angel. in l. 2. num. 2. ff. de iurid. omn.
Iudicum.*

23 Et notarius rogatus ſimpliciter intelligitur ro-
gatus apponere clauſulas conſuetas *l. fin. C. de fide-
iuſſoribus Alex. conſ. 27. numero 2. verſic. accedit libro
ſecundo.*

24 Et in puncto quod ſimplex obligatio contracta
pro dotibus includat vſuras, & omnia alia acceſ-
ſoria *Bart. in d. l. ſolutum §. ſi in ſortem ff. de pignora-
titia actione,* vbi vult quod hypotheca pro ſorte con-
25 ſtituta extendatur etiam ad æſtimationem quan-
ti plurimi, quæ per moram creuit *Alex. conſ. 200.
l. 6. Neguſant. de pignoribus in 1. membro 5. par. quæſt. 5.
26 nu. 10. & 14.* vbi fortius dicit quod ratione tempo-
ris retrotrahitur *per l. Lucius ff. qui potiores in pigno-
re habeantur & poſt Burſatum conſil. 103. à numer. 11.
vſque ad finem tradit Suranus deciſ. 240. numer. 16. &
fuit deciſum per Rotam Romanam deciſ. 251. in fine
par. 4. diuerſorum.*

27 Nec obſtat quod cum mandatum à d. Ioanne
vltimo loco factum in perſonam d. Auguſtini eius
patris non ſit factum ad obligandum, & hipothe-
candum dicta bona pro dicta dote d. D. Siluiæ, ſed
ſimpliciter ad vendendum, & alienandũ per illud
ſecundum mandatum fuerit reuocatum primum
l. ſi quis cum procuratore § fin. ff. de procurat. cum
28 ſimilibus, quia reſponderetur, quod cum ſecundum
mandatum ſit factum in perſona eiuſdem Augu-
ſtini, & contineat in effectu idem, quod primum
videlicet facultatem alienandi, & vendendi dd.
bona, imo ſit generalius primo, non cenſetur reuo-
catum primum mandatum, ſed ſecundum tendit
ad augendam facultatem non autem ad illam re-
uocandam *Angel. in d. l. ſi quis cum procuratore in §.
Iulianus num. 1. verſ. in gloſſ. 1. ff. de procuratoribus Ac-
chilles deciſ. 14. de procuratoribus.*

Tandem non obſtant, quæ dicebãtur de negli-
gentia d. D. Siluiæ in exigendo ſuum creditum,

Digitized by Google

à dicto Auguſtino principali debitore dum erat
29 idoneus, & ſoluendo, nam cum dicta D. Siluia fue-
rit negligens in petendo eius dotes per ſpatium
20. annorum non poteſt hodie tertios poſſeſſores
moleſtare, vt tradunt *Marſilius ſingular. 360. num. 5. Marcabrunus conſilio 82. num. 3. cum ſequentibus. Foller. de cenſibus. In ver. huiuſmodi cenſus, ver. putarem tamen Amadeus de Ponte in tractatu Laud. quæſtione 45. columna penultima, ver. In quibus etiam cauſis, & latiſſimè Barzius deciſione 72. per totum*, quia vltra
quod non ſunt lapſi adhuc viginti anni prout re-
quirebatur in præſenti caſu, cum dicta D. Siluia
fuerit abſens à Ciuitate Lucana, Adhuc dicimus
quod ex diſpoſitione ſtatuti *c. 98. l. 2.* tollitur om-
nis difficultas, ſi quidem ex diſpoſitione dicti ſtatu-
30 ti ad effectum vt quis poſſit præſcribere rem alteri
hypothecatam requiritur quod emens poſſederit
iuſto titulo per ſpatium 10. annorum inter præſen-
tes & 20. inter abſentes, quod cum non verificetur
in facto, ex quo dicta bona fuerunt empta à D. Do-
minico patre dicti D. Leonardi ſub die 5. Octobris
1613. vt apparet ex inſtrumento emptionis, de
quo in actis, ceſſat omninò obiectum.

Atque cum ex his clarè appareat de bono iure
dictæ D. Siluiæ, meritò ad fauorem ipſius iudica-
uimus.

31 Ambas verò partes ab expenſis abſoluimus iu-
ſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus ad tra-
dita *per Doctores in l. properandum*, §. *ſin autem alterutra, C. de iudicijs.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA HYERONIMI SANCTI Iuſti ad computum cum Matthæa, & Matthæa eius vxare de Colladio.

ARGVMENTVM.

Iuri accreſcendi, an ſit locus quando Emphiteuſis fuit conceſſa pluribus?

SVMMARIVM.

Iuri accreſcendi non eſt locus quando Emphiteuſis fuit conceſſa pluribus à principio, ſed mortuo vno ex primis acquirentibus ſine filijs, eius portio redit ad Dominum directum, num. 1.

Intellige niſi fuiſſet conceſſa pluribus inſolidum, quia tunc eſſet locus iuri accreſcendi, num. 2.

Dictio quiſque non inducit ius accreſcendi inter colliuellarios, num. 3.

Verbum quiſque non eſt diſtributiuum. ſed collectiuum quod non tribuit actum inſolidum, num. 4.

Verbum cuiuſque quando eſſet eius natura vt importaret ius accreſcendi, tunc demum induceret ius accreſcendi quando eſſet adiectum perſonis primorum acquirentium, vt ſi inueſtitura eſſet facta pro tali, tali, & tali, & quolibet eorum non autem, quando poſt nominationem factam de primis acquirentibus dicitur pro ſe & cuiuſcumque eorum filijs, quia tunc tale verbum intelligitur appoſitum ad determinandam generationem cuiuslibet acquirentis, non autem ad inducendum ius accreſcendi inter primos acquirentes, ita vt ſi hoc caſu vnus acquirentium pereat ſine filijs maſculis, illius portio redeat ad Dominum directum, non autem accreſcat alijs colliuellarijs, num. 5.

Verba vſque in tertiam generationem appoſita in inueſtitura non inducunt ius accreſcendi, remiſſiuè num. 6.

Emphiteuſis pluribus conceſſa morte vnius, aut eius generatione finita, non redit ad Dominum, quando duo, aut plures fratres fuerunt inueſtiti de Emphiteuſi, de qua fuerat antea inueſtitus eorum pater, & ad Eccleſiam redijt ob non ſolutum canonem à patre, numero 7.

Secunda inueſtitura intelligitur facta ſecundum naturam primæ, & primi contractus, num. 8.

Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, numero 9.

Acta producta poſt concluſum in cauſa non poſſunt attendi, num. 10.

Poſt concluſum in cauſa non poſſunt produci iura, nec ad corroborationem iurium productorum ante concluſum in cauſa, num. 11.

Identitas non probatur ex ſolo nomine, niſi aliæ concurrant demonſtrationes, quia plures eiuſdem nominis reperiuntur in eodem loco, num. 12.

Clauſulæ appoſitæ in parte exequtiua inueſtituræ non important ius accreſcendi, quando clauſulæ appoſitæ in diſpoſitione dictæ inueſtituræ non inducunt ius accreſcendi, num. 13.

Clauſulæ appoſitæ in parte exequtiua non mutant nec ampliant diſpoſitionem principalem, num. 14.

Clauſula inſolidum ſi ſit poſita in parte exequtiua non tribuit exercitium inſolidum, num. 15.

Primus acquirens poteſt alienare bona Emphiteutica de conſenſu Domini directi in præiudicium vocatorum, & comprehenſorum in inueſtitura, num. 16.

DECISIO LXVI.

Dominus Illuminatio mea.

ROTA cenſuit benè fuiſſe Iudicatum per D. Iudicem à quo dum
abſoluit Matthæũ, & Matthæam
eius vxorem à petitis pro parte
Hieronymi Sancti Iuſti ad Computum, & ideo eius ſententiam
confirmandam, Quia cum Emphiteuſis de qua agitur, à principio fuerit conceſſa
non vni ſolum, ſed pluribus, videlicet Matthæo,
Donato, & Baſtiano fratribus præſentibus ſtipu-
1 lantibus, & conducentibus pro ſe, &c. Intelligitur
conceſſa cuilibet pro virili, nec eſt locus iuri accre-
ſcendi, ſed mortuo vno ex primis acquirentibus
ſine filijs prout periit Donatus, illius portio rediit
ad Dominum directum, *Bartol. in l. ſi mihi & Titio, num. 4 ff. de verb. oblig. vbi etiam Alex. num. 3. Ancher. conſ. 245. num. 4. Burſattus conſ. 251. per totum. Socin. conſ. 50. in princ. lib. 1. Ruin. conſ. 47. num. 4. lib. 1. Roncagall. in l. reos, §. cum in tabulis, num. 40. ff. de duobus reis. Clar. in §. emphiteuſis quæſt. 39. num. 1. & in fine.*

Burgni. deciſ. 30. num. 14. par. 2. Cornazzan. deciſ. Luc.
86. num. 2. Magon. deciſ. Luc. 18 nu. 5. 6. & 7. Gabriel.
conſ 87. in princip & poſt Corbol. & alios per eum addu-
ctos de cauſ priuat. ob lineam finitam, num. 83. tradit
Mantica de tacitis, & ambiguis lib. 22. tit. 34.
2 Nec obſtare viſum fuit quod dicebatur, conclu-
ſionem non procedere quando conceſsio eſset fa-
cta in ſolidum, prout prætendebatur facta inſoli-
dum in caſu noſtro, attenta clauſula illa pro ſe, &
cuiuſcunque eorum filijs, tum quia verbum, cuiuſ-
3 que, non inducit ius accreſcēdi inter colliuellarios
4 cum verbum quiſque non ſit diſtributiuum, ſed
collectiuum, quod non tribuit cuique actum inſo-
lidum vt not Bart. in l. hoc articulo, num. 5. ff. de hæ-
red inſtituen. & in l ſi neceſſaria, §. annua, de pignorat.
act. Alex. conſ. 17. num 8 lib. 5. Gabriel. conſ. 87. nu. 3.
& per totum l b. 1. cum alijs per Corbol. de cauſ. priuat.
ob lineam finitam, num 85.
Tum quia quando etiam dictum verbum, cuiuſ-
que, eſset eius naturæ, vt induceret ius accreſcendi
5 hoc procederet quando dictum verbum, cuiuſque,
eſset adiectum perſonis primorum acquirentium,
vt ſi in inueſtitura fuiſset dictum pro Matthæo,
Donato, & Sebaſtiano, & quolibet eorum, non au-
tem quando poſt nominationem factam de pri-
mis acquirētibus dicitur pro ſe, & cuiuſque eorum
filiis, quia tūc tale verbum intelligitur appoſitum
ad determinandam generationem cuiuſlibet ac-
quirentis, non autem ad inducendū ius accreſcen-
di inter primos acquirentes. ita vt hoc caſu, ſi vnus
acquirentium pereat ſine filiis maſculis, illius por-
tio redeat ad Dominum directum, non autem ac-
creſcat aliis colliuellariis, ſeu eorum filiis, prout in
terminis probant Ripa in l. re coniuncti, num. 105. ff. de
leg. 3. Alex. conſ. 13. num. 13. 14. & 15. lib. 1. Bellonus
conſ. 20. num. 4 in ciuil. Curt. iun. conſ. 55. num. 13. in
fine. Menochius conſil. 464. verſic. non obſtat 3. lib. 4.
Capitius de inueſtitura fœudi cap. ius accreſcendi in ver.
in inueſtitura in fine. Roncagall. in l. eamdem in prin-
cipio num. 132. ver. & tunc procedunt, de duobus reis.
Magon. deciſ. Lucen. 8 num. 8. cum alijs per Corbol. de
cauſis priuat. ob lineam finitam, num 88. & fuit per
nos deciſum in cauſa Magiſtri Cæſaris Soldini cum
Daniele Gaſparini 23. Ianuarij 1618. in qua quia
fuit oſtenſum ius accreſcendi non intelligi indu-
6 ctum ex illis verbis vſque in tertiam generatio-
nem, in quibus pars aduerſa faciebat magnum
fundamentum, & fuit latè reſponſum conſilio De-
ciani 73. ex aduerſo allegato, ideo ad illam bre-
uitatis cauſa, in hac parte omninò nos referre pla-
cuit.
Nec obſtare putauimus quod dicebatur, con-
cluſionem illam, quæ ſe habet emphiteuſim pluri-
7 bus conceſſam morte vnius, aut eius generatione
finita, ad Dominum directum pro eius parte reuer-
ti non procedere, vbi duo, aut plures fratres fue-
runt inueſtiti de emphiteuſi, de qua fuerat antea
inueſtitus eorum pater, & ad Eccleſiam rediit ob
non ſolutum canonem, prout prætenditur conti-
8 giſſe in præſenti caſu cum ſecunda inueſtitura in-
telligatur facta ſecundum naturam primæ, & pri-
mi contractus iux. conſ Beroi 109. nu. 25. & ſeq. lib. 1.
qu a vltra quod Berous contrarium in hac parte tenet in
conſ. 122. num. 23. lib. 3. adhuc dicimus ceſſare om-
nem difficultatem, ex quo in proceſſu non fuit iu-
ſtificatum quod Ioannes pater dictorum Matthæi,
Donati, & Baſtiaui eſſet inueſtitus de dictis
bonis.
Nec aliquid facere viſa fuerunt illa verba enun-
ciatiua dd. Matthæi, Donati, & Baſtiaui, de quib.
in fine inueſtituræ eis factæ, dum promittunt ſol-
uere, & exburſare Monialibus Sanctæ Claræ, à qui-
bus fuerunt de dictis bonis inueſtiti, ſcuta duode-
cim pro retentis factis ſuper illis per eos, & per
Ioannem eorum patrem, quia cum non appareat
quod eorum pater fuerit de dictis bonis inueſti-
tus, & illa potuerit habere in locationem, non
poteſt ex dictis verbis inferri, quod ea in Em-
9 phiteuſi tenuerit, cum non probet hoc eſſe quod
ab hoc contingit abeſſe, l. neque Natales, C. de pro-
bationibus.
Prout etiam nec obſtare putauimus quod dice-
batur de inueſtitura dicti Ioannis apparere ex a-
ctis vltimo loco productis, tum quia iſta acta non
10 poterant attendi tanquam producta, poſtquam
erat concluſum in cauſa, quo caſu non poterant
11 produci, nec ad corroborationem iurium ex diſpo-
ſitione cap. 47. Rotæ in principio.
Tum qoia nec ex dd. actis iuſtificatur quod ille
Ioannes, de quo ibi eſſet Ioannes pater dictorum
Matthæi Donati, & Baſtiani, cum non ſit nouum
12 plures eiuſdem nomiuis reperiri in eodem loco,
Bartolus in l. inter ſtipulantem, la 83. §. 1. num. 13. ff.
de verbor. obligat. Corn. conſil. 143. num. 12. lib. 2. vbi
ex hac ratione concludit, iſta nomina Venantium
Angelum de Podio non concludere identitatem
perſonæ, & ſequitur Card. in cap. cum Ioannes, num. 1.
in 4. columna de fide inſtrument. & Felin. in c. auditis,
num. 17. ver. tex. optimum de præſcript. Alex. conſ. 190.
num. 33. ver. item tempore lib. 6.
Prout etiam nec aliquod fundamentum fieri
poſſe putauimus in illis clauſulis de quibus in parte
exequutiua dictæ inueſtituræ, quia quando etiam
13 illæ importarent ius accreſcendi, Adhuc dicimus
quod cum ex clauſulis, de quibus in diſpoſitione
dictæ inueſtituræ non poſſit cenſeri inductū ius
accreſcendi, nec ex clauſulis poſitis in parte exe-
quutiua poſſet cenſeri inductum inter eos ius ac-
14 creſcendi, cum clauſulæ poſitæ in parte exequu-
tiua non mutent, nec amplient diſpoſitionem prin-
cipalem Clement. 1. de præbendis. Dec. conſilio 414.
num. 8. & conſil. 500. num. 9. 11. & 12. Iaſon in l. ius
ciuile, num 8. ff. de iuſtitia & iure. Natta conſilio 263.
num. 3. Aymo conſil. 25. num. 2. & ſequenti. Deciſ. Pe-
15 dem. 164. num. 2. Et in fortioribus, quod clauſula,
inſolidum ſi ſit poſita in parte exequutiua non
concedat exercitium inſolidum, niſi ſit dictum
in diſpoſitiua, fuit deciſum in Calaguritana Ab-
batiæ 28. Februarij 1597. coram Illuſtriſſimo Pam-
philio.
Secūdò principaliter duximus dictū Matthæum
abſoluendum à petitis, quia qui alienauit dd. bo-
na in Matthæum erat primus acquirens, qui pro-
16 pterea valuit dd. bona emphiteutica cum conſen-
ſu Domini directi alienare in præiudicium voca-
torum, & comprehenſorum in inueſtitura, prout
optimè probāt Soc. conſ. 127. n. 10. lib. 3. vbi de comm.
opinione teſtatur Anchar. conſ. 143. n. 3. Cephal. cōſ 368.

Digitized by Google

num. 33. & 34. & conſ. 608. num. 34. Clar. in §. emphiteuſis quæſt. 16. ver. his præmiſſis Surdus con. 351. n. 24. l. 3. Becc. con. 56. n. 20 & 21. Hondedeus con. 14. n. 47. l. 2. Canall. in ſuis opin. comm. contra communes quæſt. 326. per totum Michael Craſſ. receptarum ſententiar. in § legatum quæſt. 14. num. 20. Hondedeus conſ. 14. num. 47. Natta conſ 425. num. 3. & ita fuit pluries iudicatũ vt in conſi io Neapolitano per Affictum deciſ. 112. nu. 6. Surd. deciſ. 11. num. 19. & per Rotam Marchiæ vt per Gratianum dec. 65. num. 8. & per Rotam noſtram, vt per Lepid. deciſ. 42. num. 1. & 2. & deciſ. 117. per totum & Cornazzanum deciſ. 159. & fuit ſæpius deciſum ab hac Rota, Adeo vt non ſit amplius dubitandum, quin iſta opinio ſit communis & à Rota noſtra ſemper obſeruata, quam eo magis in pręſenti, caſu præcedere duximus, quia d. emphiteuſis fuit alieneta à Donato pro dote Mattheæ eius filiæ iuxta tradita *per Corbol. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 20. per totam.*

Ambas verò partes ab expenſis abſoluimus iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus ad tradita *per DD. in l. properandum §. ſin autem alterutra C. de iudicijs.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA IOANNIS BARTHOLOMEI de Sancta Maria del Giudice cum Spect. de Gio. Paulis.

ARGVMENTVM.

Ad obtinendum in ſummarijſſimo poſſeſſorio ex diſpoſitione c. Rotæ Lucenſæ quæ requirantur?

SVMMARIVM.

Ad obtinendum, ſummariſſimo poſſeſſorio ex diſpoſitione c. 59. Rotæ Lucenſis in verſ. cum hac etiam declaratione, requiritur quod quis poſſederit per quadraginta dies ante petitam manutentionem, num. 1.

Ille præfertur in manutentione qui de priori docet poſſeſſione, num. 2.

Poſſeſſio antiquior præſumitur iuſtior, num. 3.

Poſſeſſio Iuſtior, cæteris paribus, eſt præferenda, numero 4.

Qui non poſſedit per quadraginta dies ante petitam manutentionem non poteſt in poſſeſſorio ſummariſſimo ex diſpoſitione cap. 59. Rotæ Lucenſis obtinere, numero 5.

Poſſeſſio capta alio exiſtente in poſſeſſione non eſt manutenibilis, num. 6.

Poſſeſſio capta authoritate Iudicis dicitur iuſta, & manutenibilis, num. 7.

Intrans poſſeſſionem alienam de mandato, & authoritate iudicis, priuat illum qui per prius poſſidebat, ſua poſſeſſione tam ciuili, quam naturali abſque alia eiectione, num. 8.

Poſſeſſio capta authoritate iudicis priuat illum, qui per prius poſſidebat ſua poſſeſſione, quando iudex ritè ac rectè proceſſit, Cæterum ſi iudex nulliter proceſſit, num. 9.

Mandatum de immittendo debet præcedere expulſionem manu militari, num. 10.

Datio poſſeſſionis facta à Iudice non citato poſſeſſore eſt nulla, num. 11.

Et per talem immiſſionem non dicitur quis priuatus poſſeſſione, quam animo retinebat, num. 12.

Animus retinendæ poſſeſſionis colligitur ex eo quod habita ſcientia immiſſionis, fuit aditus Iudex, & alia facta ex quibus apparet quod quis non habuerit ſe pro ſpoliato, num. 13.

Ingrediens poſſeſſionem alterius, authoritate iudicis nulliter procedentis dicitur turbare & ſpoliare, & tali caſu ſpoliatus eſt illico reſtituendus, num, 14.

Iudex nulliter procedens dicitur agere vt priuatus, numero 15.

Spoliatus à parte eſt in primis & ante omnia reſtituendis, num. 16.

Primo poſſeſſori ſi non habuit ſe pro ſpoliato eſt debita manutentio, num. 17.

Quando poſſeſſio eſt vacua poteſt apprehendi abſque vitio ſpolij, num. 18.

Fallit iſta præcedens concluſio quando retineretur animo, num. 19.

Si ego poſſideam ciuiliter, & alius ingreſſus ſit naturalem poſſeſſionem, pro recuperanda iſta naturali datur ei, qui animo retinet poſſeſſionem interdictum retinendæ, quia ratione ciuilis datur ſibi manutentio, numero 20.

Interdictum retinendæ habet in ſe naturaliter interdictum recuperandæ, quia poſſidens animo recuperat hoc interdicto poſſeſſionem naturalem ab eo, qui detinet, num. 21.

Maxime ſi, habita notitia ingreſſus, fuerit aditus iudex & petita manutentio, num. 22.

Conductor poſſidet pro locatore, num. 23.

Poſſeſſio quadraginta dierum, quæ requiritur ex diſpoſitione d. cap. Rotæ 59. in verſ. cum hac etiam declaratione, debet eſſe obtenta, & adepta de licentia legitimi poſſeſſoris iux. diſpoſitionem cap. 170. in verſ. cæterum l. 4. ſtatutorum Lucenſium, quod eſt regiſtratum in d. cap. Rotæ 59. in verſ. vlterius diſponimus, nu. 24.

Filius præſumitur hæres, quando agit vti hæres, numero 25.

Poſſidere quis preſumitur ex cauſa, de qua apparet, numero 26.

Quando aliquis poſſidet cum titulo, & alius non habet titulum & poſſidet cum eo, dicitur iſte qui non habet titulum poſſidere iure familiaritatis, num. 27.

Poſſidere quis præſumitur de licentia legitimi poſſeſſoris, quando non conſtat de violento ingreſſu, numero 28.

Habens cauſam ab aliquo non poteſt refricare contra ipſum quæſtionem Dominij, num. 29.

Hypotheca cum clauſulis cæteratis continet etiam conſtitutum, & facultatem accipiendi poſſeſſionem propria authoritate, num. 30.

Clauſulæ conſtituti, & facultatis accipiendi poſſeſſionem propria authoritate, tanquam clauſulæ ſolitæ apponi, pro appoſitis haberi debent, etiam ſi non adſit clauſula cæterata, num. 31.

Poſ-

Digitized by Google

Poſſidens aliquid vigore hypothecæ ſibi debitæ dicitur ſatisfeciſſe licentiæ, de qua in d.c.170. in verſ. cæterum, num.32.

Identitas perſonæ probatur ex vnitate nominis, cum duabus alijs demonſtrationibus, num.33.

Licentiæ de qua in d.c.170. verſ. cæterum dicitur ſatisfactum vbi quis ingreditur poſſeſſionem de licentia illius, qui ab vno anno citrà fuit in poſſeſſione, num.34.

Verba illa ab anno vno citra non important quod ille à quo licentia emanauit debeat de neceſſitate poſſediſſe per integrum annum, ſed ſufficit ſolum quod poſſederit intra ſpacium præcedentis anni per aliquod temporis ſpacium, num.35.

Vt ſit locus diſpoſitioni d.cap.170. in verſ. cæterum neceſſe eſt quod conſtet de dolo, vel ſaltem de lata culpa ingredientis poſſeſſionem alienam ſine licentia, nu.36.

Varietas & contrarietas teſtium ſi non ſit in ſubſtantialibus non derogat eorum fidei, num.37.

Teſtes quando variant in circumſtantijs extrinſecis probant ſi in effectu, & ſubſtantia concordent, num.38.

Teſtes licet ſint circa aliqua ſingulares tamen plenè probant illud, in quo ſunt concordes, num.39.

In poſſeſſorio ſummariſſimo non admittuntur exceptiones teſtium, num.40.

Teſtis vnicus plene probat contra inducentem, num.41.

Intellige niſi alij teſtes affirmarent contrarium illius, quia tunc ſtatur depoſitioni plurium, & depoſitio illius vnici teſtis præſumitur erronea, num.42.

Ille præfertur in manutentione, qui de priori & de meliori docet poſſeſſione, num.43.

Partes ab expenſis abſoluuntur quando neuter eſt victor, nec victus, ſed vtraque ex eis habet ſententiam pro ſe, & quæſtio eſt in tertio iudicio terminanda, num.44.

DECISIO LXVII.

Dominus Illuminatio mea.

SENTENTIAM D. Iudicis à quo
reuocantem præceptum ſumma-
riſſimi poſſeſſorij factum ad in-
ſtantiam Ioannis Bartholomei
de communi Sanctæ Mariæ del
Giudice, & D. Lucretię eius vxo-
ris contrà ſpectabiles Fratres de
Gio. Paulis, & declarantem dictos ſpect. Fratres de
Gio. Paulis debere ſtare, & manere in poſſeſſione
Domus, de qua agitur, donec in iudicio ordinario
poſſeſſorij, vel petitorij fuerit cognitum de iuribus
ambarum partium, exiſtimauimus reuocandam,
& præceptum ſummariſſimi poſſeſſorij factum dd.
ſpectabilibus de Gio. Paulis confirmandum, ex
pluribus. Et primò quia ex depoſitionibus te-
ſtium examinatorum pro parte dictorum iugalium
clare apparet, prędictos iugales poſſediſſe Domum
de qua in actis, non ſolum per quadraginta dies
1 ante emanatum præceptum *iux. diſpoſitionẽ c. Rotæ
59. in ver. cum hac etiam declaratione*, ſed etiam per
plures & plures annos ante prætenſam poſſeſſio-
nem ſpectabilium de Gio. Paulis tam per ſe ipſos,
quam per eorum conductores, & præcipuè per Pa-
ſquinam, quæ permanſit in conductione dictæ do-
mus quaſi vſque ad tempus, quo dd. ſpect. de Gio.
Paulis obtinuerunt immitti in poſſeſſionem dictæ
2 domus, cum ille præferatur in manutentione, qui
de priori docet poſſeſſione *Bartol. in l. ſi duo num.4.
verſ. ſi vero teſtes ff. vti poſſidetis. DD. in c. licet cauſam
vbi Dec. num.9. Felin. num 8. Berous, num.51. de proba-
tionibus Neuizzanus conſ.80. num.12. Ruin. conſ.28.
num.5.l.4. & ſequitur Menocch. de retinen. remedio 3.
3 num.718. verſ. tertius caſus*, Et meritò, quia cum iſta
poſſeſſio dictorum iugalium ſit antiquior illa ſpe-
ctabilium de Gio. Paulis, præſumitur etiam iuſtior.
4 *Aldouinus conſ.48. num.23. & ſeq. Barzius deciſ.46.
num.15.* Immo talis manifeſtè apparet ex probatis,
& deductis in proceſſu, quo caſu non erat dubium,
quin etiam cœteris paribus, eſſet præferenda *Feli-
nus in d. cap. licet cauſam ſub, num.9. de probat. Gozza-
din. conſ.86. num.6. cum alijs per Menocchium de retinen.
remedio 3. num.733.*

Secundò duximus dictum præceptum cõfirman-
dum quia non conſtat quod ſpect. de Gio. Paulis
poſſederint per quadraginta dies ante emanatum
præceptum *iux. diſpoſitionem d. cap. Rotæ 59. in d. verſ.
cum hac etiam declaratione*, ſed ſolum per 27. dies an-
te dictum præceptum cum dd. ſpect. de Gio. Paulis
fuerint conſequuti poſſeſſionem dictæ Domus ſub
die 15. Ianuarij 1618. & ſub die 12. Februarij eiuſ-
dem anni fuerit obtentum à dd. iugalibus dictum
5 præceptum, & conſequenter cum eorum prætenſa
poſſeſſio non habeat requiſita *d. cap. Rotæ* 59. non
eſt manutenibilis, vt in puncto tradit *Cornazzan.
deciſ.57. num.2. verſ. ſed quicquid.*

Tertiò, & vltimo ad fauorem præcepti reſpon-
dere placuit, quia aſſerta poſſeſſio ſpectabilium de
Gio. Paulis fuit capta exiſtentibus in poſſeſſione d.
6 domus dictis iugalibus, quæ propterea non eſt ma-
nutenibilis, nec obſtat per prius poſſidenti *l. impro-
ba C. de acq. poſſeſſione Bald. in l. arboribus verſ. nam &
ſi agrum, nu.1. ff. de vſufructu Franc. in cap. bonæ el 51.
num.7. de appellat. Afflict. deciſ.167. nu.3. Aegid. de-
ciſ.379.* & fuit deciſum per Rotam Romanam in
vna Romana deuolutionis 4. Februarij 1602. co-
ram R. P. D. Litta, & alias ſæpius.

7 Nec aliquod fundamemtum fieri poſſe putaui-
mus in eo, quod dicebatur prædicta non procedere
in caſu noſtro, ex quo dd. ſpect. de Gio. Paulis ac-
ceperunt poſſeſſionem dictæ domus authoritate
iudicis, quo caſu poſſeſſio dicitur iuſta, & manute-
nibilis *l. iuſtè poſſidere & ibi Bart. ff. de acquiren. poſ-
ſeſſione gl. in cap. prætenſum 7. q.1. Aegid. dec.106.*

8 In tantum vt is qui per prius poſſidebat intelli-
gatur priuatus poſſeſſione, quam habebat ciuili &
naturali abſque alia eiectione *Angel. in l. qui vni-
uerſas §. item cum præter ff. de acq. poſſeſſione Alex. in l.
clam. poſſidere §. qui ad nundinas num.2. in fine vbi Ia-
ſon, num.10. Roman. num.3. & Claud. de Seiſello pariter,
num.3.* Quia reſpõdetur prædicta procedere quan-
9 do iudex ritè, & rectè proceſſit, vt declarant *Ripa in
l. naturaliter §. nihil commune, num.60. & ſeq. ff. de acq.
poſſeſſione Bald conſ.135. num.2.l.2. Marianus Socc. in
cap. quoniam §. quod ſi ſuper, nu.152. ante medium verſ.
ſecus autem in iudice, vt lite non conteſtata Sarnen. in
reg. de ann. q.45. num.3. Rota deciſ.645. nu.6 par.1. di-
uerſorum*, & aliàs fuit ſępe deciſum, & præcipuè in d.
Romana deuolutionis 4. Februarij 1602. Cœte-
rum tamen quando iudex nulliter proceſſit, prout
hic, ex quo tantum abeſt quod pręfati iugales fue-

rint

Digitized by Google

rint citati ad videndum contra eos concedi expul-
ſionem manu militari, quod nec fuerunt citati ad
videndum concedi dd. ſpectabilibus de Gio. Pau-
10 lis mandatum de immittendo, quod præcedere
debebat expulſionem manu militari, vt patet ad
11 ſenſum, & datio poſſeſſionis facta à iudice non ci-
tato poſſeſſore eſt nulla clem. ſæpe in verſ. ſententiam
vero vbi gl. in verſ. citatis de verborum ſignif. at.
Bart. in l. fin. C. de edicto D. Adriani tollen. num. 16.
& ibi Bald. num. 41. Felin. in cap. conſuluit, num. 16. de
off. deleg. vbi Dec. nu. 13. Alex. conſ. 105. num. 5. lib. 5.
Vant. de nullit. ſententiæ ex def. citat. num. 56. &
57. Barzius deciſ. 46. num. 15. & 16. & 21. & deciſ. 53.
num. 17. Cornazzanus deciſ. 57. num 6. & 21. Rota dec.
12 17. num. 2. de re iud. in nouis. Et prædicta ſunt adeo
vera, vt dd. iugales non potuerint per dictum im-
miſſionem eorum poſſeſſionem perdere cum ani-
mo eam ſemper retinuerint, ſi quidem pro eorum
13 parte habita ſcientia dictæ immiſſionis fuerit adi-
tus iudex, & alia facta, ex quibus apparet quod
non habuerint ſe pro ſpoliatis, vt poſt Iaſonem in l.
clam poſſidere §. qui ad nundinas col. 7. ff. de acq. poſſeſ-
ſione Alex. in l. ſi de eo §. fin. col. fin. ff. eodem Socc.
conſ. 122. num. 16. lib. 4. & conſiderat & ponderat Cor-
nazzan. dicta deciſ. 57. num. 2. Immo hoc caſu per no-
uos ingreſſores turbati dicuntur non obſtante iu-
dicis authoritate, tum ex diſpoſitione d. c. Rotæ 59.
in verſ. verum ſi ſub prætextu alicuius Licentiæ,
14 tum etiam ex diſpoſitione iuris comm. cum iudex
nulliter procedens dicatur ſpoliare, & ſpoliatus
hoc caſu ſit illico reſtituendus Bart. in l. iuſt. poſſidere
ff. de acq. poſſeſſione Bald. conſ. 357. l. 4. cap. cauſ. in ma-
trimony & cap. cum cauſam vbi Abb. in 4. not. de off.
deleg. cap. ex inſinuatione de procuratoribus, idem Abb.
in cap. conquerente, num. 8. & ibi Butrius, num. 7. & 8.
de reſtit. ſpol. Felin. in cap. dilectus, num. 1. in 1. & 2. li-
mit. de reſcriptis, Boer. deciſ 238. num 4. Aymo conſ.
18. num. 8. & conſ. 124. num 4. & conſ. 140. num. 2. &
conſ. 902. num. 1. Socc. conſ. 12. num. 11. l. 1. Roland.
conſ. 6. num. 34. l. 2. & fuit ſæpius deciſum per Ro-
tam Romanam, & præcipue in vna Romana ſpo-
lij 1. Martij 1602. coram R. P. D. Litta, nec non in
alia Romana ſpolij 21. Februarij 1600. coram R.
P. D. iuſto b. m. & denique in vna Vrbinatenſ.
parocchiæ 10. Ianuarij 1611. coram R. P. D. Man-
zanedo & merito, quia vt fuit dictum in alleg. Ro-
15 mana ſpolij coram R. P. D. iuſto iudex nulliter
procedens dicitur agere vt priuatus, quo caſu ſpo-
16 liatus, eſt in primis & ante omnia reſtituendus c.
conquerente & ibi Bald. num. 1. de reſtit. ſpol. cap. in lit-
teris & cap. grauis vbi DD. eodem titulo Ripa in l. na-
turaliter §. nihil commune, num. 3. ff. de acq. poſſeſſione cum
alijs per Rotam deciſ 25. de reſtit. ſpol. in nouis, Et
17 quod primo poſſeſſori ſi non habuit ſe pro ſpoliato
ſit debita manutentio fuit ſignanter deciſum in
vna Aquilana beneficij 28. Ianuarij 1601. coram
Illuſtriſſimo Ludouiſio.

Nec dicatur quod cum de tempore immiſſionis
factæ de dd. ſpect. de Gio. Paulis in dictam domũ
18 dicta domus eſſet vacua, cum Paſquina, quæ illam
conducebat à dd. iugalibus non permaneret am-
plius in illa, adhuc potuerint ſpect. de Gio. Paulis
illam ingredi abſque vitio cum non inueniſſent
reſiſtentiam, quia reſpondetur, quod cum dicta
Paſquina conductrix d. Domus reddidiſſet claues
illius dd. iugalibus & illi retinerent poſſeſſionem
19 dictæ Domus animo, vt diximus, hoc ſufficit vt il-
lis competeret præceptum ſiue interdictum reti-
nendæ, vt apertè concludit Bart. quem omnes ſequun-
tur in l. 1. §. interdictum autem ſub, num. 1. ff. vti poſſi-
detis dum dicit, quod vbi ego poſſideo ciuiliter, &
alius eſt ingreſſus naturalem poſſeſſionem pro re-
20 cuperanda illa naturali datur ei, qui animo reti-
net poſſeſſionem, interdictum retinendæ, quia ra-
tione ciuilis datur ſibi manutentio & poſt Decium
G. m. a. Franc. & alios, quos allegat tradit Ferretus conſ.
320. num 1. Et propterea idem Bart. in l. ſi duo, num.
1. ff. vti poſſidetis dixit quod interdictum retinendę
habet in ſe naturaliter interdictum recuperandę,
quia poſſidens animo recuperat hoc interdicto poſ
21 ſeſſionem naturalem ab eo, qui detinet, & propte-
rea non impedit manutentionem, dicere quod ad-
uerſarius ingreſſus fuit poſſeſſionem quia ſtante
ciuili manutentio in naturali, in qua fit turbatio,
conceditur Et hoc præcipue dicendum eſt in caſu
22 noſtro cum ſtatim atque dd. iugales dicti ingreſ-
ſus notitiam habuerint, adierint iudicem, & ab eo
dictum preceptum fieri curauerint, vt notat Cor-
nazzanus d. deciſ. 57. num. 2. & fuit deciſum in alle-
gata Aquiliana beneficij coram Illuſtriſſimo Lu-
douiſio.

Nec obſtare putauimus quod dicebatur quod
cum d. Iulianus poſtquam de anno 1584. hypo-
thecauerat d. domum pro reſtitutione dotium D.
Iuniperæ matris dictæ Lucretiæ atque eius nu-
rus, poſtea de anno 1599. eamdem domum vendi-
diſſet dd. de Gio. Paulis illamque ab eis conduxiſ-
ſet & dicta conductio fuiſſet continuata in Iacob.
alterum eius Filium, & deinde in Iulianum eius
nepotem, quibus mediantibus dd. ſpect. de Gio.
Paulis continuè poſſediſſe prætendunt per regu-
23 lam quæ ſe habet, conductorem poſſidere pro lo-
catore l. 1. C. comm. de vſucapionibus apertè conſtat
quod dd. iugales non habent poſſeſſionem manu-
tenibilem, cum non appareat quod dictam poſſeſ-
24 ſionem acceperint de licentia legitimi poſſeſſoris,
prout requiritur ex diſpoſitione cap. 170. verſ. cæte-
rum lib. 4 ſtatutorum regiſtrati in d. cap. Rotæ 59. in verſ.
vlterius d. ſponimus. Quia pro parte dd. iugalium
plures afferebantur reſponſiones, ex quibus omni-
nò tolli hoc motiuum exiſtimauimus. Primò enim
reſpondebatur non apparere aſſertam conductio-
nem continuaſſe in perſonam Iacobi Filij Iuliani,
vti illius hæredis, & ex eo in Iulianum iuniorem
nepotem, vti pariter hæredem dicti Iuliani Senio-
ris, quod tamen probari debebat cum ſit vulga-
25 tum regulam illam Filius ergo hæres procedere
ſolum in Filio agente Tiraq. in tract. le mort. ſaiſit le
vif par. 7. declarat. 2. nu 7. & 8. Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 99. num. 5. & conſ. 116. num. 54. cum
alijs per Magon. in deciſ. Lucana 62. num. 11. & ſeq.
Et conſequenter cum appareat quod d. D. Iunipe-
ra poſt mortem aſſerti Iuliani conductoris, qui te-
nebatur ei reſtituere eius dotes, cum iam eſſet præ-
defunctus Michael eius maritus, hanc domum
ſemper poſſederit, prout eam deinde poſſedit Lu-
cretia eius Filia, vtique credendum eſt quod dictæ
26 mulieres dictam domum poſſederint ex cauſa do-
tium

tium D. Iuniperę, de qua apparet *ad tex. in l. quædam*
mulier ff. de rei vendicatione Decianus conſ. 50. num. 29.
lib. 1. Cæphal. conſ. 315. num. 10. & quod Iacobus, &
27 alij qui cum dd. mulieribus poſſederint illam, id
iure familiaritatis fecerint ſtante titulo præfato
dictarum mulierum vt tradunt *Aymo conſ. 61. num.*
2. Socc. conſ. 61. nu. 4. 5. & 7. l. 1. cum alijs per Lepidum
deciſ. 89. verſ. diximus & ſic ceſſant quæ dicebantur
de dicta licentia.

Secundò reſpondebatur quod cum dd. mulie-
res nec non Ioannes maritus d. Lucretiæ a multis
annis citra continuè vſque ad præſens poſſederint
28 dictam domum neque conſtet de violenti ingreſ-
ſu vtique præſumendum eſt licentiam *de qua in d.*
verſ. cæterum præceſſiſſe, nam quando quis reperitur
in poſſeſſione, quam ſine alterius voluntate ſeu li-
centia adipiſci nõ poterat, ſi non apparet de origi-
ne ipſius poſſeſſionis præſumitur in dubio talem li-
centiam & voluntatem interueniſſe *Soccin. conſ. 15.*
num. 7. lib. 4. Becc. conſ. 6. num. 8. cum alijs per Surdum
conſ. 52. num. 11. lib. 1.

Tertiò reſpondebatur, quod cum d. Iulianus ſe-
nior qui fuit dominus dictæ domus, vt & ipſi ſpect.
29 de Gio. Paulis hoc negare non poſſunt, cum præ-
tendant habere cauſam ab eo *Paulus de Caſtro in l.*
cum res num. 11. C. de probat. Socc. iun. conſ. 128. nu. 15.
l. 2. Plotus de in lit. iurando §. 5. num. 8. Cartar. deciſ. 42.
num. 11. hipothecauerit dictam domum pro reſti-
tutione dotium d. D. Iuniperæ & dicta hypotheca
30 cum clauſulis cœteratis contineat etiam conſtitu-
tum & facultatem accipiendi poſſeſſionem pro-
pria authoritate, eueniente caſu reſtitut. dotis, quę
clauſulæ conſtituti, & facultatis accipiendi poſſeſ-
ſionem propria authoritate, tanquam clauſulæ ſo-
31 litæ apponi, pro appoſitis haberi debent, etiam ſi
non adeſſent dictæ clauſulæ cœteratæ. *Tiraq. de con-*
ſtitut. limit. 31. num. 3. & ſeq. Laderch. conſ. 30. num. 7.
cum alijs per Menocchium conſ. 37. num. 33. & ſeq. &
conſ. 979. num. 11. ſequitur quod cum D. Iunipera
poſt mortem Michaelis eius mariti, & dicti Iuliani
Senioris, hanc domum poſſederit vigore ſuæ hipo-
32 thecæ, prout præſumendum eſt ex ſupradictis, om-
nino fuerit ſatisfactum licentiæ de qua *in d. verſ. cæ-*
terum, per ea quæ in propoſito deducit *Lepidus dec.*
17. verſ. poſſet etiam.

Nec huic motiuo obſtare putauimus illud quod
dicebatur quod prædicta forsã procederent, quan-
do Iulianus Michaelis Paulini, qui vendidit do-
mũ, de qua agitur, ſpectabilibus de Gio. Paulis, de
quo teſtes deponunt ſuper interrogatorijs, & Iu-
lianus Michaelis Iuliani, qui eamdem domum
hypothecauerat d. D. Iuniperæ pro reſtitutione
ſuarum dotium, de quo deponunt teſtes ſuper arti-
culis, eſſent vnus & idem Iulianus, & non quando
eſſent diuerſi prout prætenduntur. In caſu no-
ſtro, quia vltra quod ſatis conſtat quod teſtes in-
tellexerint deponere de vno & eodẽ Iuliano cum
tam ſuper interrogatorijs quam ſuper articulis
33 conueniant in vnitate nominis, cum duabus alijs
demonſtrationibus cum vtrobique dicant Iulia-
nus Michaelis, comm. Sanctæ Marię del Giu-
dice, licet ſuper interrogatorijs dicant Michae-
lis Paulini & ſic addant nomen aui, & omittant
cognomen domus videlicet Iuliani; de quo co-
gnomine deponunt ſuper articulis, ſatis dici-
tur probata identitas perſonæ ad tradita *per Bar-*
tolum in l. dem. ſtratio, num. 14. ff. de cond. & de-
monſtrat. adhuc dicimus quod quando etiam teſtes
deponerent de diuerſis Iulianis adhuc prędicti iu-
gales erant manutenendi in eorum poſſeſſione,
quia vt oſtendimus in principio deciſionis iſti iu-
gales docent de eorum continuata poſſeſſione per
plures annos, & ſpect. de Gio. Paulis non docent
fuiſſe in poſſeſſione dictæ Domus per 40. dies ante
emanatum præceptum *iuxta diſpoſitionem d. c. Rotæ*
59. verſ. cum hic ... in declaratione, qui propterea
non poterant manuteneri vt diximus.

Quarto reſpondebatur quod cum in præſenti
agatur ſolum de manutenendis prædictis iugali-
bus, & appareat quod dd. iugales fuerint adepti
poſſeſſionem dictæ Domus a D. Iunipera quæ eã-
dem Domum eis in dotem dedit, vt deponunt te-
34 ſtes, & ſic dd. iugales intrauerint poſſeſſionem di-
ctæ Domus de licentia poſſidentis illam ab vno
anno citra, quod ſufficit vt clare legitur in d. verſ.
cæterum, & notat *Lepid. dec. 17. verſ. poſſet etiam v-*
bi in verſ. nec obſtare amplius dicit dd. verba ab vno
anno citra non importare, quod ille à quo licentia
emanauit debeat de neceſſitate poſſediſſe per in-
35 tegrum annum, ſed ſolum quod intra ſpatium præ-
cedentis anni aliquando poſſederit & ſic non vi-
detur quod poſſit amplius dubitari de dicta li-
centia de qua tanto minus vltimo loco dubitari
poſſe dicebatur, cum negari non poſſit, quin ex
prædictis clare appareat de bona fide dictorum iu-
36 galium quæ omni caſu ſufficit ad euitandũ obie-
ctum, nam ad hoc vt in propoſito ſit locus diſpoſi-
tioni *d. verſ. Cæterum regiſtrati in d. c. Rotæ. 59.* neceſ-
ſe eſt quod conſtet de dolo, aut ſaltem de lata cul-
pa ingredientis alienam poſſeſſionem ſine licen-
tia, vt plenè deducit *Lepidus deciſ. 4. verſ. nam præ-*
terquam quod el 1.

Tandem non putauimus obſtare quod diceba-
tur non poſſe attendi depoſitiones teſtium ſtante
eorum varietate, quia vltra quod nõ videtur inter
eos adeſſe aliqua contrarietas, ſi recte eorum dicta
ponderentur, adhuc dicimus quod quatenus ali-
qua varietas in eorum depoſitione adeſſet in illa
nullum poſſet fieri fundamentum cũ non verſetur
37 circa ſubſtantialia, ſed circa accidentalia *Bar. in*
l. ſi ex falſis §. in parte & ibi Alex. Iaſ. in & cæteri ff.
de hæredibus inſtituend. & in l. ſi ex falſis C. de trãſ. &
Alex. conſ. 88. num. 19. vbi de comm. l. 5. cum alijs per
Felin. in cap. fraternitatis, nu. 25. de hæreticis, Et quod
38 quando teſtes variant in circumſtantijs, & extrin-
ſecis, probent, dummodo in effectu rei, & ſubſtan-
tia concordent, tradunt *Socc. iun. conſ. 189. num. 44.*
& 45. verſ. nam licet poſ ea in alijs diſcordent. & Alex.
con. 47. num. 6 l. 2. vbi loquitur in probatione teſta-
menti, & dicit Quod ſi teſtes interrogentur qua-
lia fuerint verba teſtatoris, non opportet quod in
figura verborum concordent; & ſequitur *Iaſ. in*
conſ. 42. ſub num. 8. verſ. certe licet tales teſtes ... vi-
39 *dent*, quod licet teſtes eſſent circa aliqua ſingula-
res tamen plenè probarent illud, in quo eſſent con-
cordes, & hoc dicit veriſſimum, quod procedere in
preſenti caſu abſque difficultate exiſtimauimus;
40 cum ſimus in poſſeſſorio ſummariſſimo, in quo
non

Digitized by Google

non admittuntur except. teſtium *Rota dec. 28. num. 4. & 9. par. 1. diuerſorum.*

Nec aliquid facit quod ſecundus teſtis examinatus pro parte dd. iugalium dicat quod dd. iugales non acceperint poſſeſſionem dictæ Domus niſi poſt mortem Iacobi, qui exaduerſo prætenditur conductor dd. ſpectabilium de Gio. Paulis mediante perſona Iuliani Iunioris filij dicti Iacobi, & prætenſi ſucceſſoris in d. locatione, qui licet
41 ſit vnicus tamen plene probat contra dd. iugales illum inducentes *Iux. vulgatum conſil. Romaus 104.* quia reſpondetur quod cum alij teſtes affirment
42 contrarium illius, quod deponit iſte ſecundus non debet attendi dictum dicti 2. teſtis, ſed ſtatur aliorum depoſitionibus, & illius depoſitio præſumitur erronea *Natta conſil. 105. num. 1. & 2. Burſattus conſ. 58. num. 12. in fine Bretius deciſ. 156. num. 16. cum alijs per Lepidum deciſione 34. colum. 3. verſic. nam tales.*

Atque cum ex his ſatis appareat de anteriori, & meliori poſſeſſione dd. iugalium, merito illos manutenere placuit, cum ille præferatur in manuten-
43 tione qui de priori & meliori docet poſſeſſione vt diximus, & probat Theſaurus *deciſione 206. in fine.*

44 Ambas vero partes ab expēſis abſoluimus quia neuter eſt victor nec victus cum vtraque pars habeāt ſententiam pro ſe, & quæſtio iſta ſit in tertio iudicio terminanda.

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA D. ALEXANDRI NERI cum D. Paſquina de Turre.

ARGVMENTVM.

Solutio an dicatur probata per lapſum decennij inter præſentes, & viginti annorum inter abſentes, vbi debitor iuret ſoluiſſe debitum?

SVMMARIVM.

Solutio dicitur probata ex diſpoſitione ſtatuti Lucani 61. tit. 1. vbi poſt lapſum decennium inter præſentes, & 20. inter abſentes, debitor iurat ſoluiſſe debitum niſi pro parte creditoris doceatur de aliqua interruptione, vel cauſa, propter quam præſcriptio decennalis non ſit decurſa, num. 1.

Verba ſtatuti vbi ſunt clara non eſt vlterius hæſitandum, num. 2.

Statutum Lucanū 61. l. 1. loquens de præſcriptione procedit abſque difficultate ſtantibus aliquibus coniecturis circa ſolutionem, num. 3.

Liber priuati ſtantibus coniecturis facit aliqualem fidem pro ſcribente, num. 4.

Solutio poteſt præſumi inter illos, inter quos fuit cauſa faciendi ſæpe computa prout accidit inter Colonum, & dominum ſtante diuturnitate temporis, num. 5.

Creditor pauper non præſumitur quod æquo animo ſubſtinuerint incommodum dilatæ ſolutionis per longum tempus, num. 6.

In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, num. 7.

Feriæ æſtus dicuntur repentinæ, num. 8.

Feriæ æſtus non dicuntur repentinæ ad effectum interrumpendi præſcriptionem inductam à ſtatuto Lucano 61. l. 1. ex quo ibi enumerantur quales ſint feriæ repentinæ, & non ſit vlla mentio de ferijs æſtus, num. 9.

Obijciens præſcriptionem decennalem contra aliquem tenetur probare illum fuiſſe præſentem in loco, num. 10.

Intellige niſi ille, contra quem obijcitur præſcriptio eſſet de eadem prouincia, de qua eſſet creditor, quia hoc caſu præſumitur præſentia, & qui ſe fundat in abſentia debet illam probare, num. 11.

Præſentiam probare per ſpatium decem annorum eſt impoſſibile, niſi probaretur de continua carceratione illius, de cuius præſentia tractatur, num. 12.

Præſens ad hoc vt quis præſumatur ex diſpoſitione ſtatuti Lucani 101. l. 1. requiritur quod habeat domicilium in loco vbi prætenditur quod fuerit præſens, num. 13.

Domicilium dicitur contractum ex longa habitatione, num. 14.

Præſcriptio non habet locum in depoſito, num. 15.

Verba ſtatuti debent intelligi in proprio ſignificatu, nu. 16.

Statutum Lucanum 61. l. 1. licet loquatur de exceptione præſcriptionis decem, vel viginti annorum, tamen non inducit præſcriptionem, ſed nouum modum probandi ſolutionum, num. 17.

Actus non iudicatur ſecundum denominationem verbalem ſed ſecundum formam, & effectum, & eius eſſentiam, num. 18.

Ab expenſis abſoluitur qui habebat primam ſententiam pro ſe, &c. num. 19.

DECISIO LXVIII.

Dominus Illuminatio mea.

EXISTIMAVIMVS D. Alexandrum Nerum eſſe abſoluēdum à petitis pro parte D. Paſquinæ de turre, quia cum ageretur de exequutione apochæ confectæ à Paulino Colle turris patre dictę Paſquinæ vſque de anno 1586. & ſic per triginta annos & vltra ante motum iudicium, & per quatuordecim annos antequam d. Paulinus ab hac vita decederet, cum ipſe vt apparet in proceſſu fuerit interfectus de anno 1600. certè non poterat
1 dubitari quin d. Alex. eſſet admittendus ad iurandum circa ſolutionem, & dicto iuramento per ipſum præſtito eſſet abſoluendus *iuxta diſpoſita in cap. 61. lib. 1. ſtatutorum in princ.* cum pro parte dictæ Paſquinę nō fuerit doctum de aliqua interruptione, vel cauſa, propter quam preſcriptio decēnalis, de qua in dicto ſtatuto non ſit decurſa iuxta diſpo-
2 ſitionem eiuſdem ſtatuti, cuius verba cum ſint clariſſima non eſt vlterius hæſitandum *gl. in l. ancillam C. de furtis Bald. in l. Gallus §. eius in 2. not. ff. de liberis & po-*

Digitized by Google

*& poſtnmis cum aliis per Surdum conſ.313.num.*101.
3 Et dicti ſtatuti beneficium dicto Domino Ale-
xandro eo magis competere iudicauimus ſtante
quod ipſe ſit vir bonæ vocis,& famæ & locuples vt
deponunt teſtes,& in eius libro legatur dictum de-
4 bitum ſolutum,qui liber hoc caſu facit aliqualem
fidem maxime quia d. Philippus poſtquam erat ef-
fectus creditor dicti Alex.fuit eius Salanus,quo ca-
5 ſu poteſt præſumi ab eo ſatisfactus ad tradita per
*Alexandrum conſ.115.num.3.lib.7.cum aliis per Cuma-
num,conſ.91.num.4. verſ. pari ratione*, Maximè cum
d. Philippus eſſet pauper, cum non ſit credendum
6 creditorem pauperem tale incommodum dilatatę
ſolutionis æquo animo ſubſtituiſſe, vt conſiderat
idem *Alex.conſ 83. num.19. verſ.& hanc partem lib.*
6 & poſt illum tenuit Rota Romana *in deciſ.751.
num.7.verſ.2.coniectura par.1.diuerſorum*,cum nemo
in neceſſitatibus liberalis exiſtat *l.rem legatam ff. de
alimentis & cibariis legatis*.
8 Nec obſtat,quod ſi ex dd.14.annis deducantur
feriæ æſtus,quæ ex diſpoſitionæ *cap.Rota* 33.dicun-
tur repentinæ,ceſſabit decennalis præſcriptio,
quia vltra quod *cap.12. & cap.62. lib.1.ſtatutorum*,
7 quæ loquuntur de caſibus,& temporibus,in qui-
bus talis præſcriptio non currit,non loquantur de
ferijs æſtus,ſed ſolum de illis ferijs repentinis, quę
9 ab excellentiſſimis dd. Antianis indictæ forent ex
aliqua cauſa rationabili, videlicet ſi gentes armi-
b gerę eſſent hoſtiliter in territorio Lucenſi, vel ſi de
aduentu armigerarum gentium dubitaretur, vel ſi
mortifera peſtis ciuitatem,vel diſtrictum opprime-
ret, vt prędicta omnia enumerantur *in d.cap.12.l.
1.ſtatutorum*,(Quæ & omnia alia mala ab hac ciui-
tate, & eius territorio & diſtrictu Deus per ſuam
infinitam bonitatem ſemper auertat) de quibus
pro parte dictæ Paſquinæ doctum non fuit aliquo
modo,prout de illis docere debebat mediante cal-
culo ex archiuio extracto, adhuc dicimus quod
quatenus feriæ æſtus poſſent interrumpere præſcri-
ptionem, de qua agitur,adhuc erat completa præ-
ſcriptio decennalis cum ex dictis annis 14.non ſine
detrahendi,niſi 40.dies pro quolibet anno ratio-
ne æſtus,qui dies per totum dictum ſpatium 14.an-
norum non conſtituunt duos annos, & ſatis con-
ſtat d. præſcriptionem decennalem, adhuc in ſuo
robore manere.
10 Nec obſtat quod d. D. Alex.qui obiiciebat d.
præſcriptionem decennalem tenebatur probarę
præſentiam dicti Paulini, alias non poterat obti-
nere ad tradita per *Baldum & Angel.in l.præſcriptio-
ne C. quibus non obiciatur longi temporis præſcriptio*,
quia hoc procederet quando dictus Paulinus non
eſſet,prout eſt de eadem prouincia, de qua erat d.
11 Alex. nam cum hoc caſu præſumatur præſentia
*Socc.conſ.121.nu.1.lib.1.Tiraq.de leg.connub.gl.8 q.2.
nu.30.cum aliis per Balb.de præſcript.4. part. principali
verſ.3. quæro, num.4.* eo ipſo, quod lapſi fuerunt
decem anni d. D. Alex. habuit fundatam inten-
tionem ſuper præſcriptione,abſque eo quod pro-
baret preſentiam dicti Paulini adeo vt qui alle-
gat illius abſentiam, debeat illam probare vt dicit
*Angelus in l.emptor ſub nu.2.C.de preſcript.*longi tem-
12 poris,vbi dicit ſic de conſuetudine & de facto mil-
lies ſeruati,& meritò quia vt ipſe ibi ſubdit debet
quærere Apollinem, qui vult probare aliquem in
vna ciuitate, vel prouincia fuiſſe preſentem per de-
cennium,cum hoc probare ſit quodammodo im-
poſſibile,niſi probaretur de continua carceratio-
ne illius,de cuius præſentia tractatur, & idem te-
net idem *Angel.in l.vlt.num.1.C.eodem tit.*vbi dicit
præſentiam præſumi in illis,qui ſunt de eadem
prouincia.
Nec obſtat quod ad hoc vt quis præſumatur
13 pręſens ex diſpoſitione ſtatuti 101.*lib.*1.debet ha-
bere domicilium in illo loco, vel prouincia vbi præ
tenditur quod fuerit præſens quia cum d. Pauli-
nus de anno 1586.de quo tempore fuit celebratũ
dictum ſcriptum eſſet Colonus in cõmune Capel-
lę d. D. Alex. Heri, qui locus eſt de Lucenſi prouin
14 cia, & mortuus in commu. Turtis qui pariter eſt de
hac prouincia & deponũt teſtes, non poteſt dubi-
tari quin diceretur habere domicilium, cum ex
longa habitatione contrahatur domicilium ad
tradita *per Alexandr.conſ.100.num.1.l.3.*
Nec obſtat quod, vt legitur in d. apocha ſeu
ſcripto d. D. Alex.faſſus fuerit pecuniam, de qua
in d.ſcripto, tenere in depoſitum, nõ poſſit allega-
15 re dictam præſcriptionẽ cum ex diſpoſitione eiuſ-
dem ſtatuti in *cap.116.l.2.*præſcriptio non habeat
locum in depoſito,quia vltra quod vt apparet ex
eodem ſcripto hoc nõ eſt verum,& formale depo-
ſitum, & conſequenter non comprehendatur in
16 dicto ſtatuto,cum ſtatutum prædictum intelliga-
tur De vero depoſitio *ad tex.in ſ.3.§. hæc verba ff.de
negotiis geſtis cum ſimilibus*.Adhuc dicimus negociũ
eſſe extra omnem difficultatem,quia hoc ſtatutum
17 non inducit veram præſcriptionem, ſed nouum
modum probandi ſolutionem, vt in terminis huius
ſtatuti Lucani conſiderat *Paul.de Caſtro conſil.162.
lib.*1.vbi hoc probat per tria fundamenta. Primò
quia præſcriptio preſupponit non fuiſſe ſolutum,
alias enim præſciptio neceſſaria non eſſet vt h:be-
tur *in cap.veniens de præſcript.*& ſtatutum preſuppo-
nit. & preſumit totum oppoſitum, ſcilicet ſolu-
tionem factam eſſe cum ſuper ea iurari diſponat.
Secundo quia in præſcriptione ſufficit ſolus cur-
ſus temporis,& hic vltra tempus requiritur iura-
mentum.
Tertiò & vltim,òquia ex præſcriptione ius exci-
piendi acquiritur, antequam ad Iudicem perue-
niatur, & hic cum fuerit delatum iuramentum à
Iudice,cũ tale ſtatutum intelligatur de iuramento
neceſſario,ſi quidem poſt tale iuramentum requi-
ritur ſententia abſolutoria & quod propterea hu-
iuſmodi ſtatuta ſpeciem probationis,& non præ-
ſcriptionem inducant tradit *Berous conſ.81.l.3. qui
loquitur de ſimili ſtatuto Bononienſi & ſequitur Magon.
deciſ.60.num.12.& 13. in Lucanis vbi num.21.* dicit
non obſtare, quod iſtud ſtatutum tam in rubro,
quam in nigro vtatur verbo præſcriptionis, quaſi
18 preſcriptionem non nouam probationis ſpeciem
inducat, quia actus non iudicatur ſecundum de-
nominationẽ verbalem,ſed ſecundum formam,&
effectum,& eius eſſentiam vt dicit *Bartolus in quæ-
ſtione qua incipit Publicanus & in l.cotem. §.qui maxi-
mos in 2 quæſt.ff. de publicanis cum ſimilibus congeſtis
per Romanum conſ.509.col.1. & Franc.Beccii con.35.
col.1.num.3.*

At-

Digitized by Google

Atque ex his duximus d. D. Alexandrum eſſe abſoluendum.

19 Dictam autem D. Paſquinam ab expen. abſoluimus quia habebat primam ſententiam pro ſe ad tradita *per Rotam deciſ. 770. par. 1. diuerſorum.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA IOANNIS LVDOVICI Martini de Matraia cum Ioanne, & Hyppolito Stagi de eodem loco.

ARGVMENTVM.

Curator datus bonis, an poſſit intentare actiones tempore perituras?

SVMMARIVM.

Qui vult obtinere in ſequeſtro iure dominij debet probare bona ſequeſtrata ad ſe ſpectare, & pertinere, & identitatem bonorum, num. 1.

Conductor non poteſt refricare quæſtionem Dominij rei locatæ contra Dominum, num. 2.

Curator datus bonis poteſt intentare actiones tempore perituras, num. 3.

Sententia iniuſta, & iniqua præſumitur, & retractanda venit ſine alio, quando per appellatos nihil fuit deductum, aut probatum pro iuſtificatione ſuæ ſententiæ, num. 4.

DECISIO LIX.

Dominus Illuminatio mea.

PRONVNCIAVIMVS bona & fructus ſequeſtratos, & ſequeſtrata iure Dominij, vel quaſi, ſeu poſſeſſionis vel quaſi, ſpectare & pertinere ad Ioannem Ludouici Martini, & ſucceſſiuè condemnandos eſſe Ioannem, & Hyppolitum Quilici Stagi, ad relaxandum dicta bona, & fructus liquidandos in exequutione noſtræ ſententiæ à die motæ litis dicto Ioanni Ludouici Martini, ſeu Michaelangelo Mariani Curatori propter eius abſentiam illius bonis deputato. Quia
1 pro parte d. Ioannis Ludouici fuerunt probata incumbentia ad obtinendum in iſto iudicio, videlicet dicta bona ad ſe ſpectare, & pertinere, & illorum identitatem, Nam quod dicta bona ſpectent ad ipſum Ioannem Ludouici conſtat per confeſſionem Ioannis rei conuenti factam in Iudicio contra eum moto de anno 1608. à D. Lelio Arrighini, cum in dicto Iudicio dictus Ioannes reus conuentus falſus fuerit tenere, & poſſidere dicta bona tanquam conductor dicti Ioannis Ludouici
2 Martini, qui propterea non poteſt amplius refricare quæſtionem Dominij contra illum, *Paulus de Caſtro in l. cum res, num. 11. C. de probationibus. Socin. iun. conſil. 128. num. 15. lib. 2. Plotus de in lite iurando, §. 5. num. 8. & ſequitur Carthar. deciſione 42. numero 11.* Et idem eſt dicendum reſpectu Hyppoliti, ex quo reſpectu ipſius poſitiones fuerunt pronunciatæ haberi pro confeſſis, & hæc quoad Dominium, Quod verò attinet ad identitatem, illa fuit probata per teſtes ſuper *14. art.*

Nec obſtat quod Curator datus bonis non poſſit agere, ſed tantum defendere, quia cum dd. bona potuiſſent à prædictis Ioanne, & Hyppolito præſcribi, rectè potuit dictus Curator agere pro recu-
3 peratione dictorum bonorum, cum Curator datus bonis poſſit intentare actiones tempore perituras, *Angel. conſ. 93. num. 2. Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem, num. 278. cum alijs per Menochium de arbitrarijs iudicum caſu 150. num. 31.*

Accedat prædictis quod cum poſtquam fuit per appellantes coram nobis producta ſententia, &
4 acta, per appellatos nihil fuerit deductum aut probatum pro iuſtificatione eorum ſententiæ, adhuc dicta ſententia ſine alio iniqua, & iniuſta præſumebatur, & retractanda veniebat ad tradita *per Guidum Papam quæſt. 20. Addentes ad Capellam Toloſanam quæſt. 341. Neuizzan. conſ. 93. colum. 4. & de communi Senatus Pedemontanus deciſ. 13. col. fin. & ſequitur Magon. deciſ. 72. num. 21.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA BARTHOLOMAEI BIZZARRI cum DD. Protectoribus orphanorum.

ARGVMENTVM.

Mortuus an quis præſumatur ex quo adhibitis diligentijs non reperiatur?

SVMMARIVM.

Agens ad fideicommiſſum vigore mortis alicuius, debet probare mortem illius concludenter, num. 1.

Conditionem fideicommiſſi probari debet, num. 2.

Fundamentum intentionis eſt ſemper probandum ſiue aliquis neget, ſiue excipiat, num. 3.

Fama vt dicatur probata per teſtes, teſtes debent dicere quod audiuerint à maiori parte populi, num. 4.

Cœcus deponens audiuiſſe ab aliquo non probat, ſi non dicat habuiſſe notam vocem eius à quo audiuit, num 5.

Teſtis deponens de auditu à parte non probat, num 6.

Mors non probatur per Epiſtolam alicuius, nã etiam ſi ipſe fuiſſet formiter examinatus adhuc non probaret, nu. 7.

Teſtis vnicus non probat mortem, num. 8.

Fides ſi non ſit formiter extracta nullam fidem facit, num. 9.

Fides vt faciat fidem debet eſſe extracta parte citata, num. 10.

Fides non facit fidem, quando habet relationem ad acta, de quibus non conſtat, num. 11.

Fides vt faciat fidem debet eſſe iurata, num. 12.

Fides munita ſigillo alicuius Ciuitatis dicitur publica, & authentica, & facit pleniſſimam fidem, num. 13.

Intellige quando fides eſſet formiter extracta, numero 14.

Fides ſi non ſit formiter extracta tunc ſigillum Communis, & Legalitas non probat, niſi quod ille qui illam ſcripſit ſit talis qualis in ea legitur, non autem operatur quod fides informis probet, num. 15.

Singula quæ non proſunt ſimul tamen iuncta faciunt probationem, num. 16.

Præſumptiones quæ non ſunt in ſua ſpecie perfectæ, nec ſimul iunctæ faciunt aliquam probationem, num. 17.

Mortuus quis præſumitur quando non reperitur, num. 18.

Intellige procedere adhibitis diligentijs, num. 19.

Ex eo quod quis adhibitis diligentijs non reperiatur non dicetur probata mors illius, num. 20.

Mortuus vt quis præſumatur ex eo quod adhibitis diligentijs non reperiatur, requiritur quod ſit lapſum quinquennium à die quo cœpit dubitari de morte, num. 21.

Mors non præſumitur ex eo quod quis non reperiatur, & iuerit in longinquas partes, quia hoc eſt ſupponere id, de quo dubitatur, num. 22.

Mors probatur per leuiores probationes, vbi de modico præiudicio agitur, videlicet de commodo pecuniario, num. 23.

Non poteſt dici agi de modico præiudicio vbi agitur inter pauperes de commodo pecuniario, num. 24.

Cauſa ducentorum florenorum eſt magna inter duos ciues licet inter duos Reges dicatur parua, num. 25.

Mors vt probetur per præſumptiones vbi agitur de commodo pecuniario, præſumptiones debent eſſe idoneæ, num. 26.

Poſt concluſum in cauſa ex diſpoſitione cap. Rotæ 47. non poſſunt produci aliquæ ſcripturæ, num. 27.

Statuta, & capitula Rotæ recipiunt omnes limitationes, & declarationes, quibus Regula, de qua illa loquuntur in terminis iuris communis reſtringitur, & limitatur, numero 28.

Iura noniter reperta de iure communi in cauſa pupillorum & locorum piorum poſſunt produci etiam poſt concluſum in cauſa num. 29.

Iudex abſoluit partes ab expenſis iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus, num. 30.

DECISIO LXX.

Dominus Illuminatio mea.

CONFIRMAVIMVS ſentẽtiam
D. Iudicis à quo, dum pronun-
ciauit Congregationem paupe-
rum orfanorum, ſeu DD. eius
protectores eſſe abſoluẽdos ab
obſeruatione Iudicij, reſeruato
iure D. Bartholomæo Bizzarri
iterum agendi ad prætenſum
fideicommiſſum, quia adhuc non vidimus fuiſſe
1 probatã mortem Iacobi Bizzarri filij Hieronymi,
prout omninò probare debebat, cum d. Bartholo-
mæus fuerit ſubſtitutus filiabus fœminis d. Hiero-
nymi vocatis tantummodo in defectum lineæ ma-
2 ſculinæ dicti Hieronymi, & conditionem eueniſſe
probare oportet, *Gloſ. celebris in ver. ſuperſtes in l. qui
duos in princip. ff. de rebus dubijs.* Et meritò, quia
3 ſemper quis tenetur ſiue agat, ſiue excipiat proba-
re id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, *l. 1.
& 2. & l. in exceptionibus, ff. de probationibus.*

Nec dicatur ſatis conſtare de morte ex depoſi-
tione duorum teſtium, quia iſti nihil faciunt, nam
4 primus, qui deponit publicè audiuiſſe quod dictus
Iacobus in bello deceſſerit, vltra quod non probat
famam cum non dicat audiuiſſe à maiori parte
populi, nec alia in eius depoſitione concurrant quę
ad probationem famæ requirantur, *iux. tradita per
Bartolum in l. de minore, §. plurimum, num. 19. & ſeq.
ff. de quæſtionibus. Lepid. deciſ. 22. colum. 2. Menochius
conſ. 395. num. 38. & ſeq.* adhuc non probat quia
5 eſt cœcus, & non dicit habuiſſe notam vocem eius,
à quo audiuit ad tradita *per Farinacium quæſt. 61.
6 num 24.* Alter verò deponit de auditu ab ipſo Bar-
tholomæo actore, quod non ſufficit *Farinac. quæſt.
69. num. 86.*

7 Prout etiam dicta Mors non probatur ex Epi-
ſtola Ioſephi Simonelli, ad Matrem Iacobi tranſ-
miſſa, nam etiam ſi ipſe fuiſſet formiter examina-
tus adhuc eius depoſitio non ſufficeret, quia teſtis
8 vnicus non probat, prout in ſpecie de morte tradit
Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 49. num. 20.

Et denique fides Cancellarij Aſulæ Breſciana
9 nihil facit, tum quia non fuit formiter extracta,
quo caſu nullam fidem facit, vt fuit deciſum in
vna Sancti Angeli Beneficiorum 17. Martij 1608.
coram Illuſtriſſimo Ludouiſio.

10 Tum quia non fuit extracta parte citata, prout
requirebatur *cap. 2. extra de teſtibus.*

11 Tum quia habet relationem ad acta, de quibus
non conſtat *Illuſtriſſimus Card. Seraphin. deciſ. 383.
num. 10. par. 1.*

12 Tum etiam quia non fuit iurata quo caſu non
probat *cap. tuis de teſtibus, l. iuris iurandi, C. eodem tit.
Gloſ. in cap. cum olim, el primo, vbi Abb. num. 5. de
priuilegijs,* & fuit deciſum in vna Segobien. penſio-
nis 15. Martij 1602. coram R. P. D. Iuſto, vbi loqui-
tur de fide Secretarij Capituli atteſtantis de valo-
re fructuum, & dicit non probare, quia fuit facta
abſque iuramento.

Nec obſtat quod cum fides d. Cancellarij Aſulæ
13 ſit munita ſigillo illius Ciuitatis, ſit publica, & au-
thentica; & faciat pleniſſimam fidem *ad Auentum
14 deciſ. 95. nu. 13. & ſeq.* quia hoc procederet quan-
do fides eſſet formiter extracta vt diximus, non
autem quando non eſſet extracta formiter prout in
caſu noſtro, nam tunc ſigillum Communis & Le-
galitas non probat niſi quod ille qui ſcripſit di-
15 ctam fidem ſit Cancellarius Aſulæ, *Bald. in l. compa-
rationes, num. 25. C. de fide inſtrum. cum alijs per Marſi-
lium in l. ſi quis nec quæſt. num. 171. ff. de quæſtionibus,*

Nec obſtat quod ſi prædicta conſiderata de per
16 ſe non ſufficerent ſimul tamen iuncta facerent ple-
17 nam probationem, quia reſpondetur quod cum
dd. præſumptiones non ſint in ſua ſpecie perfectæ,
nec ſimul iunctæ faciunt aliquam probationem,
ad tradita *per Bald. in l. ſi quis ex argentarijs, §. item ſe-
cundo. num 4. ff. de edendo.*

18 Nec obſtat quod quis præſumatur mortuus quando
non reperitur, *Bart. in l. ſi certis. §. ſi vnus, ff. de S...*
19 tamquam dicitur procedere adhibitis diligentijs, &

qui-

quibus in caſu præſenti non conſtat, & Bart. etiam
20 ibi ſubdit quod iſta non eſt plena probatio, & ſe
remittit ad tradita *in l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur, idemque latius comprobat Menoch. conſ. 1119. num. 5. & ſeq.*
21 Nec obſtat *Ludouicus in deciſ. Peruſ. 30.* nam ipſe
requirit quinquennium lapſum fuiſſe à die, quo
cœpit dubitari de morte, & ideo annus vnus qui in
caſu noſtro vix præterit ſufficere nequit.
22 Nec obſtat quod ſimus in longinquis, quia hoc
eſt ſupponere id, de quo dubitatur.
23 Nec obſtat quod cum agatur de modico præiudicio videlicet de commodo pecuniario mors probetur per leuiores probationes *ad Bartolum in d. §.*
24 *ſi dubitetur,* quia vltra quod non poteſt dici agi de
modico præiudicio attẽta paupertate orfanorum
ad tradita *per Albericum in l. bonæ fidei, C. de iure iu-*
25 *rando,* vbi poſt alios dixit quod cauſa ducentorum
florenorum eſt magna inter duos ciues, ſed parua
inter duos Reges, Adhuc dicimus quod præſum-
26 ptiones debent eſſe idoneæ, *Bart. in d. l. 2. §. ſi dubitetur, ff. quemadm. teſtam. aperiantur. Cæphal. conſ. 76. num. 45. lib. 1. Alex. conſil. 4. num. 15. lib. 2. & conſ. 172. num. 8. lib. 6.*

Proinde cum, vt oſtendimus, neque ex teſtibus neque ex literis neque ex fide inſurgat aliqua præſumptio, meritò non poteſt dici, in præſenti caſu conſtare de morte d. Iacobi ad effectum, vt d. D. Bartholomæus obtinere valeat.

Nec obſtat quod ſi non poteſt obtinere vti vocatus in defectum Iacobi, ſaltem debet obtinere tanquam vocatus in caſu alienationis expreſsè à teſtatore prohibitæ, cum dicta bona fuerint alienata à Hyeronimo in ſpect. Alexandrum Ciuffarini, quia reſpondetur, quod talis alienatio d. Bartholomæo nullo modo ſuffragari poteſt, cum in teſtamento, in quo ipſe ſe fundat apertè diſponatur, quod in caſu alienationis ſuccedat ille, qui ſecundum ordinationem Teſtatoris ſuccederet in caſu mortis alienantis, ſequitur quod quemadmodum in caſu mortis Hyeronimi non potuit Bartholomæus admitti ad huiuſmodi fideicommiſſum, ita neque etiam ſub prætextu alienationis poteſt ad huiuſmodi ſucceſſionem aſpirare, niſi docto de morte dicti Iacobi.

Atque cum ex his non fuerit nobis viſa probata
Mors dicti Iacobi, meritò ſententiam D. Iudicis à
quo confirmare placuit & tantò magis ne nonnulla
iura de nouo per dd. pauperes orfanos reperta
27 perirent. Nam licèt ex diſpoſitione c. 47. Rotæ
poſt concluſum in cauſa non poſſint poduci aliquæ
ſcripturæ, tamen cum ſtatuta & c. Rotæ reci-
28 piant omnes declarationes, & limitationes, quibus
regula, de qua illa loquũtur, in terminis iuris communis reſtringitur & limitatur ad latè tradita, *per Tiraquellum de retract. lignag. §. 9. gloſ. 50. cum pluribus ſeqq. & præſertim num. 55.* cum aliis per nos adductis in cauſa Magnifici D. Antonij Rinaldi cum DD. Exequutoribus teſtamenti R. D. Ioſephi Caſtiglioncelli ſub die 15. Februarij præſentis an-
29 ni 1618. Et de iure comm. in cauſa pupillorum, &
locorum piorum poſt concluſum in cauſa poſſint
produci iura nouiter reperta, *vt poſt Romanum in l. admonendi, ff. de iure iurando, concludit Aſinius in ſua praxi, §. 23. cap. 6. limitat. 5.* meritò potuit in dd. actis nouiter repertis pro parte dd. pauperum orfanorum fieri aliqua conſideratio non obſtante diſpoſitione d. cap. Rotæ 47.
30 Dictum autem Bartholomæum abſoluimus ab
expenſis iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus ad tradita *per DD. in l. properandum, §. ſin autem alterutra, C. de iudicijs.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA SPECT. MARTINI Gratiani cum Veneranda D. Aurelia vxore Spect. Philippi Checchi.

ARGVMENTVM.

Mater an poſſit obligare eius dotem pro maritanda filia, ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs?

SVMMARIVM.

Mulieres non poſſunt obligare earum dotes abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs, num. 1.

Nullum quod eſt, nullum poteſt producere iuris effectum, num. 2.

Promiſſio facta per mulierem ad effectum, vt ſequatur matrimonium cum eius filia valet abſque ſolemnitatibus dummodò non promittat dotem expreſsè obligari prohibitam, num. 3. & 4.

Statuti vbi habemus claram diſpoſitionem non eſt vlterius quærendum, num. 5.

Dos non dicitur ſpecialiter priuilegiata quando promittitur ab ea perſona, quæ non tenetur dotare, numero 6.

Nouerca non tenetur dotare priuignam, num. 7.

DECISIO LXXI.

Dominus illuminatio mea.

DECLARAVIMVS D. Aureliam
non teneri ad conficiendum in-
ſtrumẽtum iuxta promiſſionem
ab ea factam, de qua in Chiro-
grapho, de quo in actis, quia
cum in eo obligauerit eius do-
tes abſque ſolemnitatibus ſta-
1 tuti 70. lib. . . . In quo pro-
hibetur in ſpecie mulieres non poſſe obligare ea-
rum dotes nullo modo, & qualibet de cauſa niſi
interuenerint ſolemnitates, de quibus ibi, certè
eius promiſſio fuit nulla, & nullum quod eſt nul-
2 lum poteſt producere iuris effectum.

Nec obſtat ꝙ cum dicta promiſſio fuerit facta ad effectum, vt ſequeretur Matrimonium, inter ſpect. Martinum, & D. Catherinam priuignam dictæ

D. Aureliæ adhuc promiſſio eſſet iudicanda efficax abſque dictis ſolemnitatibus ad tradita *per Gratianum in ſuis diſceptat. Forenſibus c. 297. num. 6. 7. & 8.* quia vltra quod Gratianus non loquitur in muliere, quæ obligauit ſuam dotem contra formam ſtatuti quod in ſpecie, & expreſſe prohibet Mulieres poſſe obligare earum dotes abſque ſolemnitati-
5 bus, vt in caſu noſtro, ſed ſolum dicit donationes propter nuptias, & factas cauſa matrimonij non egere inſinuatione, quid eſt quod multum diuerſum à caſu noſtro, Adhuc dicimus quod quatenus etiam d. D. Aurelia promiſiſſet in dicta apocha dotare dictam D. Catherinam, adhuc eius promiſſio eſſet inefficax, cum ſtatutum vt diximus prohibeat mulieres poſſe obligare earum dotes abſque
6 debitis conſenſibus, & ſolemnitatibus, de quibus in dicto ſtatuto, Et vbi habemus ſtatuti claram diſpoſitionem non eſt vlterius quærendum; *ad tex. in l. ancillæ, ff. de fur. is. Becc. conſ. 12. num. 1. & ſeq. Magon. dec. ſ. Luc. 70. num. 40.*

Et hāc opinionem eo magis amplectere placuit ſtante quod vbi adeſſet ſtatutum, quod nō in ſpecie, ſed in genere prohiberet Mulieres poſſe obligari, quo in caſu Doctores diſputant, An ſtatuta comprehendāt caſum dotis, adhuc promiſſio facta per D. Aureliam non eſſet efficax, cum ipſa ſit eius
7 nouerca, & ſic de illis quæ non tenebatur dotare,
8 quo caſu Dos non reperitur ſpecialiter priuilegiata ad effectum, vt non ſit comprehenſa ſub diſpoſitione ſtatuti, vt tradit *Surd. deciſ. 164. nu. 16.* & fuit deciſum per Rotam Romanam in vna Anconitana Dotis . . . .

Et conſequenter ſi promiſſio Dotis iſto caſu non eſt efficax multò minus iudicauimus fuiſſe efficacem donationem factam cauſa matrimonij quoad D. Aureliam.

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN CAVSA MAGNIFICAE COMMVNItatis Orſanici cum Spect. de Orſuccis.

ARGVMENTVM.

Canon an debet ſolui pro rata bonorum poſſeſſorum, quando non ſunt facta inutilia culpa emphiteutæ?

SVMMARIVM.

Vbi adeſt Res iudicata non poteſt amplius de negotio deciſo cognoſci, num. 1.
Canon non debet ſolui, niſi pro rata bonorum poſſeſſorum, quando non fuerunt facta inutilia culpa emphiteutæ, num. 2.
Abſolutio ab obſeruatione Iudicij conceditur ne iura partis pereant, num. 3.
Datia non ſoluitur pro adhæſione, num 4.
Iudices appellationum poſſunt ſententiam in totum reformare, licet pars ab aliquo tantum capite ſententiæ appellationem interpoſuerit, num. 5.

DECISIO LXXII.

Dominus Illuminatio mea.

DECLARAVIMVS ſpect. de Orſuccis teneri ad ſoluēdum Magnificæ Communitati Corſanici Canones decurſos à die latæ ſententiæ per DD. Arbitros iuxta votum Magnifici D. Leonis Sanctucci, & decurrendos ſucceſſiuis temporibus, & hoc pro rata piſcationum, quas dicti ſpect. de Orſuccis à die dictæ ſententiæ poſſediſſe, & poſſidere apparebit iuxta liquidationem faciendam in executione huius noſtræ ſententiæ. Quia clarum eſt quod quoad Canones decurſos ab anno 1594. vſque ad annum 1610. obſtat d. Communitati res iudicata cum de anno 1610. ab illis dd. DD. de Orſuccis fuerint abſoluti, vt legitur in dicta ſententia DD. Arbitrorum, & ſic ſtante d. re iudicata
1 non poterat amplius ſuper illis cognoſci, *Surdus conſ. 312. num. 8. & 9. cum alijs per Lepidum deciſ. 28. in principio cum vulgaribus.*

Diximus autem non teneri ad ſoluēdum Canones niſi pro rata piſcationum, quas dd. DD. de Orſuccis à die dictæ ſententiæ 1610. poſſediſſe, & poſſidere apparebit, quia cum ex teſtibus, de quibus in proceſſu clarè appareat, ipſos non poſſidere omnes & ſingulas piſcationes, de quibus in liuello, & portū Mommij de tempore quo fuit reſtitutus vigore d. ſentētiæ 1610 fuiſſe inutilem factum, adeo vt non poſſit in illo amplius piſcari, niſi cum maxima impenſa, & hoc abſque culpa dd. DD. de Orſuccis, cum de tempore, quo dd. DD. Iudices delegati illū ad ſe auocauerint eſſet in bono ſtatu, & in illo piſcari poſſet, vt pariter deponunt teſtes dd.
2 DD de Orſuccis, certè nō ſunt dd. DD. de Orſuccis obligati ſoluere canonē, niſi pro rata piſcationum, quas poſſediſſe ab anno 1610 & poſſidere apparebit iuxta liquidationem faciendam, ad tradita *per Abbatem conſ. 94. num. 4. circa finem l. 2.* Et poſt eum latè *per Corbol. de cauſ priuat. ob non ſolutum canonem limit. 14. num. 1. qui etiam idem confirmat in 24. limit. vbi etiam plures alios allegat.*

Quod verò ſpectabat ad prætēſam caducitatem, licet de ea nobis nō cōſtaret, tū ne iura d. Commu-
3 nitatis ſuper ea perirēt, placuit dd. DD de Orſuccis abſoluere ab obſeruatione iudicij, & ſic in hac parte confirmauimus ſententiam D. Iudicis à quo *iuxta tradita per Rotam Ianuenſem Belloni deciſ. 43. n. 2. & ſeq. vbi latè, cum alijs per Ceſar. de Barz. dec. 42. n. 9.*

Nec obſtare putauimus q dicebatur per ſpect. de Orſuccis non fuiſſe ſolutam Datiam pro adhæſione ab ipſis facta appellationi interpoſitæ per d.
4 Communitatem, Nam re vera pro adhæſionibus nulla eſt ſoluenda datia, ſuſtinentur enim vigore ſtatuti *c. 23. l. 5.* In quo permittitur parti appellatæ petere coram DD. Iudicibus à quibus totam ſententiam reformari, licet pars aduerſa ab aliquo tantum capite ſententiæ appellationem interpoſuerit *Marinus deciſ. 13. num. 7.*

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.
Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor, & Cognitor.

IN

IN CAVSA PERILLVSTRIS OFFICII ſuper introitibus, & litis conſortium cum D. Franciſco olim D. Placiti Henrici de Ciuitate Theatina.

ARGVMENTVM.

Bannum an liget Forenſes?

SVMMARIVM.

Prior in tempore potior in iure, num. 1.

Conſuetudo niſi ſit probata per teſtes non poteſt attendi ex diſpoſitione cap. Rotæ Lucenſ. 40. num. 2.

Primipilus præfertur omnibus anterioribus creditoribus, num. 3.

Primipilus eſt Theſaurarius omnium introituum Principis, num. 4.

Bannum comminatiuum amiſſionis crediti ſi infra certum tempus creditum non denuncietur non ligat forenſes, qui intra illud tempus comparere non valent, nu. 5.

Bannum comminatiuum amiſſionis crediti ſi infra certum tempus creditum non denuncietur, non comprehendit creditores in diem, num. 6.

Creditor in diem non dicitur propriè creditor, num. 7.

Banna pœnalia ſunt ſtrictè & propriè intelligenda, numero 8.

Bannum comminatiuum ammiſſionis crediti ſi infra certum tempus creditum non denuncietur, non comprehendit habentes actionem realem, aut hypothecam ſuper bonis, num. 9.

Res iudicata, vt habeat vim rei iudicatæ debent concurrere requiſita tex. in l. cum quæſitum cum duabus ſeqq. ff. de except. rei iudicatæ, num. 10.

Reſcripta recipiunt declarationem à ſupplicatione partium, num. 11.

Rei iudicatæ appellatione venit ſententia ipſa, & cauſa per ſententiam Iudicis terminata, num. 12.

Intellige verum impropriè, ſecus propriè, num. 13.

Creditor habet facultatem exequendi in bonis ſibi generaliter obligatis, vel in ſpecie, num. 14

Creditor poſterior qui diligens fuit in ſibi ſatisfaciendo non debet moleſtari per anteriorem dummodo adſint bona debitoris, in quibus ſibi ſatisfacere poſſit, nu. 15.

DECISIO LXXIII.

Dominus Illuminatio mea.

IN causa vertente inter Perilluſtre officium ſuper introitibus, & ſpect. Petrum Buiamonti, Octauium Sanctini, & Ioannem Baptiſtam Bõfilij ex vna, & D. Franciſcum olim D. Placiti Henrici de Ciuitate Theatina partibus ex altera.

Benè iudicatum exiſtimauimus dum per D. Iudicem à quo fuit condemnatum dictum Perilluſtre officium ſuper introitibus ad ſoluẽdum d. D. Franciſco ſummam ſcutorum 700. monetæ Regni de pecunijs, & effectibus D. Marci Antonij Graucij pro quantitate penes dictum Perilluſtre officium exiſtente iuxta liquidationem faciendam in exequutionem dictæ ſuæ ſententiæ, nec non ad dimittendum, & relaxandum d. D. Franciſco realem & effectualem poſſeſſionem Domus, de qua in dicta ſententia per ipſum detinendam, donec, & quouſque fuerit integre ſatisfactum de dicta ſumma ſcut. 700. & latius, prout in dicta ſententia, & malè appellatum tam pro parte dicti Perilluſtris officij ſuper introitibus, quam pro parte dd. ſpect. Petri Buiamõti Octauij Sanctini, & Ioannis Baptiſtæ Bonefilij, cum hac ſola declaratione, quod Domus de qua in d. ſentẽtia, ſeu eius poſſeſſio non ſit relaxanda, & dimittenda d. D. Frãciſco, niſi in ſubſidium, videlicet quatenus pecuniæ, & effectus exiſtentes penes dictum Perilluſtrem officium non ſufficerent pro integrali ſatisfactione dicti D. Franciſci.

Et quod attinet ad appellationem interpoſitam à dicto Perilluſtri officio, Diximus malè appellatũ, & benè iudicatum per D. Iudicem à quo, quia cum D. Henricus pater d. D. Franciſci haberet obligata bona d. D. Marci Antonij vſque ab anno 1581. & dictum Perilluſtrem officium ſolum ab anno 1615. ſatis patet, quod dictus D. Henricus eſt creditor an-
1 terior dicti Marci Antonij, Et prior in tempore potior eſt in iure *l. potior, ff. qui potiores in pignore habeantur cap. qui prior de regul. iuris in 6. Aſſiſ. deciſ. Peruſi a 45. num. 7.*

Nec obſtat quod ſit conſuetudo, quod Perilluſtre officium pro ſuo credito ſit anterius cuilibet
2 alio creditori quia cum iſta conſuetudo non fuerit probata in actis, & proceſſu nec attendi poterat, vt diſponitur *in cap. Rota* 40.

Nec obſtat quod cum dictus Granucius exerce-
3 ret officium Primipilatus, adhuc fiſcus ſit anterior, ac præferatur cœteris omnibus creditoribus, quia reſpondetur, quod non conſtabat, quod dictus
4 Marcus Antonius non exerceret tale officium, ſi quidem nõ eſſet Theſaurarius vniuerſalis omnium introituum Principis prout requiritur ad effectum, vt quis dicatur exercere tale officium, vt declarat *Capic. deciſ. 129. num. 15. &* 16.

Nec dicatur quod d. ſententia in hac parte fuit iniuſta, cũ in manibus dicti Perilluſtris officij non adſint de præſenti aliqui effectus ſpectantes dicto Marco Antonio, quia contrarium apparet ex calculo coram nobis exhibito, vltra quod quando etiam in manibus dicti Perilluſtris officij non reperirentur effectus ſpectãtes dicto Marco Antonio, adhuc dicta ſententia non redderetur iniuſta, quia dictũ Perilluſtre officium fuit condemnatum ad ſoluendum predictos ducatos 700. non abſolutè, ac ſimpliciter, ſed ſecundum quantitatem effectuum d. Marci Antonij penes d. Perilluſtre officium exiſtentem, Et hæc dixiſſe ſufficiat quoad appellationem interpoſitam à dicto Perilluſtri officio ſuper introitibus.

Quod verò ſpectat ad appellationem interpoſitam pro parte ſpectabilium Petri Buiamõti, Ioan. Baptiſtæ Bonfilij, & Octauij Sãctini creditorum dicti Marci Antonij, pariter diximus malè appellatum & benè iudicatum, quia licet ſint anteriores dicto Perilluſtri officio, vt faſſus fuit dictũ Perilluſtre officium in memoriali exhibito Excellentiſſimo Senatui ſub die 14. Auguſti 1615. tamen vt

vidimus non ſunt anteriores dicto D. Henrico, & ſic cum dictus Dominus Henricus ſit potior, etiam iſtis & illis præferri debet, vt ſupra dictum fuit.

Nec obſtat quod cum tempore Iudicij alias agitati inter iſtos comparentes, & perilluſtre officium emanauerit præconium, ſiue bannum comminatiuum amiſſionis crediti ſi intra certum tempus creditum ipſum non denunciaretur dictus D. Henricus creditum ſuum amiſerit, ex quo illud intra il-
5 lud tempus non denunciauit, quia reſpondetur quod cum in dicto banno fuerit præfixus terminus quinque dierum tãrum certum eſt, quod illud non comprehendebat forenſes in longinquis partibus degentes, prout faciebat dictus Dominus Henricus qui degebat in Ciuitate Theatina, vbi nec etiam in termino decem dierum poterat dicti Banni habere notitiam, vt in his propriis terminis firmat *Alex. conſ. 31. num. 5. lib. 5. cum alijs per Maſcardum de probat. concluſ. 1237. num. 7.*

Secundò reſpondetur quod cum tempore banni emanati D. Henricus non eſſet creditor ſimpliciter & purè, ſed in diem ſtante vltimo inſtrumento concordiæ initæ cum Marco Antonio Granucci
6 ſub die 21. Aprilis 1614. non erat propriè creditor,
7 ſed largo modo, ex quo creditum exigere non poterat vt determinat *Alexand. conſil. 2. num. 17. lib. 4.* & conſequenter dictum bannum non comprehen-
8 debat tale creditum, cum talia banna pœnalia ſtrictè, & propriè ſint interpretanda iuxta vulgata.
9 Tertiò reſpondetur quod talia banna contra creditores non comprehendunt habentes actionem realem, aut hipothecam ſuper bonis *iux. tradita per Gabriel. conſ. 8. lib. 1.*

Nec obſtat quod cum deciſio prætenſionum d. D. Henrici fuerit commiſſa cum clauſula, *ſtante ferme le re iudicate*, & dicta Domus iam eſſet adiudicata dictis creditoribus nõ poterat dictus D. Iudex ſuper dicta Domo adiudicata dd. DD. creditoribus amplius pronunciare & declarare illam eſſe hypothecatam in ſubſidium dicto Henrico pro ſatisfactione prædictorum ducatorum 700. vt fecit, quia reſpondetur quod cum dicta ſententia nõ fuerit lata cum D. Henrico, qui in illo iudicio non in-
10 teruenit nec minus citatus fuit non poteſt contra eum conſiderari aliqua res iudicata cum non concurrant requiſita illius *iux. tex. in l. cum quæritur cum duabus ſeqq. ff. de exceptione rei iudicatæ.*

Secundò dicimus quod cum nullibi fuerit narratum Principi quod iſti comparentes obtinuerint adiudicationem Domus, nec ſententiam ſuper ea, ſed tantummodo fuit dictum quod Perilluſtre officium fuit reputatum poſterius alijs creditoribus, & in hoc fuit ei factum præiudicium Princeps apponendo clauſulam illam, *ſtante ferme le re iudicate*, corroborare voluit prælationem creditorum in genere non autem iſtorum comparentium in ſpecie, qui in ſupplicatione aut memoriale nunquam nominati fuerunt. Nec eſt dubium, quin dictum reſcriptum talem debeat recipere interpretationem cum reſcripta regulariter à ſupplicatione par-
11 tium declarationem recipiant *Alexand. conſil. 84. num. 7. lib. 1. Caſtrenſ. conſilio 253. num. 2. & 3. lib. 1. Oſaſch. deciſione 43. numero 44. Magonius deciſione Florentina 87. num. 5. Gratianus deciſione 46. num. 3. Becc. conſil. 21. num. 2. & vt dicit Caputaq. deciſ. 151. par. 1.* Reſcripta intelliguntur ſecundum finem ad quem diriguntur.

Nec obſtat quod Princeps per ea verba *ſtante ferme le re iudicate* non voluit intelligere de effectu ipſius ſententiæ, videlicet in quantum faceret exceptionem rei iudicatæ, ſed de ſententia ipſa, &
12 cauſa per eandem ſententiam deciſa, quia appellatione rei iudicatæ venit ſententia ipſa, & cauſa per Iudicis ſententiam terminata, vt declarant *Iaſon Caſtrenſ. Bart. & alij omnes in l. 1. ff. de re iudicata,*
Fideicommiſſum debet eſſe generale, tam in caſu mortis primorū inſtitutorum ſine filijs quam eorum filiorum ſine filijs & verificetur iſta qualitas quod bona nunquam exeant de familia, alias enim non verificarentur verba prædicta, quia daretur caſus, quod non obſtante fideicommiſſo bona de familia exirent, num. 92.

Coniectura perpetui fideicommiſſi deſumitur ex eo quod teſtator

teſtator prohibuit demolitionem alicuius Turris, ſiue ædificij, & caſu quo demoliretur voluit quod eius bona deuenirent ad alios hæredes, num. 93.

Fideicommiſſum ſemper inducitur, quando ſi aliter diceremus Mens, & voluntas Teſtatoris ſuum finem, & effectum non haberet, num. 94.

Coniectura perpetui fideicommiſſi, & quæ facit ſilere conſ. Oldradi 21. deſumitur ex progreſſione facta ad plures gradus ſubſtitutionum, quia hoc caſu cenſetur repetitum onus fideicommiſſi de primo in ſecundum hæredem, & alios ſucceſſiuè, num. 95.

Coniectura deſumpta ex progreſſione ad plures gradus ſubſtitutionum recipitur ſine difficultate, quando non eſt ſola, ſed coniuncta cum pluribus alijs, num. 96.

Coniectura perpetui fideicommiſſi, & quæ facit recedere à conſil. Oldradi 21. deſumitur, ex eo quod plus eſſent grauati magis dilecti, quam minus dilecti, num. 97.

Coniectura perpetui fideicommiſſi, & quæ facit ſilere conſilium Oldradi 21. colligitur ex eo, quod ex contextu, & tenore totius teſtamenti colligitur nullam aliam fuiſſe intentionem teſtatoris niſi inducendi perpetuum & ſucceſſiuum fideicommiſſum, & vnuſquiſque ſenſatus vir diceret pro certo ita Teſtatorem fuiſſe reſponſurum ſi fuiſſet interrogatus, num. 98.

Coniectura, quæ facit ceſſare conſilium Oldradi 21. eſt quando filij primorum inſtitutorum non ſolum ſunt poſiti in conditione, ſed vocati, quia tunc cenſentur grauati non minus ac eorum patres erant grauati, & iſto caſu admittetur ſubſtitutus, tam ſi primi hæredes ſine filijs pereant, quam ſi eorum filij ſine filijs decedant, num. 99.

Filij in conditione poſiti, licèt ſit valdè controuerſum inter Doctores, an ſint vocati, tamen in hoc omnes conueniunt, quod concurrentibus coniecturis cenſentur vocati, num. 100.

Grauare non poſſum quem non honoro, num. 101.

Filij in conditione poſiti ſub qualitate maſculinitatis cenſentur vocati, num. 102.

Maximè ſtante ſtatuto quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, num. 103.

Filij poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis, & quod ſint de legitimo matrimonio nati cenſentur vocati, num. 104.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quando Teſtator fuit digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, num. 105.

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, quando Teſtator habuit intentionem conſeruandi bona in ſua agnatione, & familia, num. 106.

Coniectura vna ex pluribus ſeparatim, & de per ſe conſiderata, quando non ſufficit ad hoc, vt filij in conditione poſiti vocati cenſeantur, ex omnibus ſimul iunctis, vocati cenſeri debeat, num. 107.

Filij in conditione poſiti, an ex coniecturis vocati cenſeri debeant relinquitur arbitrio Iudicis, num. 108.

Singula quæ non proſunt multa collecta iuuant, numero 109.

Coniecturæ plures coniunguntur ad effectum plenæ probationis, num. 110.

Coniecturæ plures ſimul iunctæ inducunt fideicommiſſum, num. 111.

Coniecturæ plures, & efficaces quando non ſufficerent ad inducendum fideicommiſſum tota materia coniecturalis deſtrueretur, & ſuperfluum omninò redderetur quicquid à Doctoribus in hac materia tanta diligentiæ arte, atque ſcientia fuit ſcriptum, atque obſeruatum, num. 112.

Coniecturæ non ſufficiunt ad extendendum fideicommiſſum de perſona ad perſonam, & ſic ad recedendum à conſilio Oldradi 21. vbi ſubſtitutio fuit nominatim facta, videlicet Titij, & talis, vt num. 113. & 114.

Subſtitutionis verba vbi non referuntur ad perſonas, ſed ad bona, vt ſi fuerit dictum decedentibus inſtitutis bona omnia deueniant ad proximum agnatum, inducunt onus reale, & efficiunt quod fideicommiſſum extendatur de perſona ad perſonam, num. 115.

Subſtitutio licèt ſit nominatim facta, tamen ex coniecturis extenditur de perſona ad perſonam, num. 116.

Tunc & in dictum caſum, ſunt dictiones quæ reſtringunt diſpoſitionem ad caſum narratum, num. 117.

Tunc & in dictum caſum non ſunt verba taxatiua, ſed ſolum demonſtratiua caſus expreſſi, ita vt non excludant caſus ſimiles expreſſ, num. 117.

Tunc, & in dictum caſum verba non impediunt extenſionem, & ampliationem fideicommiſſi quando ex coniecturis apparet de veriſimili mente Teſtatoris, numero 118.

Tunc & in dictum caſum verba, tunc excludunt caſus ſimiles, quando fuit dictum tunc, & in dictum caſum tantum tunc & in dictum caſum duntaxat, numero 119.

Fideicommiſſum agnatitium eſt fauorabile, & in dubio ſemper extare dicendum eſt, num. 120. & 184.

Prohibitio alienationis facta cum cauſa, quia Teſtator voluit bona ſemper continuè, & in perpetuum remanere in familia non ſolum ſeruit pro coniectura perpetui fideicommiſſi, ſed conſtituit generale & abſolutum fideicommiſſum ad fauorem illorum de familia, num. 121. & 122.

Prohibitus alienare dicitur grauatus ad reſtituendum bona, num. 123.

Semper, perpetuò, & continuò, ſunt dictiones aptæ ad inducendum abſolutum, & perpetuum fideicommiſſum, num. 124.

Prohibitio alienationis vbi eſt concepta per verba vniuerſalia, videlicet tam ex cauſa neceſſaria, quam voluntaria, comprehendit tam alienationem inter viuos, quam alienationem per vltimam voluntatem, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, num. 125.

Prohibitio alienationis, vbi eſt facta hæredibus, & ſucceſſoribus in infinitum etiam mediante ſucceſſione ab inteſtato, arguit quod in caſu mortis cuiuſlibet eorum fuerit conſtitutum fideicommiſſum ad fauorem agnatorum de familia, num. 126.

Prohibitio alienationis ſi fuerit à principio valida, & prout diximus DD. veſtita, & poſtea fuerit adiecta ratio, quia voluit bona ſemper, & continuò remanere in familia, conſtituit perpetuum & abſolutum fideicommiſſum inter illos de agnatione, ita vt quilibet de agnatione, ſeu familia qui bona poſſidet teneatur ea reſtituere agnato proximiori de familia, num. 127.

Peregrinus conſ. 63. num. 6. verſic. ſecundo reprobat, quæ in hac materia in contrarium dixerat in ſuo tract. de fideicommiſſis art. 14. num. 18. num. 128.

Conſideratio ordinata conſeruationis bonorum in familia conuenit tantum ſucceſſioni fideicommiſſariæ, num. 129.

Prohibitio alienationis bonorum cenſetur facta ob affectionem, quam Teſtator habebat erga bona, num. 130.

Affectio ſumpta ex qualitate bonorum ſufficit ad effectum vt prohibitio à principio valida & veſtita dicatur, num. 130.

Bona dicuntur illuſtria, & inſignia, habito reſpectu ad affectionem, quam erga illa habebat Teſtator, & propterea DD. circa hoc ſatisfiant de domo paterna, turri, & quid ſimile, ſi conſtet Teſtatorem habuiſſe erga illa affectionem, num. 131.

Prohibitio de non alienando dicitur à principio valida, & veſtita, quando in caſu alienationis Teſtator alios vocauit, num. 132.

Vocatio ſola facta de aliqua perſona in caſu alienationis non inducit fideicommiſſum in caſum mortis, numero 133.

Prohibitio alienationis recipit ſuum veſtimentum ex vocatione alicuius facta in caſum alienationis, ita & taliter quod ex ratione poſtea prohibitioni adiecta videlicet. Quia voluit bona ſemper & perpetuò remanere in familia poteſt importare fideicommiſſum etiam in caſum mortis, num. 134.

Prohibitio alienationis valida, & veſtita redditur ex annullatione actus alienationis, num. 135.

Annullatione actus à Teſtatore in caſu alienationis declaratæ non poteſt eſſe locus, cum lex ipſo iure nullitatem in caſu contrauentionis operetur, num. 136.

Prouiſio hominis plus operatur quam prouiſio legis quia, num. 137.

Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, numero 137.

Prohibitio alienationis dicitur valida & veſtita à principio quando Teſtator in caſu alienationis appoſuit pœnam alienanti, num. 138.

Prohibitio alienationis cum pœna priuationis in caſu alienationis non operatur fideicommiſſum, niſi in caſum contrauentionis, cum non poſſit dari priuationis caſus niſi viuo alienante, num. 139.

Pœna priuationis in caſu alienationis, in prohibitione appoſita licet non inducat fideicommiſſum, niſi in caſu contrauentionis, tamen non poteſt negari quin ex ea Indumentum prohibitionis reſultet, num. 140.

Prohibitio alienationis vbi eſt conſequutiua ad fideicommiſſum ex ſubſtitutione inductum non inducit nouum fideicommiſſum à primo diuerſum, ſed fideicommiſſum iam inductum corroborat, num. 141.

Secunda prohibitio facta cum clauſula, quia voluit bona in familia, & agnatione conſeruari in perpetuum, inducit nouum & abſolutum fideicommiſſum, n. 141.

Fideicommiſſum perpetuum & abſolutum dicitur inductum ex clauſula, quia voluit bona in agnatione & familia ſemper, & perpetuò conſeruari, quia niſi vocati eſſent omnes ſucceſſores in infinitum, non eſſet locus perpetuæ conſeruationi per Teſtatorem ordinata num. 142.

Decius conſ. 636. loquitur quando prohibitio de non alienando eſt nuda & inualida. Ideo nil mirum ſi dicit prohibitionem alienationis factam poſt fideicommiſſum præcedentem non inducere nouum fideicommiſſum, num. 143.

Fideicommiſſum dicitur reale quando Teſtator in caſum alienationis direxit verba non ad perſonas, ſed ad bona vt ſi diceret velle bona in caſum alienationis deuenire ad proximum agnatum, & quod bona non exeant de familia, num. 144.

Fideicommiſſum reale inducit grauamen reale, num. 145.

Fideicommiſſum cenſetur reale vbi ratio prohibitionis reſpicit potius rem, quam perſonas, licet à principio Teſtator feciſſet fideicommiſſum perſonale, num. 146.

Prohibitio alienationis non poteſt dici facta conſequutiuè, vbi adeſt clauſula intermedia, num. 147.

Prohibitio alienationis non poteſt dici ſtare acceſſoriè, & conſequutiuè ad fideicommiſſum præcedentem, vbi non regitur ab eodem verbo, a quo regitur ſubſtitutio præcedens, num. 148.

Decius conſ. 636. in terminis in quibus loquitur reprobatur à pluribus Doctoribus num. 149.

Fideicommiſſum ordinatum ad fauorem familiæ hæredum intelligitur ordinatum ad fauorem familiæ effectiuæ, & deſcendentes à dd. hæredibus non autem ad fauorem familiæ contentiuæ & totius agnationis, numero 150.

Familiæ nomen intelligitur de contentiua, & non de effectiua, quando Teſtator ante prohibitionem alienationis extra familiam hæredum, non ſolum inſtituit hæredes, ſed illis ſubſtituit agnatum proximiorem de familia, num. 151.

Familia nomen, quando Teſtator habuit intentionem cõſeruandi ſuam agnationem accipitur cõtentiuè, & non effectiuè, num. 152.

Familiæ nomen, accipitur pro familia effectiua Teſtatoris, & non pro contentiua, quando Teſtator poſt inſtitutionem ſuorum filiorum & deſcendentium ab eis ſuã ipſius Teſtatoris familiam vocauit, num. 153.

Familiæ nomen accipitur contentiuè & nõ effectiuè, quãdo Teſtator à principio non filios, ſed tranſuerſales vocauit, & deinde illius familiam ſubſtituit, nu. 153. & 162.

Mantica de conſ. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 12. col. 3. verſ. ſed ego dum dicit quod nomen, Familia, accipitur contentiuè & non effectiuè, quando Teſtator habuit intentionem conſeruandæ agnationis reprobatur à Menocchio conſ. 1171. num. 23. num. 154.

Mantica de coniec. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. nu. 12. col. 3. verſ. ſed ego non reprobatur à Menocchio d. con. 1171, num. 23. imo Menocch. confirmat eius doctrinam, quia ideo dicit in caſu ſuo collaterales, & eorum familiam excludi, quia adhuc vigebat familia ipſius Teſtatoris, num. 154.

De familia, ſeu agnatione Teſtatoris propriè & verè reputantur illæ perſonæ quæ proueniunt à proauo, ſeu aſcendente eiuſdem Teſtatoris, non autem ab eius fratre, num. 155.

Familiæ appellatione, vbi de familia à teſtatore fit mentio, veniunt omnes de eodem cognomine, & agnatione licèt non ſint de ſanguine deſcendentium, & ſic accipitur contentiuè & non effectiuè, num. 156.

Subſtituta Domo, ſeu familia alicuius intelliguntur ſubſtituti omnes de illa Domo, ſeu familia, num. 156.

Familiæ nomen reſtringitur ad illos qui ſunt de eodem cippo & collõnello, ad excluſionem aliorum eiuſdem familiæ de diuerſo coloncllo, quando Teſtator eſt vſus nomine ſuæ familiæ, num. 157.

In fideicommiſſo relicto familiæ, licet ſit ſeruanda gradus prærogatiua ita vt primo deſcendentes mox tranſuerſales ſuccedere debeant tamen iſtud nomen familia, nõ eſt reſtringendum ad familiam effectiuã & ad ſolam ipſius Teſtatoris deſcendentiam, niſi adeſſent aliqua verba reſtrictiua, num. 158. & 159.

Familia nomen non poteſt intelligi de effectiua quando

Teſta-

Teſtator voluit bona, ſemper continuò, & in perpetuum in familia conſeruari, num. 160.

Familia nomen non poteſt intelligi de effectiua, etiam quod Teſtator vocauerit familiam ſuorum hæredum, niſi dixiſſet ſui ipſius, ſed ſolum cenſetur voluiſſe familiam ſuorum hæredum præferri cæteris de familia ſub vniuerſali nomine vocatis, num. 161.

Familia nomen intelligitur de contentiua, & non de effectiua quando Teſtator diſponit ad fauorem Nepotum, & ſic Tranſuerſalium, num. 162.

Familia & Agnatio differunt, num. 163.

Familia dupliciter accipitur. Primò, vt denotet familiam alicuius perſonæ nempè parentes, ſorores coniunctos generum aut nurum, libertos quoque, & ſeruos ad quos omnes gradatim defertur Fideicommiſſum familiæ relictum, num. 164.

Teſtator vbi noluit bona deuenire ad fœminas, & ad extraneos, certum eſt, quod appellatione familiæ hæredum non intellexit de familia ſumpta modo ſupradicto, ſed pro Cyppo ſeu caſata, ſeu agnatione, numero 165.

Familia enim alio modo accipitur pro Cyppo, Caſata ſeu agnatione, num. 166.

Familia in materia fideicommiſſi ſemper accipitur pro Cyppo caſata, ſeu agnatione, num. 166.

Familia caſata, & agnatio ſunt ſynonima, vbi familia accipitur ſecundo modo, num. 166.

Deciſio Rotæ Romanæ in vna Bononien. de Lambertinis declaratur, à num. 167. vſque ad num. 171. incluſiuè.

Prohibitio alienationis vbi eſt realis, & eſt facta hæredibus & ſucceſſoribus excindit inſtitutionem illius, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat, num. 172.

Prohibita alienatione neceſſaria cenſetur prohibita etiam alienatio tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, numero 173.

Prohibitio alienationis concepta per dictiones vniuerſales negatiuas operatur prohibitionem alienationis, etiam per viam vltimæ voluntatis, num. 174.

Prohibitio alienationis vbi eſt facta fauore maſculorum de familia cenſetur prohibita etiam alienatio per vltimam voluntatem tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, num. 175.

Pluralis loquutio reſpicit concurſum plurium, numero 176.

Pluralis loquutio in iure ſecundum ſubiectam materiam ponitur in ſingulari, & in vno tantum verificatur, num. 176.

Pluralis loquutio etiam ſi ſit concepta per dictiones vniuerſales nihilominus verificatur in vno tantum, quando vnus ſolus de pluribus nominatis ſupereſt, numero 177.

Pluralis loquutio in vno ſolo verificatur, quando militat eadem ratio in vno, quæ in pluribus, num. 178.

Prohibitio alienationis vbi reſpicit omnes prohibitos, verba vniuerſalia vni ex eis appoſita in alijs quoque repetita cenſentur, num. 179.

Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea æqualiter determinare, num. 180.

Dictio ſeu copula, Et, eius eſt natura vt repetat omnes qualitates in præcedenti oratione appoſitas, num. 181.

Diſpoſitio facta à Teſtatore in caſu quo vnus ex hæredibus alienaret cenſetur facta in caſu quo omnes alienarent, num. 182.

Qualitates & verba in vna oratione poſita ex veroſimili mente Teſtatoris in alia repetita cenſentur, etiam ſi verſemur in oratione ſeparata, num. 183.

Agnationi in dubio fauendum eſt, & pro ea ac pro ſuſtinendo Agnatitio fideicommiſſo ſemper eſt indicandum, num. 184. & 120.

Agnationi non minus eſt deferendum quàm piæ cauſæ, num. 185.

Vtilitas publica expoſtulat facultates ſuas ſingulis agnationibus conſeruari, vt earum dignitas conſeruetur, numero 185.

Dignitas abſque diuitijs conſeruari nequit, num. 186.

Bona quæ ab antiquo parente proceſſerunt poſteris incolumia remanere debent, num. 187.

Fideicommiſſum ordinatum in vno caſu cenſetur ordinatum etiam in alio caſu, vbi hæres fatetur in precibus Principi porrectis fideicommiſſum ordinatum in illo caſu habere locum etiam in iſto, num. 188.

Confeſſio hæredis vbi habet relationem ad teſtamentum debet potius ſtari teſtamento relato, quam confeſſioni referentis, num. 189.

Vbi conſtat de ſubſtantia fideicommiſſi ex teſtamento, ſic ex ipſo teſtamento relato colligitur intentio, & veritas referentis, num. 190.

Referenti ſtandum non eſt vbi agitur de ſubſtantia, & præexiſtentia illius quod in relato continetur, niſi in quantum de relato conſtet, num. 191.

Referenti ſtandum eſt vbicunque agitur de declaratione illius, quod in relato conſtare non ambigitur, num. 192.

Relato ſtari non poteſt quoad illa, quę in eo non ſunt, neque reperiri poſſunt, num. 193.

Confeſſio fideicommiſſi facta per verba quatenus quis decederet ſine filijs, non dicitur dubia, ſed conditionalis, num. 194.

Confeſſio relata ad ea quę conſiſtunt in iure, non prǫiudicat confitenti, neque alijs, num. 195.

Iſta concluſio non tranſit ſine contradictione, & contrarium tenent aliqui, num. 196.

Confeſſio hæredis circa exiſtentiam fideicommiſſi, licèt non præiudicet ſibi neque alijs, tamen ſi ageretur de interpretatione, ſeu declaratione eiuſdem fideicommiſſi plenum effectum ſortitur in præiudicium ipſius hæredis, & eius hæredum & ſucceſſorum, num. 197.


Hæres mediatus Teſtatoris, qui tempore Teſtamenti natus non erat non poteſt dici informatus intentionis Teſtatoris, num. 198.

Hæres mediatus licèt ex ſe non poſſet eſſe informatus de voluntate Teſtatoris, tamen ſi ſit ſecundus hæres poteſt eſſe informatus de confeſſione & declaratione facta per primos hæredes, num. 99.

Menochius conſil. 636. num. 36. lib. 7. dum dicit, quod Hæres mediatus Teſtatoris, qui tempore teſtamenti natus non erat, non poteſt dici informatus intentionis Teſtatoris reprobatur, & declaratur numero 199.

Confeſſio ſola fideicommiſſi emanata à mediato hærede ſi non facit plenam probationem, facit ſaltem coniecturam præſumptionem, & declarationem exiſtentiæ fideicommiſſi, quæ iuncta cum alijs ex teſtamento elicitis, ponit exiſtentiam fideicommiſſi in tuto, numero 200.

Digitized by Google



DECISIO LXXVI. ALIAS VOTVM.

Dominus illuminatio mea.

SPECTABILIS Nicolaus Rapoudus ſnum vltimnm condidit teſtamentum,in quo ſuos hæredes voiuerſales fecit,& inſtituit Spect. Alexandrum,& Philippum eius ex fratre nepotes,& eos iouicē ſubſtituit,vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum,caſu quo aliquis ipſorū, quandocunque decederet ſine filiis maſculis de legitimo matrimonto natis,Quod ſi d.Alexāder & Philippus hæredes prædicti quādocūque decederent ſine filijs maſculis de legitimo matrimonio natis,Tūc,& in dictū caſū oīa bona in d.teſtamento ſpecificata voluit pleno iure deuenire ad proximū agnatū d.Teſtatoris maiorem oatū de familia de Rapōdia cū onere,quod nō valeāt neque poſſint aliquo modo vel cauſa quæ dici vel excogitari poſſit,tā oeceſſaria,quā volūtaria prædicta bona,aut aliquā eorum partē vel particulā,vēdere,donare,alienare,nec in emphiteuſim dare,nec aliquo alio titulo obligare, generaliter vel ſpecialiter, Quia d.Teſtator voluit, quod dicta bona ſēper de cōtinuo,& in perpetuū remanerent in familia de Rapondia, cum fuerint ſuorum ipſius Teſtatoris aſcendentium, & fuerint bona patrimonialia.

Prohibens expreſsè d.Teſtator dictis ſuis hæredibus, & voicuique eorū alienationē ſupraſcriptorū bonorū, ita vt dicta bona,vel eorū partem,aut particulā prędicti hæredes,nec aliquis eorum,nec eorū hæredes,& ſucceſſores poſſit,& poſſint in futurum aliquo modo,vel cauſa, tam neceſſaria, quam voluntaria vendere, donare, alienare, nec in emphiteuſim dare,vel aliquo alio titulo obligare, generaliter, vel ſpecialiter, Quia ipſe Teſtator voluit dicta bona omnia ſemper,& in perpetuū, & continuò remanere in familia dictorum hæredum.

Et caſu quo dicti hæredes, aut aliquis eorum aliqua ex dictis bonis alienarent ex quacunque cauſa, voluit iuſſit & mandauit dictus Teſtator,dictam alienationem non valere nec tenere, & dicta bona deuenire ad alios hæredes non alienantes.

Quod ſi oēs dicti hęredes eſſent cōcordes in alienādo dicta bona in totū,vel in partē,tunc,& in euentū prędictū ex nūc, prout ex tūc illa bona alienata,vel partē,aut particulam eorū alienatā cōtra eius voluntatem voluit pleno iure deuenire ad proximū agnatū d.Teſtatoris,de familia de Rapōdis, ita vt ſemper vadāt ad primogenitum familiæ de Rapōdis,ſi tūc erit in rerū natura,& ſic voluit,iuſſit,& mādauit d.Teſtator omni modo meliori,Et dictā inſtitutionē hæredū fecit idē Teſtator cum hoc ꝙ eius hæredes teneantur,& obligati ſint quolibet anno in perpetuū celebrari facere in Eccleſia S.Auguſt. vnū Anniuerſariū cū Diacono,& Subdiacono,& cum miſſis 10.planis,& vna cātādo pro aīa ipſius Teſtatoris. Mor-

Mortuo dicto Teſtatore & adita hæreditate per dd.ſpectabiles Alexandrum & Philippum eius hæredes deceſſit Alexander vnus ex eius hæredibus abſque filijs. Et ſic venit caſus primæ ſubſtitutionis reciprocæ ad fauorem dicti Philippi, in quem propterea omnia prædicta bona deuenerunt.

Deceſſit deinde Philippus relictis. Leonardo, Nicolao, Rapondo Gulielmo, & Margarita eius filijs legitimis & naturalibus.

Qui Leonardus, Nicolaus, & Rapondus mortui ſunt abſque filijs, ſuperſtite Gulielmo eorum fratre.

Et denique idem Gulielmus deceſſit pariter ſine filiis condito per eum teſtamento, in quo ſuum hæredem vniuerſalem inſtituit in omnibus ſuis bonis, & præſertim in bonis olim ſupradicti Nicolai Teſtatoris ſpect. Franciſcum Campuccium eius nepotem ex dicta Margarita ſua ſorore, & ipſius hæredem ab inteſtato, quatenus teſtamentum non feciſſet.

Modò his ſic in facto ſe habentibus iſta fuit controuerſia ſuper bonis prædictis inter dictum ſpect. Franciſcum Campuccium ex vna, & Illuſtriſſimum D. Equitem Cęſarem filium q. ſpect. Sebaſtiani Rapondi, ex altera.

Prætendebat enim d. ſpect. Franciſcus huiuſmodi bona tanquam libere pertinentia ad dictum ſpect. Gulielmum, & in eius hæreditate reperta ad ipſum, vti hæredem prædicti Gulielmi ad ſe ſpectare.

Et è conuerſo dictus Dominus Cæſar prætendebat dicta bona eſſe ſubiecta oneri fideicommiſſi à dicto ſpect. Nicolao ordinati, & per mortem dicti ſpect. Gulielmi ſine filiis fuiſſe factum locum dicto fideicommiſſo ad ſui fauorem, cum ipſe eſſet maior natus de familia Rapondia.

Et cum iſta cauſa fuiſſet diſcuſſa coram D. Auditore primarum inſtantiarum, tandem venit in eam ſententiam, quod factus eſſet locus fideicommiſſo ad fauorem dicti D. Equitis Cæſaris.

A qua ſententia, cum pro parte ſpect. Franciſci Campucci fuiſſet appellatum ad Rotam, & coram ea fuiſſet diligenter per ſpatium ferè ſex menſium examinata. Tandem fuit vnanimi voto concluſum ſententiam D. Iudicis à quo eſſe confirmandam. Quia cum ex ſerie totius dicti teſtamenti appareat de clara, & manifeſta voluntate Teſtatoris, quod dicta bona conſeruarentur ſemper de continuo, & in perpetuum in eius familia de Rapondis, non poteſt dubitari, quin per mortem ſpect. Gulielmi ſine filiis fuerit factus locus dicto fideicommiſſo, ad fauorem dicti D. Equitis Cęſaris de Rapondis, nam cum Teſtator in caſu quo Alexander, & Philippus eius filij decederent ſine filiis, voluerit eius bona deuenire ad proximum Agnatum maiorem natum de dicta familia de Rapondis, & dictus D. Eques
1 Cœſar ſit maior natus de dicta familia, vt pars aduerſa faſſa fuit in poſitionibus eſſe, ad ipſum ſpectat ſucceſſio. *Gabriel. conſ. 130. nu. 3. lib. 2. cum alijs per Peregrinum conſ. 29. nu. 24. lib. 1.* Non eſt enim
2 dubium, quin in fideicommiſſis, & vltimis voluntatibus præcipuè ſpectanda ſit voluntas Teſtatoris, *l. fideicommiſſ. §. item ſi quis, & l. quiſquis, ff. de leg. 3.*
3 *& l. penult. ff. de legat. 2.* Adeo vt ſit potius ſpectanda voluntas, quam verba, *l. Publius, §. vltimo in fine, ff. de cond. & demonſtrat. l. 3. C. de liberis præteritis. Pariſ. conſ. 72. num. 70. lib. 1. latè Craſſus de ſucceſſionibus in §. fideicommiſſum quæſt. 5. num. 4. & 5. & ſeqq. cum alijs per Manticam de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 1. num. 10. & lib. 8. tit. 1.*
4 Et prædicta ſunt adeo vera, vt nõ ſolum ſeruanda ſit voluntas expreſſa *ad tex. in l. verbis legis, ff. de verb. ſignific. & in §. diſponat auth. de nuptijs,* ſed etiam
5 tacita ex coniect. colligibilis *per l. cum proponeretur,*
6 *ff. de legat. 2.* nam taciti, & expreſſi par eſt virtus, *l. 3. ff. de legat. 1. & l. cum quid, ff. ſi certum petatur.* Et quidem meritò, quia in teſtamentis, & fidei-
7 commiſſis voluntas Teſtatoris eſt, quæ totum facit, *l. ex facto, ff. de hæredibus inſtituendis,* & ipſa eſt, quæ totum regit, ac dominatur, *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtrat. & l. cum quæſtio, C. de legatis,* Et
8 ideo efficit, vt quod in teſtamento ſcriptum eſt valeat *l. ſi mihi & tibi, § fin. ff. de legat. 1. Socin. iunior conſilio 90. numero 7. lib. 1. & conſil. 181. numero 16. lib. 2.*

Nec obſtat, quod cum dictus teſtator ſubſtituerit dictum Agnatum in caſu, quo Alexander & Phi-
9 lippus decederent ſine filijs, & Philippus deceſſerit cum filiis dictum fideicommiſſum expirauerit ad celebre *Oldradi conſ. 21.* Quia reſpondetur, quod
10 quando adſunt coniecturæ, quæ demonſtrant voluntatem Teſtatoris fuiſſe conſtituẽdi perpetuum, ſucceſſiuumque fideicommiſſum in familia, tunc conſilium Oldradi non procedit, & fideicommiſſum cenſetur inductum, tam in caſu, quo primi inſtituti ſine filijs decedãt, quam in caſu, quo eorum filij ſine filiis pereant ſicuti plenè tradunt *Paulus de Caſtro conſ. 343. lib. 1. Cephal. conſ. 114. & 529. num. 33. & ſeq. lib. 4. Gratus conſ. 5. num. 86. l. 2. latè Dec. conſ. 477. & 480. num. 7. Aymo conſ. 326. num. 15. & 878. per totum, Pariſ. conſ. 57. & conſ. 63. num. 28. & conſ. 75. num. 40. & conſ. 90. num. 31. lib. 2. Riminald. iun. conſ. 469. num. 20. Ioſeph. de Ruſtic. conſ. vnico, num. 16. & 39. Turrett. conſ. 82. num. 2. lib. 1. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 69 nu. 8. ver. receptum l. 4. Idem Menoch. conſ. 1195. num. 8. lib. 12. Pedroch. conſ. 39. nu. 12. Michael Craſſ. in § fideicommiſſum quæſt. 8. nu. 3. & 4. Odd. de compendioſa par. vlt. q. 1. in 2. parte. Simon de Pretis de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. ſolut. 3. nu. 10. Capic. deciſ. 108. Theſaur. deciſ. 96. nu. 34. vbi de communi cum alijs, quos latè congerit Peregrin. de fideicomm. art. 29. num. 30. & ſequitur Rota Romana, vt per Illuſtriſſimum Seraphinum deciſ. 1373. num. 1. & ſequenti.*
11 Et licèt ad effectum recedendi à dicto conſilio Oldradi coniecturæ debeãt eſſe efficaces, & vrgentes, vt dicunt *Bolognettus conſ. 15. num. 26. & 51. Alberic. conſ. 31. nu. 10. Menoch. conſ. 85. nu. 88. & conſil. 393. nu. 32. & 58. Bertazzol. conſ. ciuili 69. nu. 20. Beretta conſ. 63. num. 16. Riminald. iun. conſ. 464. num. 55. Theſaur. deciſ. 248. num. 13. Surd. conſ. 448. num. 13. in fine, & nu. 34. & 35. cum alijs per Rotam Romanam inter collectas à Farinacio deciſ. 491.* Tamen ſatis in caſu noſtro coniecturas efficaces, & vrgentes eſſe exiſti-
12 mauimus. Tùm quia ſunt deſomptæ ex verbis ipſius teſtamenti, quo caſu dicuntur efficaces, & vrgentes ad recedendum à dicto Conſilio Oldradi. *Decian. reſponſo 44. nu. 11. l. 3. Turretus conſ. 82. nu. 18.*

*Ruſt.c. in ſuo tract. an & quando liberi poſiti in conditio-
ne cenſeantur vocati lib. 2. cap. 1. num. 17. Menochius
de præſumpt. præſumpt. 67. num. 13. lib. 4. cum alijs per
Rotam Romanam inter collectas à Farinacio dicta deciſ.
491. num. 1. ver. nec refragatur.*

Tum quia coniecturæ adductæ pro D. Equite
13 ſunt approbatæ à Doctoribus de materia loquen-
tibus, nam hoc ſufficit ad effectum vt legitimæ &
concludentes dicantur *Turrett. d. conſ. 82 nu. 17. lib. 1.*

Tum etiam quia, vt coniecturæ ſint vehementes
14 ſufficit quod concludant ſecundum qualitatem, &
naturam probationis coniecturalis, & ſic ſufficit
quod ſit probabilis, & veroſimilis, vt in his termi-
nis probant *Dec. conſ. 477. num. 3. Menoch. conſ. 327.
num. 14. Simon de Pretis de interpretatione vlt. volunt.
lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. ſolut. 12. num. 1. Alex. conſ.
130. lib. 4. ver. his tamen non obſtantibus*, vbi dicit
15 quod materia fideicommiſſaria eſt taliter fundata
in voluntate defuncti, quod vbi ex quibuſcunque
verbis coniecturis, ſeu præſumptionibus poteſt appare-
re de voluntate defuncti, ſufficit ad inducendum
fideicommiſſum, quod conſilium *Alex. ſequitur Ro-
ta Romana deciſ. 640. num. 15. par. 1. diuerſorum, & ea-
dem Rota in Ianuen. fideicomm. de Palauicinis ſub die
24. Nouembris 1586. coram Illuſtriſſimo Cardinali Pam-
philio, Achilles Perſonalis de adipiſcenda poſſeſſione,
num. 203. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 1.
num. 13. verſic. ſed in propoſito*, vbi articulum diſpu-
tat ad partes, & tandem concludit coniecturas
probabiles, & veriſimiles ſufficere ad inducendum
fideicommiſſum.

Quod autem in caſu noſtro coniecturæ non mo-
do ſint veroſimiles, & probabiles ſed multũ vrgen-
16 tes, & efficaces paret quia. Prima coniectura de-
17 ſumitur ex eo, quod teſtator habuit reſpectum ad
conſeruationem ſuæ agnationis, tum quia ſemper
vocauit maſculos, *Pariſ. conſ. 77. num. 24. & 25.
lib. 4. & conſ. 1. num. 26. lib. 3. Decianus reſponſo 33.
num. 38. lib. 1. Menoch. conſ. 1195. num. 19. lib. 12.* Tum
18 etiam, quia teſtator prohibuit alienationẽ dicto-
rum bonorum, quia voluit ea ſemper perpetuò, &
continuè remanere in familia de Rapondis. *iuxta
notata per Manticam de coniecturis vltimarum volunta-
tum lib. 6. tit. 15. num. 13.*

19 Coniectura autem deſumpta ex eo, quia Teſta-
tor reſpexit ad conſeruationem ſuæ agnationis, &
prohibuit alienationem ea potiſſimum de cauſa,
vt in familia remaneant eſt efficaciſſima ad rece-
dendum à conſilio Oldradi, adeo vt tali caſu non
ſufficiat quod hæres inſtitutus, vel ſubſtitutus de-
cedat relictis liberis, atque ita quod ſemel ſit ſa-
tisfactum voluntati Teſtatoris, & conditioni per
eum appoſitæ, ſed perſeuerantiam requirit, &
propterea onus reſtitutionis primo iniunctum in-
telligatur repetitum in ſecundum, & tertium, &
vlteriores, prout in iſtis terminis limitando *conſil.
Oldradi optimè probat Menoch. conſ. 117. nu. 18. & conſ.
220. nu. 26. & de præſumpt. præſumpt. 69. num. 9. lib. 4.
& conſ. 1195. num. 10. & 11. lib. 12. Peregrinus conſ.
65. num. 17. lib. 2. vbi de magis communi in iudicando,
& conſil. 40. per totum lib. 1.* vbi conſiderat quod ef-
fectus conſideratus à Teſtatore, quod bona rema-
20 neant ſemper, & perpetuò in agnatione & fami-
lia, non ſequeretur, ſi filij, & deſcendentes primo-
rum hæredum, ad reſtituendum grauati non eſſent
eo modo quo erant grauati eorum patres, *& conſ.
47. à num. 5. vſque ad finem lib. 5.* vbi dicit quod
iſta opinio hodie eſt indubitata, & ſecundum eam
fuit pluries iudicatum à varijs Rotis, & Tribuna-
libus, *& conſ. 98. num. 8. & 9. lib. 4. & de fideicomm.
art. 29. num. 30. verſic. ſed contrà, licet ipſe ibi contra-
rium teneat, Riminaldus iunior conſil. 456. numero 32.
& 33. Surdus conſil. 344. num. 11. & conſ. 443. num.
47. lib. 3. & conſ. 67. num. 16. 36. 37. 38. & conſilio
96. num. 34. 35. & 36. lib. 1.* vbi de more plures
cumulat, & adducit multas rationes huius veræ, &
indubitatæ concluſionis, *Ruſticus in ſuo conſ. vnico
poſt ſuum tract. an, & quando liberi poſiti in conditione
cenſeantur vocati, numero 39. Pedroccus conſilio 22.
num. 3.* vbi pariter de magis communi teſtatur *De-
cianus reſponſo 31. num. 172. lib. 1. Marcabrunus conſ.
61. num. 3. 5. Achilles Perſonalis de adipiſcenda, num.
22. vbi confutat Alexandrum conſ. 59. lib. 3. Paulus
de Caſtro conſil. 343. lib. 1. Pariſ. conſ. 30. numero 86.
lib. 1. plenè Facchineus conſ. 45. num. 33. & 34. lib. 1.
Marzarinus conſ. 6. num. 11. & conſ. 7. num. 9. & 10.* vbi
plures cumulat, & de communi, ac apud omnes re-
cepta opinione teſtatur, & pro iſta opinione fuit
pluries à varijs Rotis, & diuerſis Tribunalibus iu-
dicatum, vt in Audientia Regni Luſitaniæ, *vt te-
ſtatur Gamma deciſ. 224 à num. 9. vſque ad finem, Pa-
duæ, & Venetijs, vt teſtatur Peregrinus in locis ſupra ci-
tatis*, & in Curia Parlamenti Delphinatus, *vt per
Guidum Papam deciſ. 531. & per Senatum Sabaudiæ,
vt per Theſaurum deciſ. 96. numero 29. 30. & 34. &
deciſ. 269. num. 29. & 30. & in Prouincia Marchiæ, vt
per Maceraten. in ſuis variis reſolutionibus reſolut. 59.
caſu 5. lib. 2.* Et ita denique comperimus fuiſſe plu-
ries deciſum in Rota Romana, vt vidimus in vna
Romana de Fulchis 2. Aprilis 1601. coram Illu-
ſtriſſimo Pamphilio, quæ eſt impreſſa inter il-
las *Illuſtriſſimi Cardin. Seraphini in deciſ. 1363. per
totam.*

Quam coniecturam eò magis amplexi fuimus,
21 quia noſter Teſtator non ſolum ſemel, ſed bis, &
ter prohibuit alienationem prædictorum ſuorum
bonorum, vt iſta bona ſemper perpetuò, & con-
tinuò remanerent in ſua agnatione, & familia de
Rapondis, nam ſi voluit Teſtator iſta bona ſem-
per, & perpetuò in ſua familia, & agnatione re-
22 manere, voluit etiam illud fideicommiſſum eſſe
abſolutum, & generale, tam in caſu mortis Ale-
xandri, & Philippi ſine filijs, quam in caſu mortis
23 eorum filiorum ſine filijs, Qui enim vult conſe-
quens vult etiam omne neceſſarium antecedens,
*Aretin. & alij in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de ver-
borum obligation. & in terminis fideicommiſſi ita ar-
guunt Socin. ſen. conſilio 227. numero tertio, verſic. ſe-
cundo; Decius conſil. 23. num. 4. Rolandus conſilio 23.
numero 18. lib. 4. Petra de fideicommiſſis quæſtione 5.
numero 12. 16. & 17. Decianus reſponſo 50. nume-
ro 18. lib. 1. Gabriel de fideicommiſſ. concluſione 9.
num. 12. Peregr. de fideicomm. art. 14. ſub num. 14. ver.
ſecundo quia, & nu. 45.* & punctualiter in caſu & ter-
minis noſtris hanc coniecturam optimè probant
*Menoch. conſ. 117. num. 16. ver. quanto moueor, & conſ.
220. num. 24. lib. 3. & conſ. 1023. num. 8. lib. 11. Pariſ.
conſ. 1. num. 30. & 31. lib. 3. & conſ. 92. num. 38. lib. 2.*

Gami-

Digitized by Google

24 Geminatio enim prohibitionis, & verborum,
quæ demonſtrant perpetuam & ſucceſſiuam per-
manentiam bonorum in familia, & agnatione de
Rapondis eò magis oſtendit, quod enixa & certa
fuerit voluntas teſtatoris inducendi perpetuum &
ſucceſſiuum fideicomm. ad tex. in l. baliſta ff. ad S.C.
Trebell. Alex. conſ. 10 t. lib. 1. late Pinellus in l. 2. C. de
reſcindere vend. par. 3. cap. 1, num. 36. Beccius copioſe
conſ. 20. num. 24 Decius conſ. 66. num. 3. Cornazzanus
deciſ. 122. num. 27. cum alijs per Menocchium conſ. 40.
num. 4. & conſ. 328. num. 16. & conſ. 1036. num. 9. vbi
25 dicit, geminationem habere vim ſpecificæ expreſ-
ſionis, & excludere omnem dubitationem, & quod
geminatio comprehendat etiam diſſimilia, & ma-
26 iora expreſſis, tradit idem Menocch. conſ 285. num.
17. & conſ. 289. num. 25. & conſ. 335. num. 24. Et in
ſpecie noſtra, quod Geminatio induceat pinguius
27 fideicommiſſum probant Alex. conſ. 216. num. 25.
lib. 2. Dec. conſ. 27. num. 4. verſ. ex verbis, cum alijs per
Pariſ. conſ. 26. num. 14. par. 2.

Et prædicta eò magis procedere in præſenti ca-
ſu viſum fuit dum fuit, ponderatum illud verbum
28 remanere, de cuius natura eſt inducere perpetuum
fideicommiſſum, cum ſignificat actum ſucceſ-
ſiuum, & permanentem Tiberius Decianus conſ 33.
num. 98. cum ſeq. lib. 1. ſi quidem non poſſent bona
ſemper remanere in familia teſtatoris, niſi ſimpli-
citer ad omnes eiuſdem familiæ dicta bona refe-
rantur Pariſ. conſ. 90. num. 33. verſ. præterea lib. 2. Dec.
conſ. 481. num. 3. verſ. & ex prædictis, & nu. 4. cum alijs
per Rotam Romanam deciſ. 568. nu. 5. verſ. cum enim non
poſſunt, par. 1. diuerſorum.

Nec obſtat quod prædicta procederent quando
non fuiſſent poſiti in conditione filij, ſed deſcen-
dentes, iuxta diſtinctionem Menochij de præſumpt.
29 præſumpt. 69. nu. 11. lib. 4. verſ. exiſtimo conſideran-
dum, quia enim non poſſit plus eſſe locus fideicom-
miſſo in caſu, quo deſcendentes ſint poſiti in con-
ditione, quam in caſu, quo ſint filij in conditione
poſiti, cum vtrunque referatur ad tempus mortis,
30 vt declarat Alex. conſ. 13. num. 7. lib. 4. & conſ. 54. nu.
12. eodem lib. parum fundamentum videtur poſſe
31 fieri in dicta diſtinctione Menocchij maximè cum
nec ſimplex deſcendentiũ vocatio facta per normẽ
collectiuum ſufficiat ad inducendum fideicom-
miſſum, niſi concurrant etiam alia verba tractum
temporis ſucceſſiuum importantia Cuman. in l. cum
ita §. in fideicommiſſo, num. 4. ff. de leg. 2. & ibi Alex.
num. 13. Menoch. conſ. 85. num. 67. & conſ. 274. num.
30. Surd. conſ. 554. num. 25. lib 4. Peregr. conſ. 70. num.
26. lib. 3. cum alijs per Molinam de primog. hiſpan. lib. 1.
cap 5. num. 27. verſ his non obſtantibus.

32 Nec obſtare putauimus quod dicebatur conſi-
lium Oldradi procedere, non obſtante quod à te-
ſtatore eſſet habita ratio conſeruandæ agnationis,
ex quo huiuſmodi ratio debet reſtringi ad caſum
à teſtatore expreſſum, nempè euenientis, vel pu-
rificatæ conditionis hæredis decedentis ſine fi-
lijs, ad Alex. conſ. 59. lib. 3. & conſil. 139. lib. 6.
Bolognetum conſ. 15. Iaſon conſ. 66. lib. 3. Dec. conſ. 626.
col. vlt. Menoch. conſ. 85. num. 46. & 82. conſ. 152. nu.
50. & conſ. 764. per totum & conſil. 972. num. 9. Ber-
tazzol. conſ. crim. 69. num. 7. pleniſſime Odd. conſil. 67.
num. 30. & 31. Caphal. conſ. 17. per totum Surdus conſ.
448. num. 21. cum alijs per Peregr. de fideicommiſſis art.
29. num. 27. 29. & 39. & ſequitur Rota Romana
penes Farinacium dec. 431. Quia reſpondetur plu-
33 ribus modis. Primò quod obiectum forſam pro-
cederet vbi ratio conſeruandæ agnationis dedu-
ceretur ex vocatione maſculorum, ſeu ex alijs ſimi-
libus verbis, aut clauſulis teſtamenti, non autem
quando deſumitur ex ratione poſita poſt prohibi-
tionem de non alienando, prout eſt in caſu noſtro,
quia cum hoc caſu ratio ſit generalior dicto, nec-
ceſſarium eſt, quod ratio dictum ampliet, & fidei-
commiſſum ad limites rationis extendat, & com-
prehendat omnes eos caſus, quos comprehendit
ratio ipſa Bart. in l. regula §. ſi quis ff. de iuris & facti
ignorantia, & in l. cum pater §. dulciſſimis num. 1. ff. de
leg. 2. & optimè declarat idem Bart. in l. pater filium,
§. fundum ff. de leg. 3. & in terminis fideicomm. tradit
Pariſ. conſ. 92. num. 49. & ſeq. par. 2. vbi dicit hanc
eſſe communem, & ſolidam concluſionem. & in
conſ. 53. num. 21. par. 3. Curtius Iun. conſ. 114. num. 51.
in fine, Mantica de coniecturis vlt. volunt. libro 7. tit. 14.
num. 21. vbi dicit, Pariſium hoc firmare in pluribus
conſilijs de quibus ibi. & pluribus rationibus fir-
mat Soccin. conſ. 43. numero primo, verſic. 3. Curtius
iun. conſ. 121. num. 14. Ruinaldus iunior conſ. 21. num.
59. cum. ſeq. lib. 1. Iaſon in l. Titius, §. Lucius num. 7. ff.
de liberis & poſthumis & conſ. 148. col. 3. verſ. 4. facit
lib. 1. & conſ. 154. col. 4. verſ. confirmatur optimè lib. 4.
Marzar. conſ. 4. num. 13. 22. & 34. Dec. con. 315. num.
6. Peregrin. conſ. 549. num. 5. Botta conſ. 8. num. 18 &
planè in terminis noſtris fuit reſolutũ per Rotam
Romanam in Peruſina bonorum de Herculanis
22. Aprilis & 30. Maij 1580. coram R.P D. Brauo,
& io Peruſina de Bigazzinis 14. Nouẽbris 1605,
coram R.P.D. Litta,

Secundò reſpondetur quod cum cauſa finalis,
quæ mouit Teſtatorem ad faciendum prædictum
fideicommiſſum fuerit perpetua conſeruatio ſuo-
rum bonorum in ſua familia vt demonſtrant ver-
34 ba apposita in prohibitionibus de non alienan-
do, Quia voluit, pro certò iſta ratio non poteſt re-
ſtringi ad limites dicti fideicommiſſi præcedentis,
quia quælibet diſpoſitio regulatur ex ſua cauſa fi-
nali, & reſtringitur ad limites eius cauſæ, propter
quam fuit facta diſpoſitio, vt probat Surdus conſil.
150. num. 58. vbi alios allegat.

Tertiò reſpondetur quod in hac materia duo
caſus ſunt diſtinguendi, Nam aut Ratio conſer-
uandæ agnationis conſideratur, & exprimitur à
Teſtatore in certo caſu particulari tantum, ita vt
appareat illum nõ reſpexiſſe ad vniuerſam agna-
35 tionem omni tempore conſeruandam, ſed limita-
tè ad certum caſum & tunc ratio debet reſtringi
ad caſum à Teſtatore expreſſum, vt fuit ſupradi-
ctum, num. 32.

Aut verò è contra conſtat, Teſtatorem ſemper,
& omni tempore voluiſſe agnationem ſuam non
reſpectu vnius lineæ, ſed in vniuerſum conſeruari,
prout apparet feciſſe Teſtatorem in caſu noſtro,
36 dum plories & pluries totam ſuam familiã de Ra-
pondis fuit amplexus & hoc caſu omnes Doctores
fatentur ex hac generali ratione cõſeruandi agna-
tionem, reſultare neceſſariam voluntatis Teſtato-
tis coniecturam pro inducendo fideicommiſſo ad
fa-

Digitized by Google

ſiue etiam in ipſius agnationis. Et quod non poſſit
hoc caſu reſtringi ad terminos caſus præcedentis,
cum ratio ſit generalis,& diuerſitatis ratio adduci
non poſſit,vltra DD. ſupra citatos,fuit deciſum in
Nucerina fideicommiſſi 14. Aprilis 1595. coram
Illuſtriſſimo Mantica.

Quibus ſic firmatis non fuit viſum obſtare *Alex.*
conſ.59 nu.21.l.3.dum reſtringit conſeruationem agna-
tionis ad caſum expreſſum in ſubſtitutione,quia
mouetur duabus rationibus, quæ omnes applica-
tæ ad caſum noſtrum cõcludunt oppoſitum ipſius.

Prima enim ratio Alexandri fuit,quia teſtator
in eius caſu non curauit inducere fideicommiſſum
ſi quidem decedentibus inſtitutis,cum liberis cõ-
37 miſerat ſuam facultatem prouidentiæ eorumdem
liberorum. Quod non eſt in caſu noſtro cum no-
ſter Teſtator decedentibus Alexandro,& Philip-
po cum liberis prohibuerit illis omnem alienatio-
nem,addita ratione,quia voluit bona ſemper de
continuò & in perpetuum remanere in familia,&
conſequẽter attenta hac ratione ceſſet prædictum
Alexandri conſilium.

Secundo ceſſat d. conſilium Alexandri quia Te-
ſtator in illo teſtamento in caſu alienationis voca-
38 uerat D. Conſtantiam eius vxorem,quæ non erat
de agnatione, quod eſt quid multum diuerſum a
caſu noſtro cum noſter teſtator, alienatione ſe-
quuta vocauerit proximiores de familia de Ra-
pondis, cum onere repetito perpetui fideicom-
39 miſ. ergo de vno ad aliud non valet inferri ad
vulgatam l.Papinianus ff. de minoribus.

Accedat prædictis quod Alex. etiam in ijs ter-
minis,in quibus ipſe loquitur, eſt expreſſe repro-
40 batus à pluribus Doctoribus videlicet a *Crauetta*
conſ. 393.num.9.vbi dicit quod Alex.minus rectè ſenſit
& conſ 338 num.12.& latius inter conſ. Marzarij conſ.
5. num.52.verſ.5.reſpondeo & num.47.vbi dicit Alex-
plures contradicere. Item reprobatur a *Marza-*
rij conſ.4.num.25. verſ. nec obſtant, vbi viuis, cer-
tiſque rationibus dictum conſilium Alexandri re-
probat. Item reprobatur ab Achille Perſonali
de adipiſcenda *num.223.* vbi reſpondet omnibus
fundamentis Alexandri,& declarat,quibus in ter-
minis Alexãder loquatur,& procedat, item repro-
batur *a Marcabruno conſ.61.num.325. nec non à Me-*
nochio conſ.117.n.18.& 34.& con.220.n.26.& 47.

Nec ſimiliter prædictæ primæ noſtræ Coniectu-
ræ putauimus obſtare *Alex.conſ.139.lib.6.* quia in
41 caſu illius conſilij aderat ſolum prima ſubſtitutio
reſtricta ad caſum expreſſum decedẽtiæ ſine filijs,
nec vlla alia verba prolata fuerunt à Teſtatore,ex
quibus poſſet ſumi cõiectura vlterioris fideicomm.
& propterea principale fundamentum Alexan. in
eo conſiſtit, quod verba nec ex propria, nec ex la-
ta ſignificatione poterant aliud fideicommiſſum
importare. Vnde cum in caſu noſtro, vltra primam
ſubſtitutionẽ conceptam in caſu decedentiæ ſine
filijs, adſit etiã ratio adiecta cõſeruationis bono-
rum in familia de Rapondis per verba valde præ-
gnãtia,& geminata,ac per modum diſpoſitiuum,
ex quibus verbis ne dum coniectura, ſed euidens
demonſtratio colligitur. Quod teſtator voluerit
inducere perpetuum,& abſolutum fideicommiſ-
ſum ad fauorem eiuſdem familiæ de Rapõdis,cer-
tè iſtud conſilium Alexandri non applicatur.

Secundò reſpondetur, quod quatenus Alexan-
der ibi ſuſtinere conatur neceſſaria eſſe verba
ſubſtitutionis expreſſæ, quæ ſaltem ex lata ſignifi-
catione caſum exprimant,hoc eſt contra receptam
42 iuris concluſionem quæ ſe habet quod etiam citrà
caſum expreſſæ ſubſtitutionis fideicomm. induci-
tur,tam ex ratione adiecta conſeruandæ agnatio-
nis,quam ex verbis denotantibus perpetuitatem,
quam etiam ex ponderatione qualitatis bonorum,
& denique ex quibuſcunque verbis teſtamenti, ex
quibus poſſit deſumi coniectura mentis teſtatoris,
prout pleniſſimè fuit *ſupra num.15.* demonſtratum,
& in indiuiduo caſus noſtri fuit firmatum per Ro-
tam Romanam in Peruſina fideicomm. de Bigaz-
zinis 14. Nouembris 1605. in fine d. deciſ. coram
R. P. D. Litta & admittitur etiam à *Beretta ex ad-*
uerſo alleg. in conſ.62. num.14.15 & 16.

Et hac reſponſione tollitur etiam obiectum
fundatum in deciſ.491. Rotæ Romanæ inter col-
43 lectas à Farinacio, tum quia teſtator ibi non con-
ſiderauerat generaliter, & abſolutè conſeruatio-
nem ſuæ agnationis, ex quo ex verbis teſtamenti
de quibus in d. deciſione colligebatur quod ſecun-
dum mentem & intentionem teſtatoris bona non
debebant in agnatione ſemper,& omni caſu con-
ſeruari,ſed aliquo caſu excluſis agnatis, ad extra-
neos bona, de quib. ibi, tranſire debebant, vt le-
gitur in d. deciſ. in verſ.eoque magis, vndè nil mi-
rum ſi eo caſu,quo teſtator non conſiderauit con-
ſeruationem ſuæ agnationis generaliter,& abſolu-
tè, eadem ratio conſeruationis agnationis ad ca-
ſus expreſſos reſtringatur,quia id eſt conforme di-
ſpoſitioni teſtatoris, qui in ſua diſpoſitione con-
ſeruationem agnationis non generaliter,& indi-
ſtinctè conſiderauit,ſed ad certos caſus reſtrinxit,
qui non eſt caſus noſter, vt ſupra oſtendimus.

Additur prædictis quod ſi Rota Romana *in d.*
deciſ.491. reſoluit cum conſilio Oldradi, hoc acci-
44 dit quia prohibitioni de non alienando non erat
adiecta ea ratio,quod bona in familia remanere
deberent,prout etiam non erant adiecta illa ver-
ba ſemper continuo,& in perpetuum, prout clarè
legitur *in d. deciſ.num.5. verſ. parum.* Vnde ſi à di-
45 cto Doctoris arguere liceret,certè tãtum abeſt,quod
iſta deciſio faciat contra D. equitem, quod imò il-
lius intentionem optimè fundat,nam ſicut ibi Ro-
46 ta contra fideicommiſ. reſoluit, quia prohibitio de
non alienando,de qua ibi,non erat concepta cum
illa ratione,quod bona in familia remanere debe-
rent, nec cum illis dictionibus ſemper & perpetuo,
ita è contra ſi ibi fuiſſet adiecta ratio prædicta,&
fuiſſent appoſitæ illæ dictiones, ſemper, perpetuò,
& continuò,quæ leguntur ſæpius repetitæ in caſu
noſtro,certè contrarium determinaſſet, prout vir-
47 tualiter *in d.deciſ.determinauit*, vt poſtea declaran-
do eadem deciſ.491. impreſſam inter collectas à
Farinacio dixit eadem Rota Romana in illa Pe-
ruſina de Bigazzinis in fine in verſ. Motiua ſub die
14. Nouembris 1605. coram R. P. D. Litta.

Nec obſtare putauimus quod exaduerſo dice-
batur,iſtam primã prohibitionem tãquam conſe-
quutiuam ad præcedentem fideicommiſſum, non
poſse ampliare fideicommiſſum, ſed illam debere

re-

ſubſtitutiones factæ Alexandro, & Philippo ſiue
filijs decedentibus *iux.conſil.Decij 636. per totum*,
quia vltra quod hoc procederet, quando prohi-
bitio de non alienando eſſet nuda, & non quando
eſſet veſtita, prout in caſu noſtro cum habeat om-
nia illa veſtimenta, quæ infra conſiderabuntur pro
veſtimento ſecundæ prohibitionis numero...quo
caſu *conſil.Decij* non procedit nec locum habet, vt
declarat *Borgnin. deciſione 18.num.73. parte 3.* Ad-
49 huc dicimus, quod in hac materia tres caſus di-
ſtingui debent. Nam aut prohibitio de non alie-
nando eſt poſita in parte diuerſa, & ſeparata,
prout eſt noſtra ſecunda prohibitio de non alie-
nando, & tunc fideicommiſſum ampliat, & conſi-
50 lium Decij non intrat. Aut prohibitio eſt incon-
tinenti appoſita, & in prohibitione, ſeu ratione
adiecta prohibitioni non adſunt verba, quæ ſua-
deant Teſtatorem fideicommiſſum ampliare vo-
luiſſe vltrà caſum expreſſum, & tunc intrat *conſil.
Decij*, & prohibitio reſtringitur ad caſum fidei-
commiſſi ſupra expreſſi.

Aut verò ſumus in caſu, in quo prohibitio eſt in-
continenti appoſita poſt ſubſtitutionem, & fidei-
commiſſum ex ſubſtitutione proueniens, ſed in
prohibitione de non alienando ſeu in cauſa prohi-
bitionis, adiecta ſunt verba, quæ demonſtrant Te-
ſtatorem facere voluiſſe vnum abſolutum, & vni-
51 uerſale fideicommiſſum, prout in caſu præſenti, in
quo in ratione de non alienando adſunt ea verba,
quia voluit continuo ſemper, & in perpetuum re-
manere in familia de Rapondis, quæ demonſtrant
Teſtatorem omni caſu, & generaliter voluiſſe con-
ſtituere vnum abſolutum, & generale fideicom-
miſſum, & tūc *conſ.Decij* non intrat, & ex dicta pro-
hibitione de non alienando etiam incontinenti
poſita poſt ſubſtitutionem præcedentem induci-
tur abſolutum, & perpetuum fideicommiſſum ad
fauorem illorum de familia, & agnatione Teſtato-
ris, *vt probant Rolandus conſil.23.num.16.lib.4. Pa-
riſ. conſil.92.num.41. lib.2. Craſſus in §.fideicommiſ-
ſum quæſt.5. num.8. Gabriel de fideicomm. concluſ.9.
num.12. Cæphal conſ.74.num.29.& 30. Alba conſil.
54.num.2. Decianus reſponſo 50.num.18.& 19.lib.1.
Menoch. conſ.220.num.24.lib.3. & conſ.1023.num.8.
lib.11. & ante conſ.117.num.17.lib.2. Pariſ.conſil.1.
nu.30.31.32.& 33. lib.3. plenè Peregrin.conſ.38.num.
22. lib.1. Surdus conſil.67.num.36.& 37. lib.1. Ber-
tazzolus conſil.ciuili 6.num.15.& 16. Petra de fidei-
commiſſis quæſt.5. num.12.16.& 17. Turettus conſil.
77.num.16. verſic.ſecundo reſpondetur lib.1. & ſequi-
tur Rota Romana deciſ.121.num.4. par.1.diuerſorum.*

Et hoc eſt, quod voluit Rota Romana in illa
Frmana de Fulchis 2. Aprilis 1611. & 10. Decembr.
eiuſdem anni coram Illuſtriſſimo Cardinali Pam-
philio, nam Rota non voluit ibi inducere abſolutū
fideicommiſſum ex prohibitione conſequutiua fi-
deicommiſſi, prout dicebatur in caſu Decij, ſed be-
nè ex illa ratione adiecta illi prohibitioni, videlicet
quia voluit agnationem conſeruare, & bona per-
petuò remanere ad memoriam Teſtatoris, & ſub-
ſtentationem familiæ de Fulchis voluit inducere
quamdam coniecturam volūtatis Teſtatoris, quod
fideicommiſſum intelligeretur inductum etiam in
illo caſu, in quo filij primi inſtituti decederent ſine
filijs, vt legitur in fine dictæ primæ deciſ. & clariu
in ſecunda facta in eadem Firmana ſub die 10. De
cembris 1601. vbi fuit canonizata illa prima, dum
in ea expreſsè dicitur, quod Fulchi non deducebāt
fideicommiſſum ex ipſa prohibitione, ſed ſolum
vtebantur ratione ibi conſiderata per Teſtatorem
ad oſtendendum, quod eius voluntas fuerit per-
petuò conſeruandi agnationem, & bona in memo-
riam ipſius Teſtatoris, & ſubſtentationem familiæ
de Fulchis, nam hoc dicit ſufficere pro declaratio-
ne præcedentis ſubſtitutionis ad effectum, vt præ-
cedens ſubſtitutio non cenſeatur reſtricta ad ca-
ſum obitus filiorum ſine filiis, iuxta terminos con-
ſilij Oldradi. ſed habeat locum etiam in caſu obi-
tus cum filijs, qui poſtea ſine filiis decedunt, prout
ex coniectura ta mente Teſtatoris pluries dicta Ro-
ta teſtatur fuiſſe receſſum *à dicto conſil.Oldradi*, &
ſubdit quod ſatis colligitur ex dicta clauſula, quia
voluit quod Mens Teſtatoris fuerit inducendi per-
petuum, & abſolutum fideicommiſſum cum aliter
Agnatio illa de Fulchis conſeruari, & ſubſtentari
non poſſet, niſi mediante perpetuò, & ſucceſſiuo fi-
deicommiſſo, ſi quidem parum duraret memoria
ipſius Teſtatoris, & ſubſtentatio illius familiæ, ſi
ſubſtitutio non excederet filios primi inſtituti,
nam vt ſupra oſtenſum fuit omnes Doctores con-
cludunt ex tali clauſula, quia voluit bona perma-
nere in agnatione Teſtatoris, adiecta prohibitio-
ni de non alienando, etiam incontinenti factæ poſt
ſubſtitutionem præcedentem, cenſeri inductum
ſucceſſiuum fideicommiſſum.

Nec aliquid facere duximus, quod ex aduerſo
52 dicebatur primam prohibitionem fuiſſe factam
Agnato maiori natu de familia de Rapondis ſub-
ſtituto, & propterea non poſse extendi ad perſonas
primorum inſtitutorum, & ad caſum contrarium,
videlicet ad Mortem Alexandri, & Philippi cum fi-
lijs, vt dicit *Botta conſ.50.num.35.* Quia responde-
tur, Primò, quod quando etiam dicta prohibitio
reſtricta eſset ad perſonas agnatorum, prout ex ad-
uerſo prætenditur, quod tamen expreſsè negatur,
cum aliud oſtendant illa verba cum onere, quod
non valeant, neque poſſint appoſita in teſtamen-
to, quæ cum ſint numeri pluralis, non ſolum com-
53 prehendunt agnatum ſubſtitutum, ſed etiam in-
54 ſtitutos, cum in dubio non ſit recedendum à pro-
prietate ſermonis. *l.non aliter, ff.de legat.3.* Nihi-
55 lominus, quia ex ratione, quia voluit bona rema-
nere in familia, adiecta huic prohibitioni prohibi-
tio fuit effecta realis, vt probant *Pariſ.conſ.92.num.
43. lib.2. Becc. conſ.24.num 25. Craſſus in §.fideicom-
miſſum quæſt.5. num.12. Cæſar Barzius deciſ.1.nu.18.*
56 adhuc extenderetur etiam ad perſonas filiorum
Alexandri, & Philippi, & ſic ad iſtum caſum, Quia
57 quādo prohibitio de non alienādo eſt realis impo-
nit onus ipſi rei prohibitæ alienari, ita vt in quem-
cumque tranſeat, trāſeat cum illo onere fideicom-
miſſi, & cenſeantur grauati ad reſtituendum, ne-
dum primi hæredes inſtituti, ſed eorum filij & de-
ſcendentes, omneſque illi qui rem poſſident, prout
benè explicant *Alba conſ.93. num.1. & 2. Pariſius
conſil.72. num.8. lib.4. & conſil.1. num.42.43. &
44. lib.3. & conſilio 122.num.26. eodem libro. Cor-
nazzanus deciſ.Lucana 22.num.26. Caualcan.deciſ.18.
num.*

num.62.lib.3. Burſatus conſilio 157. num.27. & ſequenti. Surdus conſilio 67. num.18. & conſil.96. numero 39. lib.1. Peregrinus conſilio 38. numero 15. libro 1. Beccius conſilio 24. numero 25. & conſilio 26. num.5. in fine. Achilles Perſonalis de adipiſcen. numero 219.

Secundò reſpondetur, quod in hac materia non debet rantum conſiderari ipſa prohibitio alienationis, prout prętenditur directa ad agnatos, quantum eſt ponderanda dicta ratio adiuncta per Teſtatorem, qua mediante claris, & perſpicuis verbis oſtendit ſuam enixam voluntatem, & intentionem fuiſſe quod bona ſemper continuo & in per-
58 petuum conſeruentur, & remaneant in familia de Rapondis, quæ verba de per ſe in omni caſu conſtituunt vnum perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum, & efficiunt etiam, quod prohibitio ad certas perſonas, & ad certum caſum reſtricta, extendatur ad alias perſonas, & ad alios caſus, in quibus eadem ratio conſiderari poteſt, *l. Publia, § Titia, ff. de condit. & demonſtrat. Pariſius conſil. 38. & conſil. 53. num. 21. lib. 3. Caphalus conſil. 259. num. 70. Rolandus conſil. 6. numero 21. lib. 4. Decianus reſponſo 33. num. 96. in fine, & ſeq. lib. 1. & conſ. 102. num. 3. lib. 2. & latius conſil. 34. num. 65. & 105. lib. 3. Surdus conſil. 67. num. 23. 24. & ſequenti lib. 1. Mantica de coniectur. lib. 3. tit. 19. num. 9. & lib. 6. tit. 14. num. 23. plenè Peregrinus conſilio 149. num. 14. lib. 5.* vbi de veriori, & magis communi opinione teſtatur *Achilles Perſonalis de adipiſcenda, num. 212. cum alijs per Surdum conſilio 443. à num. 30. vſque ad 36. lib. 3. & per Petram de fideicommiſſ. quæſt. 5. nume-*
59 *ro 81.* vbi dicit ex identitate rationis extenſionem permitti de caſu ad caſum, de re ad rem, & de perſona ad perſonam, quia dicitur compreheuſio, & non extenſio.

Et iſta cōcluſio eſt adeo vera, vt procedat etiam
60 ſi verba repugnent, *Decius conſ. 227. num. 9. ver. tertio principaliter cum ſeqq. Curt. iun. conſ. 83. num. 5. & 6.*
61 *Surd. conſ. 443. à num. 30. vſque ad 36. lib. 3.* & etiam ſi prohibitio ſit concepta cum pronomine ipſius, & ſic perſonaliſſima exiſtat, *Iaſ. in d. l. filiusfamilias, §. Diui, num. 152. & 153. & ſeq. in 2. lect. ff. de legat. 1. Siluan. conſ. 65. num. 22. Roland. conſil. 55. in fine, ver. non obſtat d. dictum Baldi lib. 3. Beccius conſil. 38. nu. 39. Surdus dicto conſ. 96. num. 19. 20. & 21.* & ſequitur Rota Romana in illa Peruſina de Bigazzinis 14. Nouembris 1605. coram R. P. D. Lirta ſæpius allegata *in ver. ſecundo non obſtat.* Et conſequenter non poteſt dici prout exaduerſo dicebatur, quod pro-
62 hibitio præſupponat eueniſſe caſum à Teſtatore expreſſum, nam Teſtator ipſe expreſſit etiam caſum noſtrum ſi non in dicto ſaltem in ratione, quod ſufficit, vt probauimus.

Nec prædictis obſtat *conſ. Botta 50. num. 35.* quia
63 reſpondetur, quod ipſe in illa ſua conſideratione manifeſtè decipitur, & incidit in æquiuocum, non enim eſt verum aliquo modo, quod caſus, de quo nos agimus ſit contrarius caſui expreſſo, quia licèt
64 verum ſit eſſe inter ſe contraria, decedere ſine filijs, & decedere cum filijs.

Nihilominus hæc contrarietas eatenus durat
65 quatenus filij ſuperuiuunt, quod ſi poſtea filij illi decedant ſine filijs, tunc iſte caſus dicitur ſimilis caſui præcedēti, & habet eandem rationem, quod non conſiderauit *Botta in conſ. prædicto.* Et quod iſte caſus dicatur ſimilis, & non contrarius ponit *Menochius poſt infinitos quos congerit in conſ. 432. num. 32. vſque ad finem conſilij lib. 5.* vbi ex eo ſuſtinet verba tunc, & eo caſu nō reſtringere diſpoſitionem, quia dicit, quod non excludunt caſus ſimiles, & habentes eandem rationem, intelligendo de caſu, quem Botta appellat contrarium. Et hæc dicta ſint quoad primam coniecturam.

Secunda verò perſonalis coniectura deducitur ex qualitate ipſorum bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, nam vt legitur in Teſtamento Teſtator
66 ſuppoſuit fideicommiſſo Domum ſuam magnam cum Turri, & alia bona, quæ fuerūt ſuorum aſcendentium per lineam paternam, quo caſu ſicut Teſtator præſumitur motus ad faciendum fideicommiſſum ob qualitatem bonorum, & affectionem, quam ad dd. bona habebat, & eadem affectio, & qualitas bonorum reperitur tam in caſu mortis Alexādri, & Philippi, ſine filijs, quam caſu quo eorum filii ſine filiis perirent, cum vtroque caſu, ſi Agnatus non intelligeretur vocatus, bona ad extraneos tranſirent, ita etiam ex hac bonorum qualitate deſumitur vrgens, & potiſſima coniectura, quod Teſtator voluerit hoc etiam caſu Agnatum proximiorem primogenitum ſuccedere in illis bonis, vt probat *Gloſ. in l. quoties, la prima in Gloſ. magna, C. de fideicomm. vbi Bald. num. 8. Iaſon ſub nu. 1. ver. primo quando,* qui exemplificat in Turri, quæ fuit aſcendentium, *Gloſ. in l. codicillis, §. inſtituto in ver. filijs ſuis, & ibi Imola, ff. de legat. 2. Bart. in l. filiusfam. §. Diui, num. 3 ff de legat. 1. & ibi Ripa, num. 4.* qui pariter exemplificat in Turri. *Menochius conſ. 117. num. 19. & conſ. 1023. num. 10. & de præſumpt. præſumpt. 69. num. 18. lib. 4. Decian. reſponſo 31. nu. 100. & 101. lib. 1. Paul. de Caſtro conſ. 344. num. 2. Crauetta conſil. 878. co. um. penult. ver. ſatis in his. Decius qui loquitur in domo paterna conſ. 23. num. 5. ver. & concluſio, & conſ. 138. num. 2. ver. quinto etiam. Gabriel de fideicom. concluſ. 7. num. 6. Capic. deciſ. 108. nu. 4 & 5. Roland. conſ. 23. num. 24 & 25. lib. 4. vbi loquitur in Domo anteceſſorum cum alijs per Anchar. quæſt. 72. nu. 30. lib. 1.*

Nec obſtat quod Doctores, qui hanc coniectu-
67 ram probant loquantur in Palatiis turribus Caſtris, & ædificiis inſignibus, quæ præſeferunt nobilitatem familiæ, qualia non ſunt bona, de quibus agitur *Odd. conſ 66. num. 115. ver. neque* quia vltra quod DD. allegati loquuntur in ſpecie de Domo, ſeu Turri antiquis, Adhuc dicimus ſatis bona, de quibus agitur habere qualitatem ſufficientem ad effectum, de quo agitur attento quod ſecundum conditionem Teſtatoris ſatis poteſt Domus, & Turris, de qua hic, dici Illuſtris, & apta ad conſeruandum decorem familiæ, cum pauciſſimæ Turres ad
68 præſens in hac Ciuitate reperiantur, ex innumeris, quæ antiquis temporibus aderant.

Additur prædictis quod cum nulla alia de cauſa conſideretur qualitas bonorum, niſi quia ex il-
69 la coniecturatum affectio, & intentio diſponentis, & in caſu noſtro Teſtator expreſſerit habere affectionem maximam ad prædicta bona, vt præſertim patet, ex eo quod ſpecialiter prohibuit dictam Turrim demoliri, & caſu quo demo-

litetur

Digitized by Google

ſiretur voluit d. fideicommiſſum peruenire ad alios
eius hæredes, certè diſputare ſuper maiori, vel mi-
nori prærogatiua dictorum bonorum eſt omnium
ſuperfluum cum ſola affectio. teſtatoris erga bona
71 ſit ſufficiens coniectura ad inducendum fideicom-
miſſum *Alex. Iaſon. & cæteri communiter in l. filiusfa-
milias §. diui in 2. not. ff. de leg. 1. cum alijs ſupra alle-
gatis, num. 66.*

Nec dicatur quod ſi ad inducendum fideicom-
miſſum non ſufficit expreſſa ratio conſeruationis
agnationis teſtatoris, niſi alia concurrant, multo
72. minus illud poterit induci ex tacita coniectura
conſeruationis agnationis, deſumpta ex qualitate
bonorum ne contra regulam iuris maior ſit virtus
73 taciti, quam expreſſi, quia vltra quod taciti, & ex-
74 preſſi eadem eſt virtus *Surd. deciſ. 245. num. 3. cum
alijs per Caball. conſ. 64. num. 11. l. 2. cum vulgaribus,*
Adhuc dico quod voluntas ex huiuſmodi qualita-
te bonorum reſultans nō poteſt dici tacita, ſed ex-
75 preſſa, tum quia ſatis expreſſum dicitur illud, quod
coniecturis aſſequi poſſumus *vt per Afflict. deciſ. 44.
num. 14. Anchar. q. 2. num. 30. & 34. lib. 3. Mantica de
76 conſ. lib. 6. tit. 1. num. 8.* Tum etiam quia expreſſum
illud dicitur quod ex verbis colligitur, *vt per Nat-
tam conſ. 652. num. 4. & 7. lib. 4. Roland. conſ. 2. num. 8.
l. 4. & Ancheran. q. 49. num. 15. lib. 3.*

Secundò reſpondetur quod cum habeamus au-
77 thoritates Doctorum in terminis hanc coniectu-
ram approbantes fruſtra tentatur per argumenta
huiuſmodi coniecturam euerti, quia regulæ ſunt
non minus notæ quam veræ quod iudices in iudi-
cando Doctrinas, & authoritates Doctorum in ter-
minis, ſequi debent non autem argumenta ex ca-
pite Doctorum inuenta *l. ille aut ille §. cum in verbis
ff. de leg. 3. l. ancillæ C. de furtis cum ſimilibus.*

Tertiò reſpondetur quod coniectura deſumpta
78 ex qualitate bonorum eſt de ſui natura apta am-
pliare rationē expreſſam, nā ſi teſtator vult bona
conſeruari in familia perpetuò, & omni tempore,
eo quia ſunt patrimonialia, & ſuorum aſcenden-
tium iſta ratio de ſui natura nullam admittit re-
ſtrictionem ad aliquem caſum, aut euentum, immo
ſemper & omni caſu qualitas bonorum patrimo-
nialium reſpicit illos de familia de Rapondis, vt
concludentiſſime probatur ex ſtatutis municipali-
bus huius ciuitatis, de bonis patrimonialibus di-
ſponentibus.

Tertia modo principalis coniectura & euidens
demonſtratio huius veritatis deſumitur ex eo, quia
teſtator grauauit eius hæredes vt quolibet anno
in perpetuum tenerentur celebrari facere in Eccle-
ſia Sancti Auguſtini vnum anniuerſarium pro ani-
ma ipſius teſtatoris, nam ſi teſtator voluit quod ſui
79 hæredes eſſent perpetuò & omni tempore obliga-
ri ad faciendum celebrare dictum anniuerſarium,
voluit etiam inducere perpetuum fideicommiſ-
ſum, cum aliàs huic oneri ſatisfieri non potuiſſet
cum extranei non eſſent ad hoc obligati, prout in
terminis probant *Socc. conſ. 12. num. 18. l. 3. Anchar.
q. 12. num. 26. par. 1. Petra de fideicomm. q. 5. num.
90. & 141.*

Nec dicatur, quod cum tale onus ſit reſtrictum
ad perſonam, & vitam hæredum inſtitutorum illa
dictio, in perpetuum, debet etiam reſtringi ad tem-
80 pus vitæ ipſorum *ex Riminaldo iuniore conſ 279. num.
67. verſ. nec quoque parum mouet l. 3.* quia reſponde-
tur 1. quod cum verbū, perpetuò, denotet tempus
81 infinitum *Surd. conſ 67. num. 36. & 37. l. 1.* vt vis, &
natura huius verbi perpetuò reſtringatur ex verbo
hæredis adiuncto, neceſſarium eſt, quod videamus
ſi verbū hæres de ſui natura intelligatur de primo
hærede tantum, ſeu potius de primo, ſecundo, &
omnibus alijs in infinitum, & quod verbum hæres
82 non ſolum de primo hærede prædicetur manifeſtè
probatur, tum quia appellatione hæredum ve-
niunt omnes in infinitum *Iaſon. in l. ſi quis filium §.
vltimo, num. 5. ff. de acq. hæred. Peregrin. conſ. 55. num.
6. lib. 1. & conſ. 168. num. 5. lib. 3.* Tum etiam quia hę-
83 res hæredis dicitur hæres teſtatoris, *Alex. conſ. 56.
num. 2. lib. 2. l. hæredis appellatione ff. de verborum ſi-
gnific. & notatur in l. ſciendum ff. eodem titulo Pariſ.
conſ. 20. num. 8. lib. 1. cum concordantibus.*

Secundò reſpondetur, quod dum teſtator graua-
uit ſuos hæredes onere prædicto, grauauit etiam
agnatum ſubſtitutum, quia ſubſtitutus etiam ipſe
84 dicitur verè, & propriè hæres vt tradit *gl. in l. 1. ff.
de vulg. & pupill. & ibi Bart. & alijs Odd. in tract. com-
pendioſe in prælud. par. 1. q. 1. Socc. iun. in l. Centurio
num. 3. ff. de vulg. & pupill.* Vnde ſi onus fuit iniun-
ctum agnato ſubſtituto hæredi teſtatoris, non eſt
85 poſſibile, quod tale onus contra vim & naturam
verborum perpetuò, & hæredis, ad vitam primi
hæredis tantum reſtringatur.

Nec obſtat *Riminald. iun. conſ. 279. num. 73. verſ.
nec quoque l. 3.* Quia ibi teſtator loquutus fuit per
86 verba infraſcripti mei hæredis, quod verbum in-
fraſcripti, cum ſit repetitiuum, & relatiuum eius
perſonæ, quæ oculis corporeis legitur in teſtamen-
to ideo nil mirum ſi Riminaldus reſoluit quod
onus ibi appoſitum reſtringitur ad vitam ipſorum
hæredum, quod non poteſt habere locum in caſu
noſtro, cum in noſtro teſtamento, non legatur il-
lud verbum reſtrictiuum, infraſcripti.

Quarta coniectura eſt, quia teſtator voluit con-
ſtituere, & ordinare Primogenituram in eius bo-
nis, dum voluit prædicta bona pleno iure deuenire
ad proximum agnatum dicti teſtatoris maiorem
natum de familia de Rapondis, & poſtea dixit, ſed
87 ſemper vadant de primogenito in primogenitum
familiæ de Rapondis, quo caſu, ceſſat conſilium
Oldradi, & onus reſtitutionis cenſetur repetitum
à primo vocato in ſecundum, ac alios ſucceſſiuè
*Molina de primog. Hiſpan. cap. 5. nu. 18. Menoch. de præ-
ſumpt. præſumpt. 69. num. 15. & conſ. 1023. num. 2. &
conſ. 1195. num. 12. lib. 12.*

Nec dicatur prędicta procedere quādo Primo-
genitura, ſiue maioratus fuit erectus à principio,
Cœterum quando teſtator non ſimpliciter & ab-
88 ſolutè vocauit maiorem natum de familia, ſed ſub
conditione, & in euentum, in quem hæredes inſti-
tuti decederent ſine filijs, prout fuit factum in caſu
noſtro, quia quod immo ex tali ordinatione, &
conſtitutione Primogenituræ facta in ſubſtitutio-
ne arguatur, animum & intentionem teſtatoris,
89 fuiſſe inſtituendi perpetuum & ſucceſſiuum fidei-
commiſſum, tradit *Pariſ. conſ. 72. num. 9. lib. 4.* dum
dicit, quod quando teſtator relinquit fideicom-
miſſum tradit *Pariſ. conſ. 72. num. 9. lib. 4.* dum dicit
quod

Digitized by Google

quod quando teſtator relinquit fideicommiſſum, vt inſtituat Primogenituram, onus reſtitutionis iniunctum primo cenſetur repetitum in ſecundum, & deinceps ordine ſucceſſiuo, & ſequitur *Gabriel conſ.107.num.5. & Menoch. conſ. 220.num.15. verſ. non mediocriter ſuffragatur.*

Quinta coniectura eſt, quia teſtator inſtituit heredes vniuerſales Alexandrum, & Philippum ſuos ex fratre nepotes, quos ad inuicem ſubſtituit in caſu, quo aliquis eorum ſine filijs decederet, & vlti- 90 mo loco prædictis Alexandro, & Filippo ſubſtituit agnatum maiorem natum proximiorem de familia de Rapondis, quo caſu ſi ſubſtitutus ſit agnatus, illique ſit prohibita alienatio bonorum, prout in caſu præſenti non procedit conſ. Oldradi, ſed agnatus intelligitur ſubſtitutus tam in caſu quo primi hæredes ſine filijs pereant, quam in alio, quo eorum filij ſine filijs decedant prout in iſtis terminis optimè probant *Gabriel. de fideicomm. concl. 7. num.6. Pedrocchus conſ.22. num.2. vbi de comm. Theſaur. deciſ.69.nu.6. Mantica de coniec. lib.11. tit.6. num 6. in fine.*

Sexta coniectura immo certiſſima probatio quo teſtator voluerit inducere abſolutum fideicommiſſum deſumitur ex illis verbis poſitis prope finem teſtamenti, videlicet cum dicto onere, quod numquam exeant de familia de Rapondis, ponde- 91 tando illud verbum, dicto, quod eſt repetitiuum oneris ſupra expreſſi & adiuncti ſubſtitutioni, & fideicommiſſo ad fauorem agnati primogeniti ordinato, ad tradita *per Surdum conſ.352. num.2. lib.3. Honded. conſ.86.nu.11.l.2.* Nam ſi onus fideicomm. ordinati ad fauorem Primogeniti habet iſtam qualitatem, quod bona numquam exire debeant de familia de Rapondis manifeſte & ad oculum patet quod onus reſtituendi prædicta bona agnato primogenito fuit impoſitũ, ne dum Alex. & Philippo, ſed eorum filijs & deſcendentibus vt enim iſta bona numquam exeãt de familia Rapondia, 92 neceſſarium eſt, quod fideicommiſſum ſit generale tam in caſu mortis Alex. & Philippi ſine filijs quam eorum filiorum ſine filijs, alias enim non verificarentur verba prædicta, quia daretur caſus quod non obſtante fideicommiſſo bona de familia exirent.

Septima coniectura eſt, quia dum teſtator dixit quod turris ſiue turaſſium exiſtens ſuper ſua domo non poſſet aliquo modo demoliri, & caſu quò demoliretur voluit quod d. ſua Domus perueniret ad 93 alios heredes, manifeſtè demonſtrauit ſuam intentionem, & voluntatem fuiſſe quod dicta turris ſemper remaneret pro honore familiæ, vt ergo talis volũtas teſtatoris ſuum finem, & effectum habeat, neceſſarium eſt, quod fideicommiſſum ordinatum ad fauorem primogeniti comprehendat tam caſum mortis Alex. & Philippi ſine filijs, quã filiorum Alexãdri & Philippi ſine filijs, quia alias ſi ob mortẽ Alexãdri, & Philippi cũ Filijs fideicõmiſſum extingueretur, Mens teſtatoris non haberet ſuum effectum, quia extranei hæredes potuiſſent, & poſſent abſque metu pœnæ turrim prædictam demoliri & tamẽ notum eſt, quod fideicommiſſum ſem- 94 per inducitur quando ſi aliter diceremus mens, & voluntas teſtatoris ſuum finem & effectum minimè haberet *Socc. in l. qui Romæ §. coheredes, num.18. ff. de verb. ob. Dec. conſ.23.num.2. Par. ſ. con. 30. num.22.l.2. Decianus conſ 1.num.258. & conſ.50. num.18. lib.1. Perg. conſ.62.num.4. lib.1. & conſil. 98.num.8.* [illegible]

Octaua coniectura, quæ facit ſilere cõſilium oldradi in præſenti caſu, eſt quia Teſtator progreſſus 95 fuit ad plures gradus ſubſtitutionum, dum ſubſtituit ad inuicem Alexandrũ & Philippum, in caſu, quo aliquis ipſorum ſine filijs maſculis decederet, & poſtea fecit aliam ſubſtitutionem ad fauorem Agnati proximioris de familia Rapondia, quia hoc caſu cẽſetur repetitum onus fideicomm. de primo in ſecundum hæredem, & alios ſucceſſiue *Alex. conſ.61. circa finem lib.5. Decian. d. conſ.31. num. 127. Pedrocchus con.22.num.11. verſ.5. coniectura Gabriel in ſuis concluſ cond.4. de fideicomm. num.13. plenè Menoch. conſ.1195. nu.22.* vbi refert viginti Doctores, qui hanc coniecturam probant, atque firmant, & iſta coniectura ſine difficultate recipitur quando non eſt ſola, ſed coniuncta cum pluribus 96 alijs, vt in caſu noſtro, ſicuti probant *Thob. Non. conſ.51.num.16. Decianus reſponſo 105.num.17. ad finem l.2. Cæphal. conſ.476. in fine Riminaldus iun. conſ. 21.num.41.*

Nona coniectura deſumitur ex eo, quia ſi non eſſent grauati reſtituere filij Alex. & Philippi eſſent plus grauati Alex & Philippus magis dilecti 97 quam filij Alexandri minus dilecti, quo caſu ne ſequatur hoc abſurdum receditur à *conſ. Oldradi Aymo conſ.62.num.7. in fine Abb. conſ.78.l.2. Roland. conſ.32.num.32.l.3. Menoch. conſ.1195.num.23.l.12 Oldradus conſ.141.num.2. & 3 verſ. nec obſtat Cranetta conſ.306. num.3. verſic. ſed in contrarium Marzar. conſil.4. num.3. Decius conſil.270. num.4. verſic non obſtant.*

Decima coniectura, quæ facit, vt non ſit locus prædicto *conſ. Oldradi*, eſt quia ex contextu, & teno- 98 re totius teſtamenti, & ex toties reiterata mentione familiæ Rapondiæ vnus quiſque ſenſatus vir diceret pro certo, ita Teſtatorem fuiſſe reſponſurum ſi fuiſſet interrogatus, cum alia non potuerit eſſe eius intentio, quam iſta inducẽdi perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum, cum dicta bona in familia Teſtatoris perpetuo conſeruari nõ poſſent, niſi mediante perpetuò, & ſucceſſiuo fideicõmiſſo, vt pluries diximus, quo caſu DD. *limitãt d. conſ. Oldradi* non procedere, vt patet ex *Aca. conſ. 130.nu.4.l.2. & ibi peraddentes & ex Par. ſ. conſ.57. num.14.l.2.*

Vndecima, & vltima coniectura, quæ facit in caſu noſtro ceſſare conſilium Oldradi eſt, quia filij Alexandri, & Philippi primorum inſtitutorum nõ ſolum ſunt poſiti in conditione, ſed vocati, nã hoc 99 caſu cenſentur grauati non minus, ac erant grauati eorum patres, & iſto caſu admittitur ſubſtitutus, tam ſi primi heredes ſine filijs, pereant, quam ſi eorum filij ſine filijs decedant, prout limitando conſ. Oldradi, tradunt *Theſaurus deciſ.269.num.29. Cranetta conſ.878.num.6. & 9. Decianus reſponſo 31. num.172. verſic.2. reſpondeo lib.1. Pedrocch. conſ.22. num.5. & conſil. 29.num 6. vbi teſtatur de magis comm. Surdus conſ.241.num.44.l.2. & conſ.344. num.9. Dec. conſ 95. in fine & conſ.270. ad finem Menocch. con.220. num.16.*

num. 16. lib. 3. Ruſticus in dicto ſuo conſil. vnico, num. 42.
Vnde cum ſpect. Gulielmus filius ſpect. Philippi pri-
mi hæredis, ne dum fuerit in conditione poſitus,
ſed vocatus ad fideicommiſſum, certè non poteſt
dubitari, quin ſit ad reſtituendum grauatus eo mo-
do, & forma prout erat grauatus Philippus eius
pater in caſu quo ſine filiis maſculis decederet.

Quod autem ſpect. Gulielmus fuerit vocatus
patet, nam licet ſit multum controuerſum inter
Doctores an filij in conditione poſiti cenſeantur
vocari, tamen in hoc omnes conueniunt, quod
concurrentibus coniecturis filij in conditione po-
100 ſiti ſemper cenſentur vocati, Decianus conſ. 31. nu.
118. lib. 1. Aymo conſil. 130. num. 2. Cæphal. conſil.
251. num. 72. & 73. Socin. iun. conſil. 141. num. 8. &
conſil. 158. num. 73. lib. 2. Ruin. conſ. 108. num. 11. l. 2.
& ſequitur Iulius Clarus in ſuo §. Teſtamentum quæ.
77. in fine, vbi de communi, & quod ab iſta opi-
nione in iudicando, & conſulendo non eſt rece-
dendum, cum aliis multis, quos latè refert, & ſe-
quitur Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2.
num. 19.

Coniecturæ autem, quæ in caſu noſtro demon-
ſtrant Teſtatorem vocaſſe Gulielmum, & alios fi-
lios maſculos Alexandri, & Philippi ſunt plures.

Prima enim eſt, quia Teſtator prohibuit hære-
dibus, & ſucceſſoribus Alexandri, & Philippi in in-
finitum alienationem dictorum bonorum, vt de-
notant verba ſecundæ prohibitionis, de qua in te-
101 ſtamento ibi, nec eorum hæredes, & ſucceſſores,
quia appellatione hæredum, & ſucceſſorum veniũt
omnes in infinitum, Menoch. conſ. 958. num. 11. Pe-
regrin. conſ. 168. nu. 5. lib. 3. & conſ. 55. nu. 6. lib. 1. ex
quo ſequitur quod ſicut Teſtator grauauit filios,
& deſcendentes primorum inſtitutorum, ita etiam
102 dicendum eſt, quod eos honorauerit, & vocaue-
rit, quia quem non honoro grauare non poſſum,
l. ab eo, C. de fideicomm. & in puncto. Bart. in l. Centu-
rio, num. 37. ff. de vulg. & pupill. Peregrin. de fidei-
comm. art. 17. num. 13. & conſ. 55. num. 6. lib. 1. Me-
noch. de præſumpt. præſumptione 70. num. 11. & 12.
lib. 4. Simon de Pretis de interpretat. vlt. volunt. lib. 3.
ſolut. 3. dubit. 4. num. 12. Laderch. conſ. 150. ver. ſe-
cunda eſt. Theſaur. deciſ. 96. num. 10. Caballus conſil.
105. num. 2. Gabriel de fideicomm. concluſ. 4 num. 17.

Secundò, quia Teſtator poſuit in conditione fi-
103 lios Alexandri, & Philippi ſub qualitate maſculi-
nitatis, quo caſu poſiti in conditione vocati cen-
ſentur Theſaur. deciſ. 96. num. 8. & 9. Honded. conſ.
65. per totum lib. 1. & conſ. 54. num. 12. lib. 2. vbi am-
104 pliat concluſionem procedere etiam ſi adeſſet
ſtatutum, quod ſtantibus maſculis fœminæ non
ſuccedant, Menoch. conſ. 1051. num. 12. lib. 12. vbi
enumerat quadraginta Doctores, qui hanc conie-
cturam probant, atque defendunt, Peregrin. conſ. 46.
num. 2. lib. 3.

105 Tertiò, quia non ſolum poſuit in conditione fi-
lios dicti Alexandri, & Philippi; cum qualitate ma-
ſculinitatis, ſed etiam cum qualitate, quod eſſent
de legitimo matrimonio nati, quo caſu vocati cen-
ſentur. Roman. conſ. 294. num. 10. Fulgoſ. conſ. 165. per
totum. Decius, qui de communi teſtatur conſ. 307. nu. 12.
in fine cum ſeq. Roland. conſ. 89. num. 12. lib. 1. & conſ.
96. nu. 92. cum pluribus ſeqq. lib. 3. Mantica de coniect.
lib. 11. tit. 3. num. 2. Menoch. conſ. 325. num. 10. & conſ.
1017. num. 3. & in tract. de præſumpt. lib. 4. præſumpt.
76. num. 48. Surd. conſ. 443. num. 47. & 48. ver. in fa-
cto autem, vbi quod hæc coniectura ab omnibus ſi-
ne controuerſia recipitur, & deciſ. 162. num. 7. & 8.
vbi dicit hanc coniecturam vrgentiſſimam, Pere-
grin. conſ. 41. num 4. lib. 3. & conſ. 49. num. 1. & 2. eo-
dem lib. 3. & conſ. 52. num. 5. & conſ. 59. num. 4. lib. 4.
Ruſticus in ſuo tract. An & quando liberi in conditione
poſiti cenſeantur vocari l. 3. cap. 39. per totum. Onded.
conſ. 65. num. 42. lib. 1. & conſ. 54. num. 21. & 22. lib. 2.
vbi reprobat Zancum, & quoſdam alios, qui hanc
coniecturam non ſunt amplexi.

106 Quartò, quia Teſtator fuit digreſſus ad plures
gradus ſubſtitutionum, cum non ſolum ſubſti-
tuerit ad inuicem Alexandrum, & Philippum, ca-
ſu quo aliquis eorum ſine filiis decederet, ſed pô-
ſtea ſubſtituerit agnatum proximiorem natum
de familia Rapondia, quo pariter caſu filij in
conditione poſiti cenſentur vocati, Hondedeus
conſilio 54. numero 32. verſic. quinto. Laderchius con-
ſilio 150. verſic. tertio. Decianus reſponſo 33. num. 29.
lib. 4. Theſaurus deciſione 96. num. 18. Petrus Cabal-
lus conſil. 105. num. 14. Magon. deciſ. Florentina 27.
num. 9.

Quintò, & vltimò, quia noſter Teſtator habuit
107 intentionem conſeruandi bona in ſua agnatio-
ne, & familia, prout latè ſupra fuit oſtenſum, quo
caſu omnes admittunt filios in conditione poſi-
tos cenſeri vocatos, Hondedeus conſilio 54. num. 16.
Decianus reſponſo 33. numero 119. Theſaurus deciſio-
ne 96. num. 20. 29. & 30. Laderchius conſilio 150.
num. 4.

Accedat prædictis, quod quando altera ex præ-
108 dictis coniecturis ſeparatim, & de per ſe conſide-
rata non ſufficeret, tamen non eſt dubium quin ex
109 omnibus ſimul iunctis animus Iudicis, cuius ar-
bitrio in hac materia plurimum defertur, Socinus
in l. cum auus in fine, ff. de cond. & demonſtr. moue-
retur tam ad arbitrandam vocationem filiorum,
quam etiam ad recedendum à dicto conſ. Oldradi,
cum ſingula, quæ non proſunt multa iuuent cap.
cum cauſam; & ibi concordantes in Gloſ. fin. extra de
probat. & notatur in l. 2. in principio, ff. de excuſ. tu-
torum. Alex. conſil. 13. num. 19. lib. 1. & conſ. 65. num.
10. eodem lib. & conſ. 1. num. 18. lib. 3. Speculator. de
inſtrumentorum editione, §. 7. num 5. & fuit dictum fa-
miliare Socini, vt refert Aſſiſius deciſ. Lucana 15.
110 num. 81. Et quod coniecturæ plures coniungan-
tur ad effectum plenæ probationis dicit Caputaq.
deciſ. 207. par. 1. Gabriel poſt alios conſil. 48. num. 4.
111 lib. 1. Et quod ex pluribus coniecturis ſimul iun-
ctis inducatur fideicommiſſum, Mantica de coniect.
tit. 7. num. 5. lib. 5. Theſaurus deciſione 96. poſt Abba-
tem. Corn. Riminald. iun. & Achillem Perſonalem,
quos citat. num. 9. verſic. iux. reg. quæ non proſunt. Be-
rous, qui alios allegat conſilio 104. numero 12. in fine
lib. 2. Cæphalus conſilio 251. num. 87. lib. 2. Et fuit
ſæpius deciſum in Rota Romana, vt in Spoletano
Terrarum 21. Iunij 1590. coram Illuſtriſſimo Mil-
lino Viterbien. fideicomm. 18. Decembr. 1600. co-
ram Litta, & 21. Nouembris 1602. in Montisfaliſci
fideicomm. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, quæ
omnes referuntur in vna Ciuitatis Caſtelli fidei-

comm. 14. Maij 1607. cotam Illuſtr. Ludouiſio.
Et verè ſi tot, tantæque coniectutæ, quæ in præ-
ſenti caſu concurrunt, non ſufficiant ad inducen-
dum fideicommiſſum, & ad demōſtrādam calram
112 & apertam mentem Teſtatoris, tora materia cō-
iecturalis deſtrueretur, & ſuperfluum omnino red-
deretur quicquid à Doctoribus in hac materia, tā-
ta diligentia arte, atque ſcientia fuit ſcriptum, at-
que obſeruatum, vnde Borgninus in caſu, in quo
non concurrebant tot euidentes, ac claræ demon-
ſtrationes, quæ in præſenti caſu concurrunt, dixit
quod illi, qui prædictis non credunt Abrahæ etiam
non crederent vt legitut in eius deciſ. 16. ſub num.
74. par. 3.
Non obſtat modò, quod cum Agnatus proxi-
mior primogenitus de familia Rapondia fuerit no-
minatim ſubſtitutus Alexandro, & Philippo, cum
fuerit dictum, & ſi dicti Alexand. & Philippus hæ-
redes prædicti quandocumque decederent ſine
filijs maſculis de legitimo matrimonio natis, tūc,
113 & in dictum caſum voluit pleno iure deuenite
ad proximum agnatum &c. non poſſit Intelligi
ſubſtitutus filijs, ſeu deſcendentibus eorumdem
Alexandri, & Philippi, etiam ſi ſint cōiecturæ, quæ
contrarium ſuadeant, & demonſtrent Teſtatorem
hoc etiam caſu voluiſſe Agnatum primogenitum
in ſuis bonis ſuccedere, vt habetur in l. ſi ita expreſ-
ſum & in l. quæ conditio. ff. de condition. & demonſtrat.
Decius conſ. 218. num. 9. & conſ. 513. num. 1. Ruin. conſ.
67. num. 10. l. 2. Aymo conſ. 98. num. 7. & 9. Odd. conſ.
67. num. 32. Peregr. de fideicomm. art. 29 num. 36. Sur-
dus conſil. 448. num. 29. Mantica de con. lib. 11. tit.
6. num. 16. in fine Beretta conſ. 63. num. 6. & num. 12.
Menocchius conſ. 152. num. 39. & 49. Hondedeus conſil.
60. num. 68. & 81. lib. 1. Marcabruns conſil. 61. num.
174. cum alijs per Rotam Romanam deciſ. 491. inter
collectas à Farinaccio, & per Illuſtriſſimum Seraphinum
deciſ. 1479.
Quia reſpondetur quod vltra quod Maior pars
114 dd. Doctorum loquitur quando Agnatus eſt no-
minatim ſubſtitutus tali, & tali, puta, Alexandro,
& Philippo, qui non eſt caſus noſter, cum in caſu
noſtro fuerit dictum quod decedentibus prædictis
bona omnia deuenire debeant ad proximū agna-
tum, quæ verba cum non referantur ad perſonas
115 ſed ad bona inducunt onus reale, & efficiunt, vt
deducta exaduerſo non procedant, vt bene expli-
cat Gabriel conſil. 127. num. 34. in fine l. 2. Mantica de
con. lib. 8. tit. 2. num. 6. Marzar. conſil. 4. num. 10. & 40.
vbi inquit, quod hoc caſu res eſt expedita, & clara,
Adhuc dicimus quod etiam in ijs terminis, in qui-
116 bus ſubſtitutio fuit verè nominatim facta, adhuc
ex coniecturis, & fortius quando de eius manifeſta
voluntate conſtat, ſicut ex ſupradictis de ea clare
apparet in caſu noſtro, fideicommiſſum extēditur
de perſona ad perſonam, & receditur à conſilio Ol-
dradi Angelus in l. Gallus §. & quid ſi tantum num 3.
& ibi Ruin. in 1. lect. num. 60. verſ. fallit ſi de mente
Garzias num. 86. & Crotus num. 27. ff. de lib. & poſthu-
mis Ripa in l. ſi. insfamilias §. diui num. 110. verſic.
declara tamen ff. de leg. 1. Pariſ. conſil. 66. num. 58. l. 3.
Socc. conſil. 259. num. 4. & 5. l. 2. Decian. conſil. 84.
num. 25. l. 3. Riminal. iun. conſil. 30. num 36. lib. 1.
Curt. iun. conſil. 121. num. 14. Ruinus conſil. 119. nu-
mero 14. l. 2. Menocch. conſil. 209. num. 28. verſic. &
præterea l. 3. vbi ſic in ſpecie reſpondet ad text. in l. ſi ita
expreſſim, & in l. quæ conditio ff. de cond. & demon-
ſtrationibus & conſil. 117. num. 18. 31. 32. 33. 34. &
35. & conſil. 220. num. 35. & 36. & conſ. 310. num. 3.
Caphal. conſil. 114. num. 14. & ſeq. & conſ. 446. num.
35. per text. in l. licet imperator, & l. ſi ſeruus plurium
§. fin. ff. de leg. 1. Marian. Soccinus conſil. 4. num. 24.
Socc. iun. conſil. 129. num. 35. l. 3. Paulus de Caſtro.
conſil. 246. l. 2. Corn. conſil. 246. pariter l. 2. Iaſon
conſil. 146. col. 3. l. 2. Curtius ſenior conſil. 75. numero
14. Peregrinus conſil. 47. numero 5. l. 5. Facchineus
conſil. 47. per plures numeros l. 1. Morott. reſponſo 50.
numero 21. & 22. Gratus conſilio quinto l. 2. Acchil-
les de adipiſcenda poſſeſſione, numero 214. & 215. Pe-
regrinus conſil. 10. numero 9. lib. 1. Molina de primog.
hiſpan lib. primo cap. 4. num. 38. Menocchius de præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 69. numero duodecimo Manti-
ca de coniecturis libro 3. tit. 19. numero quarto, & pul-
chrè Marzar. conſilio quarto numero 13. & 21. & com-
probat multis modis Paul. Leon. conſilio primo numero
113. cum alijs per Surdum conſilio 344. numero duo-
decimo, vbi expreſſe dicit quod licet aliqui im-
pugnent hanc extenſionem, tamen multi plures il-
lam ex coniecturis admittunt.
Nec obſtat quod ſubſtitutio fuerit concepta
117 per illa verba, tunc & in dictum caſum, quæ vi-
deatur reſtringere diſpoſitionem ad caſum, quia
vltra quod iſta verba, Tunc & in dictum caſum,
non ſunt taxatiua, ſed ſolum demonſtratiua caſus
expreſsè, ita vt non excludant caſus ſimiles expreſ-
ſo, prout declarando vim, ac naturam horum ver-
borum optimè probant Pariſ. conſil. 50. num. 52. &
53. & conſ. 66. num. 73. l. 3. Menocch. conſil. 432. num.
36. verſic. reſpondetur 3. vbi alios adducit Adhuc dici-
mus, quod comm. & vera Doctorum opinio eſt,
118 quod huiuſmodi verba non impediant extenſio-
nem & ampliationem fideicommiſſi, quando ex
cōiecturis apparet de veroſimili mente Teſtatoris.
prout eſt tex. in l. Gallus in princ. iuncto §. & quid ſi
tantum ff. de lib. & poſthumis vbi in principio ponitur
dictio, tunc, relata ad caſum mortis & nihilhominus in §.
& quid ſi tantum determinatur, verificari in caſu ſimi-
li & habente eamdem rationem, videlicet, in ca-
ſu interdictionis aquæ, & ignis, emancipatio-
nis, aut ſimilibus, non quidem vigore verbo-
rum ſed vigore mentis aut ſententiæ, legis, &
in hac lege ſcripſerunt Emanuel Coſta in 5. parte
numero 10. & Gallianla in 4. not. num. 14. vbi reprobat
Decium & Ancharanum qui contrariam ſententiam pro-
bant, Ripa in l. 1. numero 169. ff. de vulgari & pupil-
lari. Antonius de Butrio conſilio 30. Incipit dub-
bium ingerit Alba conſ 51. num. 23. vbi de communi te-
ſtator Felin. in cap. innouamus in 3. limit. de treugua, &
pace Decius conſil. 372. num. 10. & conſil. 63. num. 2.
Pariſius conſil. 92. num. 61. verſic. non obſtat l. 2. &
conſil. 50. num. 52. l. 3. & conſil. 66. numero 64. & 65.
l. 3. & conſil. 20. num. 36. l. 3. Soccinus iun. conſil. 114.
numero vigeſimonono libro primo & conſilio 145. nu-
mero 29. l. 3. & conſilio 106. num. 30. lib. 1. Caphalus
conſilio 196. numero vigeſimotertio l. 2. & conſilio 169.
numero 23. Rolandus a Valle conſilio 70. numero 49. 50.
51. & 52. l. 3. Gozzadinus conſilio 64. in fine & con-
ſilio quarto num. 25. Aymo conſilio 878. & conſil. 992.
num. 36.

Digitized by Google

num.36. Caſſadorus decis.1. de teſtamentis per totam. Durand.de arte teſtandi in rubr. de ſubſtitut. caut.5. numero 5. Curt.ſen. conſil.75. num.14. Marzar. conſ.4. num.19. & conſ.6. num.12. Simon de Pretis de interpretat. vlt.volunt. lib.3. interpretat.2. dubitat.1. ſolut.5. num.21. Surdus conſil.344.num.12.ver.ſicut, & conſil.442. num.32. Barbatia conſ.21. colum.5. lib.2. Menochius conſil.1062. num.17. & 1063. num.2. & 1088. num.17. & plenè in conſ.432. à num.35. vſque in finem lib.5. & conſ.117.num.29. lib.2. Franc.Marcus q.299. par.1, Alciatus in l.3. num.19. ff.de verborum ſignificat. & in reſponſo.550. Incipit duo ſunt ad finem ver. præterea ego. Ruinus conſilio 180. numero 4. in fine l.2. Ruſticus in ſuo conſilio vnico poſt ſuum tractatum an liberi poſiti in conditione, num.48. Ambroſinus deciſione 44. num.30. verſic. idque tanto minus. Magonius deciſione Florentina 27. num.41. Natta conſil.675. num.12, Gratus conſ.106. num.27. lib.2. Zanchus in l.hæredes mei, §.cum ita in octaua par. num. 207. ff. ad Trebellianum. Lancellotus Gallin. conſilio 114. prope finem. Cæſar de Barzijs in conſi 1. vnicu poſt ſuas deciſiones Bononienſ.num.183, Peregrin.conſ. 47. num.5. l.5. Bitta plenè conſilio 7. num.42. Bertazzolus conſil. ciuili 6. num.39. tom 2. Rim naldus iunior conſilio 21. num.55. & conſil.23. num.214. & ſeq. Paul.Leon. conſil.27. num.128. & ſeq. inter conſil. vltimarum voluntatum lib.2. Borgninus deciſione 17. num.51. & deciſione 79. par 3. Guido Papa deciſ. 64. in fine. Berous conſilio 90. num.16. lib.2. Fulgoſius conſil.46. num.2. Iaſon in l.quamuis, num.1. & ibi Alex. num.2. C.de impuber. & alijs ſubſtitut., vbi dicunt excludi caſus ſimiles ſolum quando adeſt
119 dictio taxatiua tantum, aut dumtaxat & ſimiles, & hoc ipſum dicit idem *Iaſon in l.iam hoc iure, ff. de vulg. & pupillari, num.4. verſic. quarto limita. Decian. reſponſo 1. à num.148. vſque ad num.150. lib.1. Berretta conſ.27. num.17. & 24. Fachineus controuerſiarum iuris l.4. cap.46. in fine. Menochius de præſumptionibus præſumpt.69. numero 7. lib.4. cum alijs per. Manticam de coniecturis vltimar. voluntat. lib.3. tit.14. num.10.*

Vnde cum in caſu noſtro, ex tot tantiſque coniecturis appareat mentem Teſtatoris fuiſſe inducendi perpetuum, & abſolutum fideicommiſſum, vt oſtendimus; Certè non poteſt dubitari quin ſubſtitutio facta de agnato proximiori maiori natu de familia Rapondia, in caſu quo Alexander, & Philippus decederent ſine filijs extendatur etiam ad caſum, in quo ſpect. Gulielmus filius Philippi deceſſit ſine filijs non obſtante, quod ſubſtitutio eſſet verè nominatim facta Alexandro, & Philippo, & adſint illa verba tunc, & in dictum caſum.

Et prædicta eo magis in caſu noſtro procedere
120 duximus cum ſimus in fideicommiſſo agnatitio, quod fauorabile iudicatur, & in dubio ſemper extare dicendum eſt, *Gozzadinus conſil.89. num.12. Curt.iunior conſil.92.num.11. Marzar. de fideicomm. parte 2. quæſt.1. & conſil.4. num.44. Simon de Pretis de interpretat. vltimarum voluntatum in tract. vltimo folio 276. num.22. & fol.287. num.1. Menoch. conſ. 150. num.57. & ſeq. & conſil.204. num.60. & 82. & conſ.95.num.95. Ioſeph.Ludouicus concluſ.14. illat. 76. Riminald.iun. conſ.21. num.67. Burſattus conſilio 303. num.47. Decianus, reſponſo 1. num.342. lib.1, Aymo conſil.5. inter conſil.Marzarij, & conſilio 788. in fine.*

Et hæc ſint dicta quoad partem principalem præſentis Teſtamenti.

Verum quando prædicta omnia ceſſarent. Quod adhuc noſter Teſtator voluerit inducere perpetuũ, & abſolutum fideicommiſſum datur apertè intelligi ex ſecunda prohibitione alienationis dictorum bonorũ facta ſuis hæredibus, & vnicuique eorum, vt legitur in dicto teſtamento in illis verbis. Prohibens expreſsè idem Teſtator dictis ſuis hæredibus, & vnicuique eorum alienationem, ita quod dd. bona, vel eorum partem, aut particulam prædicti hæredes nec aliquis eorum, nec eorum hæredes, & ſucceſſores poſſit, & poſſint in infinitum aliquo modo vel cauſa, tam neceſſaria quam voluntaria uendere, donare, alienare, nec in emphiteuſim dare, uel aliquo alio titulo obligare generaliter, uel ſpecialiter. Quia ipſe Teſtator uoluit dd. bona omnia ſemper, continuo, & in perpetuum remanere in fa-
121 milia dictorum hæredum, Quæ prohibitio certè nedum ſufficit pro coniectura, ut ſubſtitutio facta Alexandro & Philippo ſine filijs maſculis decedentibus intelligatur facta etiam Gulielmo, qui ſine filijs perijt, ſed etiam conſtituit generale, & abſolutum fideicommiſſum ad fauorem agnatorum de familia de Rapondis, & ita tam in caſu quo primi inſtituti ſine filijs maſculis decedant quam in alios quo eorum filij ſine filijs maſculis perirent prout perijt ſpect. Gulielmus. Et hoc demonſtratur infraſcriptis rationibus, & fundamentis.

Primò, quia Teſtator prohibuit alienationẽ prædictorum bonorum nedum Alexãdro, & Philippo primis hæredibus, ſed etiam ſpect. Gulielmo aliiſque eorum heredibus, & ſucceſſoribus in infinitum prout demonſtrant ipſa verba prohibitionis de non alienando, ita quod nec eorum hæredes, & ſucceſſores, cum appellatione hæredum, & ſucceſ-
122 ſorum veniant omnes hæredes in infinitum, *Menoch.conſ.117. num.1. & 14. lib.2. Peregrin.conſ.58. num.4. lib.1.* Vnde ſicuti ſpect. Gulielmo, & aliis ſucceſſoribus, & hæredibus primorum inſtitutorum fuit prohibita alienatio dictorum bonorum, ita etiam dicendum eſt, quod fuerint grauati ad
123 reſtituendum bona prædicta, eo modo quo erant grauati, Alexander & Philippus ſi ſine filijs perirent, *Menoch.conſ.277.num.5. Cæphal.conſ.529.num. 38. & ſeq.*

Secundò, quia in ratione adiecta prohibitioni ſunt appoſita ea verba ſemper perpetuò, & continuò, quæ etiam inducunt abſolutum, & perpetuum fideicommiſſum inter illos de agnatione
124 Teſtatoris. iuxta gradus proximitatem, *Pariſius conſilio 92. numero 41. lib.2. Craſſus in §.fideicommiſſum quæſt.5. numero 4. Gabriel de fideicommiſſis concluſione 9. num.12. Bertazzol. conſil.ciuili 6. num. 11. & 16. Rota Romana deciſ.127. num.4. par.1. diuerſorum.*

Tertiò, quia prohibitio prædicta eſt cõcepta per
125 verba admodũ vniuerſalia, prout ſunt illa verba aliquo modo, vel cauſa, tam neceſſaria, quam voluntaria, quæ comprehendunt tam alienationem inter viuos, quàm alienationem per vltimam voluntatem tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato,

Peregrin. de fideicommiſſ. art. 14. num. 41. & conſ. 44. num. 11. lib. 3. Et conſequenter ſi Teſtator prohi-
buit dictis ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in infi-
nitum etiam alienationem mediante ſucceſſione
126 ab inteſtato, manifeſtè etiam patet, quod in ca-
ſu mortis cuiuſlibet eorum conſtituit fideicommiſ-
ſum ad fauorem agnatorum de ſua familia iuxta
gradus proximitatem, *Gabriel de fideicommiſſ. con-
cluſ. 9. num. 14. Bertazzolus conſ. ciuili 6. numero 18. Burgnin. deciſ. 18. num. 59. par. 3. & Decianus reſpon-
ſo 7. num. 21. Simon de Pretis de interpret. vltimarum voluntatum ſolut. 10. num. 12. lib. 3. interpret. 3. An-
char. quæſt. 72. num. 26. par. 1.*

127 Quartò, quia cum prohibitio de non alienan-
do fuerit à principio valida, & prout dicunt DD.
veſtita, tali caſu ex illa ratione ſubſequenti. Quia
voluit, &c. Inducitur perpetuum, & abſolutum
fideicommiſſum inter illos de agnatione, ita vt
quilibet de agnatione, ſeu familia, qui bona poſ-
ſidet, teneatur ea reſtituere Agnato proximiori de
familia, prout eſt Dominus Eques Ceſar tam re-
ſpectu Teſtatoris, quam D. Gulielmi vltimo loco
defuncti, *Riminaldus iunior conſil. 531. num. 5. Odd. conſ. 33. num. 2 & ſeq. & conſ. 61. num. 49. Farbi-
nens conſil. 57. num. 12. & 16. lib. 2. Laderch. conſil. 5. numero 3. & ſequenti, & conſil. 92. numero 1. Surdus deciſ. 38. numero 16. Peregrinus de fideicommiſſ. art. 14. num 3. Menochius conſilio 118. num. 3. 4. & 12. Man-
tica de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 24. verſ. ſed contrarium vſque in finem. Surdus conſ. 67. num 14. & ſequenti, & conſil. 96. num. 13. & ſequenti lib. 1. Eugenius conſilio 81, num. 30. & 34. Gabriel de fidei-
commiſſ. concluſione 9. num. 29. Craſſus in §. fideicom-
miſſ. quæſt. 5. numero 42. Bertazzolus conſil. ciuili 6. numero 13. & 14. Decianus reſponſo 50. num. 12. & 13. lib. 1. Torniolus conſil. 8. num. 33. Peregrinus con-
128 ſil. 63. num. 6. verſic. ſecundo,* vbi reprobat ea quæ
in contrarium dixerat *in ſuo tract. de fideicommiſſ. dicto art. 14. num. 18.* & recenſet innumeros recen-
tiores de magis communi, ac obſeruata opinione
in iudicando fidem facientes, *Rolandus conſilio 23. num. 21. lib. 4. cum alijs per Illuſtriſſimum Seraphi-
129 num deciſ. 1373. num 4. vbi dicit,* quod conſidera-
tio iſtius ordinatæ conſeruationis conuenit tan-
tum ſucceſſioni fideicommiſſariæ.

Quod autem dicta ſecunda prohibitio de non
alienando fuerit à principio valida, & prout dici-
tur veſtita patet ex pluribus.

Primò, quia bona prohibita alienari ſunt pa-
trimonialia Teſtatoris, quo caſu præſumitur motus
130 ad prohibendum alienationem ob affectionem,
quam habebat ad dicta bona, quæ affectio ſumpta
ex qualitate bonorum ſufficit ad effectum, vt pro-
hibitio à principio valida, & veſtita dicatur, *Ripa in l. ſi iusfamilias, §. Diui, num. 2. ff. de legat. 1. Rolan-
dus conſ. 23. nu. 14. lib. 4. Dec. conſ. 38. col. 2. in fine, & conſ. 23. num. 5.* vbi loquitur de prohibitione alie-
nationis Domus paternæ, *& conſ. 78. num. 2. poſt me-
dium, Gabriel de fideicommiſſ. concluſ. 9. num. 44. verſ. & idem eſt, Mantica de coniect. vlt. volunt. lib 6. tit. 14. nu. 45. Capicc. deciſ. 108. nu. 4. Anchar. quæſt. 72. nu. 30. lib. 1. Menoch conſ. 1255. num. 32. lib. 12.* vbi de com-
muni teſtatur, & ſequitur Rota Romana in illa Pe-
ruſina de Bigazzinis 14. Nouembris 1605. coram
R. P. D. Litta ſupra allegata *in verſic. Accedit tertio.*

Nec obſtat, quod iſta qualitas bonorum in ca-
ſu noſtro non poſſit deſeruire pro veſtimento, cum
non tractetur de ædificijs inſignibus, quia *vt dixi-
mus ſupra in ſecunda principali coniectura, num. 66.* Do-
ctores dum ponderant qualitatem bonorum con-
ſiderant ſolum affectionem Teſtatoris, & ad hunc
131 effectum ponderant quod ſint bona illuſtria &
inſignia, & idcircò ſatisfiunt de domo paterna,
aut de ſimilibus bonis aſcendentium, aut de Tur-
ri, vel quid ſimili prout in indiuiduo caſus noſtri
optimè probant Rolandus, & cæteri ſupra allega-
ti. Vnde cum in caſu noſtro Teſtator expreſſerit ſe
habere affectionem ad dd. bona hoc ſufficit ad ef-
fectum, vt prohibitio valida, & veſtita dicatur.

Ad illud autem quod dicebatur ex tali qualita-
te bonorũ reſultare ſolum tacitam rationem con-
ſeruandi bona in agnatione, & ideo non ſufficere
ſicut non ſufficit ratio prædicta expreſſa, fuit la-
tè ſupra reſponſum *in ſecunda principali coniectura, num. 75.*

Secundo dicta prohibitio dicitur veſtita, quia
Teſtator in caſu quo dicti ſui hæredes, aut aliquis
eorum. In totum vel in parte bona prædicta alie-
narent, voluit bona ſic alienata deuenire ad alios
hæredes non alienantes, Et in caſu, quo omnes hæ-
redes alienarent deuenire voluit ad primogeni-
tum familiæ de Rapondis, quo caſu, quia in caſu
132 alienationis Teſtator alios vocauit, Prohibitio
de non alienãdo à principio valida, & veſtita red-
ditur, prout plenè tradunt *Beretta conſ. 75. num. 5. Gabriel de fideicomm. concluſ. 9. num. 23. & 25. Mal-
uaſia conſ. 50. num. 17. & ſeq. Surd. conſ. 67. num. 38. & conſ. 255. num. 13. Burgnin. deciſ. 18. num. 14. par. 3. Pariſ. conſ. 17. colum. penult. l. 3. cum alijs per Pere-
grin. de fideicomm. art. 17. in fine ver. idem.*

Nec dicatur vocationem eſſe reſtrictam ad ca-
ſum alienationis, & ideo non comprehendere ca-
ſum mortis, quia vltra quod dicimus, quod talis
prohibitio alienationis comprehendit etiam alie-
nationem per viam vltimæ voluntatis. Adhùc di-
cimus, quod obiectum haberet forſan aliquem co-
lorem ſi nos deduceremus fideicommiſſum in ca-
133 ſum mortis ex ſola vocatione Maioris natu in ca-
ſu alienationis. Sed nos hoc non dicimus abſolu-
tè, ſed prætendimus, quod ex tali vocatione Maio-
ris natu in caſu alienationis ipſa alienationis pro-
hibitio recipiat ſuum veſtimentum, quod eſt indu-
bitatum, vt in terminis tradunt *Beretta Gabriel, & alij ſupra citati.*

Et per iſta reſpondetur *ad conſ. Oddi 65. num. 24.
134 25. & 43.* nam ipſe conſiderat ſolum, quod ex
ſola vocatione, In caſu alienationis non induci-
tur fideicommiſſum in caſu mortis, non autem ne-
gare poteſt Oddus, quin ſatis vocatio importet ve-
ſtimentum prohibitionis, ita vt ratio poſtea poſſit
importare fideicommiſſum, de quo ipſe non tra-
ctat in locis adductis, vltra quod non præſupponit
in caſu ſuo prohibitionem per verba vniuerſalia
conceptam, & ideo nobis non aduerſatur.

Tertiò dicta prohibitio dicitur veſtita, quia dato
quod bona fuiſſent alienata, Teſtator talem alie-
nationem nullam declarauit, vt legitur in ipſo Te-
ſtamento in illis verbis, voluit, iuſſit & manda-
uit

Digitized by Google

uit idem Teſtatot dictam alicnationem nou vale-
re nec tenere, quia talis anuullatio actus prohi-
135 bitionem validam reddit *Alciatus conſilio* 777.
num. 4. *Beretta conſil.* 141. *num.* 15. *Corneus conſil.* 258.
poſt num. 3. *lib.* 1. & fuit dictum per Rotam Roma-
nam in illa Peruſina de Bigazzinis ſub die 14. No-
uembris 1615. coram R.P.D. Litta, *de qua ſupra in
ver. primo ex annullatione.*

Nec obſtare putauimus, quod dicebatur, quod
attenta hac ratione nunquam eſset locus annulla-
tioni Teſtatoris cum lex ipſo iure nullitatem in
136 caſu contrauentionis operetur. Quia reſponde-
tur nequaquam procedere rationem in obiecto
deductam, quia prouiſio hominis plus operatur,
137 quam prouiſio legis, cum legis prouiſionem ceſ-
ſare faciat, *vt eſt tex. in l. fin. C. de pactis conuent. &
l. habent, §. cum quis, ff. de procuratoribus, & tradit Ga-
briel de regul. iuris concluſ.* 8.

Quartò dicta prohibitio dicitur valida, & veſti-
138 ta à principio, quia Teſtator in caſu alienationis
appoſuit pœnam alienanti, dum illum priuauit
bonis prædictis, & illa applicauit hæredi non alie-
nanti, vel agnato proximiori maior, natu in caſu
quo omnes hæredes alienarent, huicque ſuæ pro-
hibitioni contrauenirent, quæ pœna in caſu alie-
nationis appoſita prohibitionē de non alienando
in teſtamento factam validam, & veſtitam reddit
Rolandus conſil. 56. *num.* 5. *& ſequenti, & conſilio* 84.
num. 15. *lib.* 1. *Beccius conſ.* 10. *num.* 22. *Decianus re-
ſponſo* 50. *& ſeq. lib.* 1. *Burſatt. conſ.* 301. *num.* 2. *&* 14.
lib. 3. *Gabriel concluſ.* 9. *num.* 42. *&* 43. *Surd. conſ.* 213.
num. 13. *lib.* 2.

Nec obſtat illud, quod opponebatur aduerſus
hanc quartam veſtem huius prohibitionis, videli-
139 cet quod cum non poſſit dari priuationis caſus,
niſi viuo alienante, conſequenter dicendum eſt,
quod Teſtator noluerit inducere fideicommiſſum
niſi in caſum contrauentionis per authoritatem
140 *Oddi in dicto conſil.* 65. *num.* 25. Quia reſpondetur,
quod ſicut veriſſimum eſt, quod ex huiuſmodi pri-
uationis pœna indumentum reſultat, vt probant
Doctores ſupra allegati, ſic etiam abſolutum eſt
rationem motiui non ſubſiſtere, vt ex prædictis
colligitur. Quia ſupradicta ponderatio non fit à
nobis, vt ex ea ſola fideicommiſſum inducatur,
ſed vt ex ea veſtiatur prohibitio præcedens, &
conſequenter ex his patet doctrinam Oddi in præ-
citato loco nihil efficere, cum ipſe nihil agat, niſi
vt demonſtret fideicommiſſum non induci, niſi in
caſum contrauentionis, In quibus terminis nos
non verſamur.

Nec obſtare videtur, quod cum dicta prohibi-
tio fuerit facta poſt ſubſtitutionem, & fideicom-
miſſum ordinatū ad fauorem Agnati in caſu quo
Alexander, & Philippus ſine filijs maſculis dece-
derent, iter conſequutiuè ad fideicommiſſum ex
141 dicta ſubſtitutione inductum non inducat no-
uum fideicommiſſum, & à primo diuerſum, ſed
fideicommiſſum iam inductum corroboret, & ex-
tincto fideicommiſſo proueniente ex ſubſtitutio-
ne, ob mortem Alexandri cum filijs extinguitur
etiam omne fideicommiſſum, *iux. conſ. Decij* 636. *per
totum*, quia vltra quod etiam in primo caſu ex
coniecturis fideicommiſſum fuiſſe inductum pro-
bauimus adhuc ex hac ſecunda prohibitione fa-
cta cum clauſula, Quia voluit, &c. debet cenſeri
inductum nouum, & abſolutum fideicommiſſum
ex allegatis.

Nec obſtare putauimus, Quod huiuſmodi pro-
hibitio hæredibus, & ſucceſſoribus facta nullius ſit
momenti, cum illi tanquam à Teſtatore non ho-
norati, grauari non potuerint, quia reſpondetur
quod ex ratione adiecta grauamini ſucceſſorum
eorumdem inſtitutorum hoc eſt, quia Teſtator vo-
luit bona in agnatione, & familia ſemper, & per-
petuò conſeruari, ſine dubio dicendum eſt, ipſos
hæredes, & ſucceſſores hæredum inſtitutorum vo-
catos eſſe, & ſucceſſiuè grauatos, quia niſi vo-
142 cati eſſent, non eſſet locus perpetuæ conſerua-
tioni per Teſtatorem ordinatæ, vt poſt alios ſu-
pra citatos tradit *Surdus conſilio* 241. *numero* 21.
& ſequenti. Vltra quod ex coniecturis maſculini-
tatis, legitimitatis, prohibitionis de non alienan-
do, & ex alijs ſupra deductis eorumdem hæredum,
& ſucceſſorum vocationem fuiſſe inductam de-
monſtrauimus,

Secundò dicimus, quod Decius loquitur, quan-
143 do prohibitio de non alienando eſt nuda, & in-
ualida, non autem quando eſt valida, & veſtita,
prout hic, vt declarant *Burgnin. deciſione* 18. *num.*
63. *parte* 3. & Rota Romana in vna Bononien.
fideicommiſſi de Lambertinis 22 Iunij 1609. co-
ram R.P.D. Manzanedo, *verſic. quinto fuit*.

Quod præcipuè dicendum videtur in caſu no-
ſtro, quia cum Teſtator direxerit verba non in
perſonas, ſed ad rem nempè in bona, & hæredita-
tem illius, dum dixit, quod voluit dicta bona in
caſum alienationis, deuenire ad proximum agna-
144 tum, & quod non exeant de familia Rapondia,
fideicommiſſum fuit reale, *Bartolus in l. peto, §. fra-
tre, num* 2. *verſic. dico ergo, vbi Cumanus num.* 5. *cir-
ca principium. Caſtrenſ. in l. voluntas in fine, C. de
fideicommiſſ. Alexand. in l.* 1. *numero* 88. *ff. de offi-
cio eius. Decius conſil.* 88. *in fine. Alciatus in l. filiuſ-
familias, §. Diui, numero* 48. *ff. de legat.* 1. *vbi Crotus,
num.* 43. *& Ripa, numero* 66. *& Iaſon in* 2. *lectura, nu-
mero* 25. *Pariſius conſil.* 22. *numero* 49. *lib.* 3. *Beccius*
145 *conſilio* 24. *numero* 24. Et fideicommiſſum reale
inducit grauamen reale, & afficit omnes perſonas,
& quoſcunque poſſeſſores, *Baldus in l. precibus, nu-
mero* 49. *& ibi Salicetus, C. de impuberum, & alijs ſub-
ſtitut. Pariſ. conſil.* 18. *num.* 50. *& conſilio* 90 *num.* 43.
lib. 2. *cum alijs per Surdum conſil.* 315. *numero* 20. *&
Becc. conſil.* 24. *num.* 28. *Mandell. conſ.* 93. *num.* 2. *&
conſ.* 97. *num.* 2. *& Decian. conſ.* 54. *num.* 26. *& conſil.*
102. *num.* 3. *lib.* 2.

Quod in tantum procedit, quod licèt in priori-
bus ſubſtitutus Teſtator feciſſet fideicommiſſum
perſonale, cū tamen poſtea ratio adiecta animum
146 ſuum mouens ad ſic diſponendum reſpiciat rem
potius, quam perſonas, nihilominus fideicommiſ-
ſum, ex tali prohibitione adiecta cenſendum eſt
reale, *Caſtrenſ. conſ.* 303. *num.* 3. *lib.* 1. *Roman. conſil,*
457. *num.* 1. *Crotus conſ.* 35. *in fine lib.* 1. *Iaſon in dicta
l. filiusfamilias. §. Diui, num.* 146. *&* 152. *& ibi Ripa
numero* 108. *ff. de legat.* 1. *Ruinus conſilio* 124. *verſic,
& ſi fortè dicatur, numero* 3. *lib.* 2. *Capicius deciſ* 108.
numero 4. *Beccius dicto conſ.* 24. *num.* 24. *Petra de fidei-*

*comm ff. q.2. num.*8.16.*&* 20. & fuit deciſum in allegata Bononien. de Lambertinis 22. Iunij 1609 coram R.P.D. Manzanedo *verſ. primo quia*.

Tertiò dicta prohibitio nõ poteſt dici facta conſequutiuè, quia non eſt poſita in continenti poſt ſubſtitutionem factam Alexandro, & Philippo, ſed inter dictam ſubſtitutionem, & prædictam prohibitionem adeſt clauſula intermedia, quo caſu
147 non dicitur ſtare acceſſoriè, & conſequutiuè ad ſubſtitutionem præcedentem, ſed ſtare de per ſe, & nouum fideicommiſſum à primo diuerſum inducere, *Menoch. conſil.* 348. *nu.* 43. *lib.* 3. *Bertazzol. conſ. ciuili* 6. *à num.* 25. *vſque ad* 36. *Ruin. conſ.* 124. *nu.* 10. *lib.* 2. *Petrus à Petra de fideicomm. quæſt.* 6. *nu.* 16. *ver. ſed prædictis non obſtantibus. Rota deciſ.* 568. *nu.* 3. *par.* 1. *diuerſorum*, & fuit ſæpius in Rota Romana deciſum. & præcipuè in illa Peruſina fideicomm. de Bigazzinis 14. Nouembris 1605. & in allegata Bononien. fideicomm. de Lambertinis.

Quartò dicta prohibitio non poteſt dici facta
148 conſequutiuè, quia non regitur ab eodem verbo, quo regitur ſubſtitutio præcedens, ſed diuerſo, quo caſu non dicitur ſtare acceſſoriè, & conſequutiuè ad fideicommiſſum præcedentem, ſed de per ſe, vt latè probat Rota Romana in prædicta Peruſina fideicomm. de Bigazzinis.

Vltra quod opinio Decij etiam in terminis, in
149 quibus loquitur eſt à pluribus DD. reprobata prout firmant *Rimind. iun. conſ.* 20. *per totum. Peregr. conſ.* 28. *num.* 29. *&* latius *conſ.* 45. *num.* 22. *&* 23. *& ſeq. verſ. ſecundo reſpondeo lib.* 1. *Bertazzolus conſ. ciuili* 6. *num.* 31. *&* 32. *Petrus à Petra de fideicomm, quæſtione* 4. *per totam. Borgnin. deciſ.* 14. *numero* 63. *par.* 3.

Nec obſtat tandem, quod quando etiam ex dicta prohibitione induceretur abſolutum & nouum fideicommiſſum, illud tamen debet reſtringi ad fauorem familiæ hæredum inſtitutorum, cum Teſtator prohibuerit dictam alienationem, Quia voluit dicta bona remanere in familia dicto-
150 rum hæredum, Quod intelligitur de familia effectiua, & deſcendentia dictorum hæredum, non autem de familia contentiua, & agnatione de Rapondis. *Pariſius conſil.* 51. *num.* 10. *lib.* 2. *Cephalus conſilio* 510. *num.* 13. *Menochius conſilio* 233. *num.* 14. 15. 20. *&* 21. *Peregrinus conſil.* 31. *num.* 3. *lib.* 4. *& conſ.* 57. *num* 8. *&* 9. *lib.* 5. Quia reſpondetur pluribus modis.

Primò, quod cum ante dictam prohibitionem non ſolum fuiſſent inſtituti Alexander, & Philippus, ſed eiſdem ſubſtitutus Agnatus proximior, & maior natu de familia Rapondia, dum poſtea in
151 ratione dixit in familia dictorum hæredum, intelligitur ne dum de Alexandro, & Philippo hæredibus inſtitutis, ſed etiam de agnato eiſdem ſubſtituto, prout in terminis declarat *Surdus conſilio* 443. *num.* 61. 62. *&* 63. *lib.* 3. Et conſequenter iſta verba intelliguntur non de familia effectiua, ſed de contentiua.

Secundò reſpondetur, quod cum Teſtator ha-
152 buerit intentionem, vt diximus, conſeruanda ſuam agnationem tunc nomen familia non accipitur effectiuè, ſed contentiuè, vt declarat *Mantica de coniect. lib.* 8. *tit.* 12. *colum.* 3. *verſ. ſed ego*.

Nec obſtat quod Mantica loquatur ibi contrà communem Doctorum ſententiam, qui volunt, quod vbi Teſtator vocatis maſculis adiecit rationem, quia voluit bona remanere in familia ipſius Teſtatoris de effectiua, & non de contentiua intelligi debet quandoquidem, vt diſtinguendo ſuperius diximus, Aliud eſt quod Teſtator poſt inſtitutionem ſuorum filiorum, & deſcendentium ab eis, ſuam ipſius Teſtatoris familiam vocauerit,
153 Aliud verò quod tranſuerſales à principio vocauerit, & deinde familiam ſubſtituerit, vt in terminis noſtris accidit, quia tali caſu quicquid dictum fuit ſuperius de contentiua, non autem de effectiua familia eſt intelligendum, *vt dicemus infra num.* 162.

Nec obſtat quod Mantica reprobetur *à Meno-*
154 *chio in conſ.* 1171. *num.* 23. quia imò tantum abeſt quod Mantica reprobetur à Menochio, quod imò Menochius confirmat eius doctrinam, ſiquidem Menochius in ſuo caſu dicit Manticam ſibi non officere, quia non agebatur de deſcendentibus ab ipſo Teſtatore, ſed de agnatis tantummodo. In caſu enim Menochij quæſtio erat inter deſcendentes à filijs Teſtatoris, & inter alios collaterales. Vnde ideo dicit collaterales, & eorum familiam excludi, quia adhuc vigebat familia ipſius Teſtatoris, & ſic ex ipſo Menochio confirmatur fundamentum noſtrum, quod in præſenti caſu non poſſit haberi aliqua ratio effectiuæ familiæ, quia non fuerunt inſtituti filij, & deſcendentes Teſtatoris, ac ipſius Teſtatoris familia prout conſiderant illi qui hanc diſtinctionem faciunt. Quinimmò ipſe *Menochius dicto conſilio* 1171. *num.* 24. mi-
155 rum in modum firmat hanc partem poſtquam concludit de familia, ſeu agnatione Teſtatoris propriè, & verè reputari illas perſonas, quæ proueniunt à Proauo, ſeu aſcendente eiuſdem, In caſu autem, de quo nos agimus Dominus, Eques punctualiter deſcendit à Philippo, ne dum proauo, ſed auo ipſius Teſtatoris, quod plus eſt idcirco conſilium prædictum ſtat pro hac parte.

Tertiò reſpondetur quod imò, quando à Teſtatore fit mentio familiæ intelligitur de contenti-
156 ua, & ſic veniunt omnes de eodem cognomine, & agnatione, licèt non ſint de ſanguine deſcendentium, *l. finali, C. de verborum ſignificat. & notat Gloſ. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. *Bartolus in l.* 1. *num.* 4. *C. de conduct. lib.* 10. vbi dicit, quod ſi quis ſubſtituit filiu ſuo Domum Bardorum. Intelliguntur ſubſtituti omnes illi de Bardis, *Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num.* 51. *ver. atteuto quod Domus, ff. ad Trebellianum. Ancharanus conſilio* 7. *num.* 6. *ver. eſt enim mihi iſta ſubſtitutio. Ruinus conſilio* 110. *numero* 14. *lib.* 2. *Decius conſilio* 321. *numero* 1. *verſic. quia reſponderi poteſt cum alijs per Riminaldum iuniorem conſil.* 482. *num.* 46. *& ſeq.*

157 Et quando Teſtator eſt vſus nomine ſuæ familiæ reſtringitur dicta ampla ſignificatio ad illos, qui ſunt de eodem Cippo, & colonnello ad excluſionem aliorum eiuſdem familiæ de diuerſo colonnello, *Alexander conſ.* 213. *nu.* 1. *&* 2. *lib.* 6. *Dec. conſ.* 231. *num.* 6. *verſ. ideo deberet probari, Pariſ. conſ.* 51. *num.* 4. *verſ. tamen his non obſtantibus cum alijs ſeqq.*

l.2.

l. 2. Ideo licet verum ſit in huiuſmodi fideicom-
miſſo familiæ eſſe ſeruandam gradus prærog iti-
158 uam *l. cum ita § in fideicommiſſo vbi gl. & DD. ff. de*
leg. 2. l. peto §. fratre eodem tit. l. fi. C. de verborum ſi-
gnificat. Corn. conſ. 26. num 3. ver. & dato quod Domus
lib 4. Aymo conſ. 22. num. 2. Natta con. 437. num. 3 l. 2.
Ita vt primo deſcendentes Mox tranſuerſales ſuc-
cedere debeant, tamen nequaquam verum eſt vo-
cationem eſſe reſtringendam ad familiam effecti-
159 uam & ad ſolam ipſius Teſtatoris deſcendẽtiam
ex ſupra allegatis.
Quartò reſpondetur quod cum pluries & diuer-
ſimodè declarauerit Teſtator ſuam intentionem
fuiſſe & eſſe quod bona ſemper cõtinuo, & in per-
petum in familia de Rapondis conſeruarentur, hu
160 iuſmodi eius intentioni conſultum nõ eſſet, qui-
nimmo ipſa eius intentio defraudaretur ſi intelli-
geremus de effectiua tantum, non autem de con-
tentiua ſenſiſse.
161 Quintò dicitur quod licet Teſtator adiecerit
genitiuum illud ſuorum hæredum tamen cũ non
dixerit ſui ipſius adhuc intelligitur non de effecti-
na ſed contentiua, & quod familia dictorum hære-
dum deberet tantum præferri & illis ſublatis cæ-
teris de familia ſub vniuerſali nomine vocatis lo-
cus aperitetur, vt in puncto declarat *Pereg. conſ. 16.*
num. 11. l. 3.
162 Sextò & vltimò reſpondetur quod quando Te-
ſtator diſponit ad fauorem Nepotum, & ſic tranſ-
uerſalium prout hic tunc denominatio familæ per
eum facta non poteſt intelligi de familia effectina,
ſed contẽtiua vt fuit in terminis reſolutum per Ro-
tam Romanam in allegata Bononienſe de Lam-
bertinis 22. Iunij 1609. coram R. P. D. Manza-
nedo.
Nec obſtat quod dicebatur dictam deciſionem
163 non loqui de agnatione ſed de familia inter quæ
conſtituitur differentia *ex Menocchio conſ.* 1171. *&*
1177. quia pro reſolutione dicimus primo loco
aduerti debere quod iſtud verbum, familia, dup-
pliciter accipitur, primò vt denotet familiam ali-
164 cuius perſonæ, nempe parentes eius ſorores, con-
iunctos generum, aut nurum, libertos quoque
& ſeruos, ad quos omnes gradatim defertur fidei-
commiſſum familiæ relictum, *vt eſt text. in l. fin. vbi*
DD. C. de verborum ſignific. & hoc modo intellexiſſe
Teſtatorem familiam hæredum abſurdiſſimum eſt
dicere, quia pro certo bona ſua patrimonialia ad
165 fæminas noluit deuenire, nec ad extraneos, aut
ſeruos, vt toties ſignificauit in teſtamento.
Alio modo ſumitur familia pro Cippo Caſata,
166 ſeu agnatione *Iux. tex. in l. pronunciatio prope fin.*
verſ. Item appellatur ff. de verborum ſignific. & hoc
modo ſine dubio intellexit Teſtator familiam hæ-
redum ideſt caſatam hæredum, prout hoc modo
ſemper intelligitur vbi agitur de fideicommiſſo
Iux. tradita per Peregrinum conſ. 149. *numer.* 10. *lib.* 5.
vbi alios allegat & iſto caſu familia, Caſata, Agnatio
ſunt Synonima vt tradit *Menocch. con.* 1171. *num.* 3.
Cum igitur negari non poſſit quin D. æques ſit de
familia Teſtatoris ſiue hæredum, eo modo intelle-
cta, vtique ceſſant omnes difficultas.
Nec obſtat quod prædicta deciſio Bononienſis
167 de Lambertinis fuerit reuocata, quia reſpectu
quod nihil nobis officit deciſio reuocatoria in d.
cauſa ex pluribus & primo quia caſus ipſius deci-
ſiones in eo conſiſtit quod Teſtator ſubſtituerat
familiam ſui ipſius Teſtatoris, quo caſu vt diximus
non intrat obiectum ex diſtinctione ſuperius tra-
dita ex diuerſitate, quæ viget in ſubſtitutione fa-
cti de familia ipſius Teſtatoris, a ſubſtitutione fa-
miliæ hæredum.
Secundò reſpondetur, quod vt ex ipſa deciſione
reuocatoria colligitur plura ſunt quæ caſum ipſius
deciſionis a noſtro diuerſum reddunt, & præcipuè
168 quia ibi Agnati, & eorum fauor non fuerant ha-
biti in conſideratione à Teſtatore, & quia defi-
ciebant coniecturæ, quæ ſunt in præſenti ca-
ſu demonſtrantes enixam Teſtatoris volunta-
tem.
Tertiò quia principale fundamentum ipſius de-
ciſionis reuocatoriæ in eo conſiſtit quod in mate-
ria fideicommiſſi non detur extenſio de perſona
169 ad perſonam & tamen vt ſupra demonſtratum
fuit in proprijs terminis noſtris poteſt & debet
omnino de perſona ad perſonam fieri extenſio.
Quartò dicitur quod dicta reuocatoria deciſio
in aliquo non nocet, cum adhuc ſub iudice pẽdeat
vt conſtat ex conſilio Excellentiſſimi D. Antoni
Portij manuſcripto in hac cauſa facto in Alma
vrbe.
Vltra quod fundamentum non ſit ſolum in au-
170 thoritate deciſionis, ſed in iuribus ac Doctori-
bus in ea allegatis, quorum authoritas nõ fuit re-
probata, licet fortaſſe ex diuerſitate caſus aliter
obtentum fuerit.
Quibus accedit quod ea omnia quæ ſuperius cir-
ca huiuſmodi effectiuã aut cõtentiuam familiam,
dicta, & diſcuſſa fuerunt ex Abũdanti dicta ſunt,
cum huic diſcuſſioni locus eſſe non poſſit. ex quo
intentio d. equitis non fundatur in conſideratio-
171 ne ſolius contentiuæ familiæ, ſed in eo quia in
omni caſu expreſſe à Teſtatore vocatus extitit. Nã
in caſu defectus lineæ Alexandri & Philippi inſti-
tutorum, aperte cõſtat ex claris verbis Teſtamen-
ti quod eſt ſubſtitutus Agnatus proximior, qui cũ
talis ſit d. eques de illius optimo iure non eſt am-
bigendum.
Si verò agamus de caſu contrauentionis hoc eſt
alienationis, cum ea facta fuerit per ſpect. Gulicl-
mum hæredem & ſucceſſorem heredum à Teſtato-
re inſtitutorum mediante inſtitutione per eumdẽ
de d. Campuccio facta, pariter, cũ & tali caſu pro-
ximior agnatus ſubſtitutus ſit non poteſt in du-
bium reuocari quin D. eques qui talis eſt indubi-
tatum & certum ius omnino habeat.
Et hæc ſufficiant pro ſecunda parte Teſtamenti.
Tertia autem pars principalis Teſtamenti quæ
pariter inducit fideicommiſſum ad fauorem d.
equitis, incipit à verſ. Quod ſi omnes, & ſequitur
vt infra videlicet Quod ſi omnes d icti hæredes eſ-
ſent concordes in alienatione dictorum bonorum
In totum vel in partem, Tunc, & in euentum præ-
dictum ex nunc prout ex tunc illa bona alienata,
vel partem aut particulam eorum alienata contra
eius voluntatem, voluit pleno iure deuenire ad
proximum agnatum d. Teſtatoris de familia de
Rapõdis Maiorem natum cũ d. onere quod nun-
quam

Digitized by Google

quam exeant de familia de Rapondis, ſed ſemper
vadant ad primogenitum familiæ de Rapondis,
qui tunc erit in rerum natura. Cum enim Te-
ſtator prohibuerit præfatis ſuis hæredibus eorum-
que hæredibus & ſucceſſoribus nedum alienatio-
nem inter viuos, ſed etiam per vltimam voluntatē
tam ex teſtamēto quam ab inteſtato ſumus in cla-
ris quod ſpect. Gulielmus non potuit inſtituere ſi-
bi heredē d. Franciſcum Campuccium in dd. bonis
in præiudicium d. equitis Ceſaris agnati proximio-
ris de familia de Rapondis.

Primo quia dicta prohibitio eſt realis ob ratio-
172 nem huic prohibitioni adiectam, & fuit facta he-
redibus, & ſucceſſoribus & propterea excludit etiā
inſtitutionem illius, qui ab inteſtato ſucceſſurus
erat *Beccius conſ. 26. num. 5. Barzius decif. 1. num. 19.*
173 Secundò quia Teſtator prohibuit omnem alie-
nationem tam neceſſariam, quam voluntariam, &
non eſt dubium quod quando alienatio neceſſa-
ria eſt prohibita, cenſetur etiam prohibita aliena-
tio tam ex teſtamento quam ab inteſtato *Iux. tra-
dita per Socc. conſ. 251. num. 3. poſt. med. verſ. poſtremo
l. 2. Ruin. conſ. 71. num. 1. Gabriel de fideicomm. concl.
10. num. 20. Cornazzan. dec. 122. num. 36. & 37.*

Tertio quia quādo prohibitio inducitur per di-
174 ctiones naturales negatiuas, ſicut in caſu noſtro,
tunc omnis alienatio intelligitur prohibita, etiam
per viam vltimæ voluntatis *Cæphal conſ. 58. num. 17.
Petra de fideicomm. quæſt. 8. num. 13. 30. & 120. Dec.
conſ. 660. Peregr. de fideicomm. art. 14. num. 40. & 41.
& ſeq. Iaſon conſ. 166. col. penult. num. 3. circa medium
verſic. item illa verba column. 2 Gabriel de fideicom-
miſſis concl. 9. num. 14. & conſ. 168. col. fin. verſic. 2. re-
ſpondetur.*

Quartò, quia quādo prohibitio fuit facta fauo-
175 re maſculorum de familia vt hic, Tunc ſine du-
bio prohibetur alienatio per vltimam voluntatē
tam ex teſtamento quam ab inteſtato ne alias poſ-
ſit dari caſus, quod bona deferantur ad fæminas
ſiue extraneos contra voluntatem Teſtatoris *Rui-
nus conſ. 150. num. 7. l. 2. Alba conſ. 54. numer. 7. par.
1. Pancirolus conſ. 94. num. 37. Menoch. conſ. 95.
num. 127. Peregrinus de fideicomm. art. 14. nu. 39. cum
alijs per Illuſtr. Tuſchum in verbo alienatio concl. 263. n.
69. verb. de comm.*

Nec obſtat quod non euenerit caſus quod om-
nes eſſent concordes in alienando, prout diſpoſuit
Teſtator, quia reſpondetur, quod licet ſpect. Gu-
lielmus ſolus alienauerit, tamen cum eo tempore
ipſe ſolus in rerū natura ex deſcendentibus Philip-
pi ſupereſſet ſatis dici poſſe videtur quod eo alie-
nante omnes fuerint cōcordes in alienando, nam
176 licet verum ſit, quod pluralis loquutio reſpiciat
concurſum plurium, nihilominus non eſt nouum
immo in iure ſatis frequentatum vt ſecundum ſu-
biectam materiam pluralis loquutio in ſingulari,
& in vno tantum verificetur *vt eſt tex. in l. 2. §. dolo
autem verſ. ſed ſi vnus ff. de vi bonorum raptorum* vbi
Vulpianus I. C. interpretando verba Prętoris vide-
licet, ſi cui dolo malo hominibus coactus ſit adhuc
dicemus homines coactos eſſe, cui legi alias ſimiles
habemus *in l. Orphanotrophos C. de Epiſcopis & cleri-
cis & in l. 1. C. de his qui in Eccleſia manumittuntur & in
l. ſcimus prope finem princ. C. de iure deliberādi.* Quibus
in locis licet iura illa requirant præſentiam ta-
bulariorum, ſeu Antiſtitum, nihilominus pręſentia
vnius Antiſtitis, ſeu Tabularij ſufficit, pro verifica-
tione diſpoſitionis illorum iurium, *vt aduertit Gl. in
omnibus illis legibus & præcipue in d. l. ſcimus in verſic.
Tabulariorum, vbi dantur concordantes.*

Immo quod plus eſt etiam in caſu, in quo diſpo-
177 ſitio ſit concepta in plurali per dictiones vni-
uerſales, nihilominus verificatur in vno tantum
quādo vnus ſolus de pluribus nominatis ſupereſt,
prout eſt *tex. in l. Lucius teſtamento in principio ff. de
lib. & poſthum.* vbi Teſtator habens filium exhere-
dauerat omnes filios, & filias ſuas, & nihilominus
Paul. Iuriſconſ. reſpondit filium rectè exhereda-
tum videri, licet de ſtricto iure exheredatio nomi-
nationi facienda eſſet *vt probat tex. in §. 1. Inſtit. de
exhered. liberorum & per d. legem ita firmauit Alex.
conſ. 9. num. 4. verſ. ſed adhuc lib. 1.*

Pręterea ex alia ratione pluralis loquutio in no-
ſtro caſu in vno ſolo verificatur, quia militat etiā
ratio in alienatione vnius ſicut in alienatione plu-
rium, quod non indiget aliqua iuſtificatione, quia
178 per ſe eſt clariſſimū. Quo caſu iure cauetur quod
numerus pluralis in vno verificatur *per tradita à
Bart. Alexandro & ab alijs in l. Gallus, §. quod ſi ui ff. de
lib. & poſthum. vbi Iaſon nu. 13. & poſt alios Menoch.
conſ. 999. per totum & præcipuè num. 7. l. 10.*

Nec obſtat quod ſecundo loco opponebatur
præcedētia verba vniuerſalia prohibitionis nō eſ-
ſe repetenda in alienatione facta per omnes hære-
des ſeu per vltimum eorum, quia contrarium eſſe
verius demonſtratur *ex ſeqq.*

Primo quia cum ipſa alienationis prohibitio
179 omnes, prohibitos reſpiciat non poteſt in dubiū
reuocari, quin verba vniuerſalia vni ex eis appoſi-
ta in alijs quoque repetita cenſeantur ex vulga-
ri illa regula. Quod vna determinatio reſpiciens
180 plura determinabilia ea æqualiter determinare
debeat *ad tex. in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupill.
& l. ſi legatarius, §. fin. ff. de leg. 3. Alexan. conſ. 102.
num. 2. lib. 1. & con. 162. num. 6. in fine l. 2. Surdus conſ.
31. num. 15. Ondedeus conſ. 54. num. 16. lib. 1.*

Secundò quia cum alterum caput prohibitio-
181 nis ſit priori Annexum per copulā, &, cuius vis,
& natura eſt vt repetat omnes qualitates in præ-
cedenti oratione, ſeu parte teſtamēti appoſitas *ad
l. fin. §. cui dulcia ff. de vino tritico, & oleo legato l. le-
gatum §. 1. ff. de leg. 2. l. ſi ita §. Caia ff. de fundo inſtructo,
& clare Bart. & Decius in l. 2. §. creditum ff. de rebus
creditis,* non poteſt propterea in dubium reuocari,
quin ex virtute dictæ copulæ, & ipſa verba vniuer-
ſalia non ſint repetita.

182 Tertio quia ſicut Teſtator in caſu, quo vnus ſuo-
rum hæredum alienaret, poſuit illa tam ampla, &
generalia verba, ſic etiam veriſimile eſt quod idē
diſponere voluerit in caſu, quo omnes alienarent,
quo ſtante etiam ſi verſaremur in oratione ſepara-
ta, prout ſumus in cōtinuata nihilhominus ex ve-
roſimili mente Teſtatoris, qualitates & verba in
183 vna oratione poſita in alia repetita cenſentur, *vt
per Bartol. in d. §. Caio, quem ſequitur Socc. iun. in conſ.
73. nu. 2 l. 1. Alex. conſ. 47. nu. 3. l. 6. Barzius dec. 119.
num. 12. Cornazzan. deciſ. 122. num. 42.*

Quæ omnia ex abundanti dicta ſint, cum ex le-

Digitized by Google

ſtura Teſtamenti omnis ſcrupulus tollatur.

Verum quando non eſſemus in terminis adeo
claris, & certis prout ſumus ex prædictis adhuc di-
cimus quod quando etiam eſſemus in dubio ad
fauorem D. Equitis erat iudicandum ex duobus.

Primò, quia vbicunque agitur de fauore agna-
184 tionis, vt in caſu noſtro tunc ſemper in dubio ipſi
agnationi fauendum eſt, & pro ea, ac pro ſubſtinē-
do, huiuſmodi agnatitio fideicomm. ſemper eſt iu-
candum *ut per Guzzadinum conſ. 87. num. 12. Capice.
deciſ. 128. num. 15. Marzar. in epitome de fideicomm.
par. 2. q. 1. verſ. non ommitto, & conſ. 6. nu. 13. & conſ.
7. num. 12. & 13. Mantica de coniect. lib. 7. tit. 1. nu. 44.
Facchineus conſ. 43. num. 45. & 46. lib. 1. Cephal. conſil.*
185 *197. num. 27. & 28.* quia non minus eſt deferen-
dum agnationi, quam piæ cauſæ cum vtrobique
verſetur publica vtilitas, quæ expoſtulat faculta-
tes ſuas ſingulis agnationibus conſeruari, vt ea-
186 rum conſeruetur dignitas quæ abſque diuitijs
conſeruari nequit *Iux. gotta in l. 1. ff. de ventre inſpi-
ciendo late Socc. conſ. 26. num. 8. & conſ. 90. num. 2. l. 1.
Decius conſil. 272. num. 8. Achilles Perſonalis de adi-
piſcenda, num. 210.* & bona quæ ab antiquo paren-
187 te proceſſerunt poſteris incolumia remanere
debent *arg. l. ſi arrogatur, ff. de adopt. l. 3. ff. de interdi-
ctis. Caſtrenſ. conſ. 178. nu. 21. & conſ. 374. nu. 8. lib. 1.*

Secundò, quia ſpect. Gulielmus in precibus Illu-
ſtriſſimo & excellentiſſimo Senatui porrectis expreſ-
sè dixit quod fideicommiſſum ordinatum à ſpect.
Nicolao de Rapondis in ſuo teſtamento ad fauo-
rem Agnati pro tunc maioris natu de eadem
familia Rapōdia procedebat etiam iſto caſu, quo
ipſe ſine filiis maſculis periret, quæ confeſſio coram
Principe facta & à dicto D. Equite Cæſare & aliis
agnatis acceptata, plenè præiudicat ſpect. Guliel-
mo, & ſpect. Campuccio ſuo hæredi, omneque du-
bium remouet, ac clarè probat fideicōmiſſum or-
188 dinarum à D. Nicolao de Rapondis in dicto ſuo
teſtamento fuiſſe ordinatum etiam in iſto caſu, in
quo ſpec. Gulielmus filius Philippi ſine filiis periat,
prout decidunt *Pariſ. conſ. 75. num. 51. par. 2. Ruinus
conſ. 129. num. 3. lib. 2. Decianus reſponſo 3. num. 155.
& 156. lib. 1. & reſponſo 44. num. 74. cum ſeq. & re-
ſponſ. 89. num. 22. & ſeq. lib. 3. Barzius deciſ. 2. à num.
16. vſque ad num. 28. Mantica de coniectur. vlt. volunt.
lib. 3. tit. 2. num. 28.*

Nec obſtat quod ſpect. Gulielmus in precibus à
quibus eius confeſſio colligitur retulerit ſe ad Te-
189 ſtamentum, de quo agitur, ex quo ſicut prædīci-
tur non conſtare de fideicommiſſo, ſic etiam po-
tius ipſi teſtamento relato, quam confeſſioni refe-
rentis ſtandum videtur, Quia reſpondetur quod ſi-
cuti iam plenè demonſtrauimus ſatis conſtare de
ſubſiſtentia fideicommiſſi ad fauorem D. Equitis
ex dicto teſtamento, ſic etiam ex ipſo relato colli-
190 gitur intentio, & veritas referentis.

Vltra quod regula prædicta de relato, & referen-
te eſt attendenda, & diſtinguēda in terminis ſuis,
nam ſi ageretur de ſubſiſtentia, & præexiſtentia
191 illius, quod in relato continetur, vtique referenti
ſtandum non eſſet niſi in quantum de relato con-
192 ſtaret, ſed vbicunque agitur de declaratione il-
lius, quod in relato conſtare non ambigitur, tunc
procul omni dubio referenti ſtandum eſt, cum de
declaratione in relato non appareat, & ita impoſ-
193 ſibile eſt, quod relato ſtandum ſit de illis, quæ in
eo non ſunt, neque reperiri poſſunt, vt colligitur
ex traditis *per Pariſ. conſil. 75. num. 51. & infra ub. 2.*

Nec obſtat quod verba confeſſionis videantur
dubia, quia immò reſpondetur, quod non poſſunt
aliquo modo verba ipſa dubia dici, cum expreſsè
dixerit, quod Domus, de qua in precibus ad ſuos
194 agnatos deuenire poterat, quatenus ipſe Guliel-
mus ſine filijs deceſſiſſet, quæ quidem verba non
dubia, ſed conditionalia dici poſſunt, prout verè
tunc temporis conditio ipſa ſi ſine filijs pendebat,
quæ cum modò purificata ſit non poteſt dubitari
quin euenerit caſus ſubſtitutionis ab ipſo ſpect.
Gulielmo confeſſatæ.

Vltra quod nequaquam illa verba dubia dici
poſſunt, nam licèt in dubium potuerit purificatio-
nem fideicommiſſi ob ſpem, quam habebat liberos
ſuſcipiendi non tamen in dubium reuocauit, im-
mò expreſsè faſſus fuit ſubſiſtentiam ipſius fidei-
commiſſi.

Et quod de fideicommiſſo non dubitauerit ex
eo clarè colligitur, quod facto ipſo confeſſionem
ſuam roborauit dum conſenſum omnium agnato-
rum de Rapondis, de quorum intereſſe agebatur,
expreſsè procurauit, & præcipuè reſpectu D. Equi-
tis, cuius expreſſa ſubſcriptio in ipſis precibus le-
gitur.

Nec obſtat, quod confeſſio relata ad ea, quæ in
195 iure conſiſtunt, ne dum non præiudicat aliis, ſed
nec ipſi confitenti *per l. non fatetur, ff. de confeſſis,
& in indiniduo fideicomm. Decius conſ. 63. nu. 5. & ſeq.
Surd. conſ. 303. num. 77. cum alijs per Peregrinum conſ.
56. num. 14. lib. 5.* quia vltra quod talis concluſio
non tranſit ſine contradictione, & contrarium te-
net in terminis, *Decianus reſponſ. 89. num. 23. lib. 3.*
196 *& Pedroch. conſ. 23. nu. 111.* Adhuc dicimus, quod
dicta concluſio procedere poſſet in caſu, in quo tra-
ctaretur de exiſtentia fideicommiſſi, ſecus vbi age-
197 retur de interpretatione, ſeu declaratione eiuſ-
dem fideicommiſſi, quia hoc caſu indubitatum eſt,
quod confeſſio hæredum plenum effectum ſortitur
in præiudicium ipſorum confitentium, & eorum
hæredum & ſucceſſorum, vt punctualiter decidunt
Pariſ. Ruin. Barzius, & Decianus ſupra citati.

Nec obſtat, quod ſpect. Gulielmus, qui confeſ-
ſionem emiſit non erat primus, & immediatus hæ-
res Teſtatoris, & propterea cum non eſſet natus
198 tempore teſtamenti, non poterat eſſe informatus
intentionis Teſtatoris ad Menochium *conſ. 636. nu.
36. lib. 7.* quia reſpondetur primò, quod Menochius
199 in hoc manifeſta ratione decipitur, & Doctores
per eum adducti non dicunt illud, ad quod alle-
gantur nempè *Corn. Socin. iun. & Curt. iun. quos vi-
dimus.*

Et ratio eſt, quia licèt mediatus hæres non po-
tuerit eſſe informatus de voluntate Teſtatoris, ni-
hilominus ſpect. Gulielmus vltimo loco defunctus
qui fuit ſecundus hæres Teſtatoris, & non vlterior
potuit eſſe informatus de confeſſione, & declara-
tione facta per primos hæredes, prout ita eſt firmi-
ter credendum, & prout etiam ita apparet in pro-
ceſſu, Et ideo conſideratio Menochij non eſt alicu-
ius momenti.

Præ-

Digitized by Google

Præterea dicimus, quod quando etiam conce-
deretur Menochium in ſuo caſu benè loquutum
200 fuiſſe, nihilominus illud procederet reſpectu to-
talis, & pleni præiudicij, quod reſultare prætende-
ret ex ſola confeſſione, & in ijs terminis loquuntur
Doctores omnes, qui de hac confeſſione pertra-
ctant, At nobis ſufficit, quod ex confeſſione ſpect.
Gulielmi ſecundi hæredis reſultet ſi non plena pro-
batio, & plenum præiudicium confitenti, & eius
hæredibus ſaltem coniectura, præſumptio, ſeu de-
claratio, quæ iuncta cum aliis pluribus ex teſta-
mento elicitis ponat caſum noſtrum extra termi-
nos cuiuſcumque difficultatis, prout huiuſmodi
præſumptionem, & coniecturam exinde reſultare
nemo negare poteſt.

Et licet vt maiori facilitate agnoſcatur veritas præſentis cauſæ, fuerit præſens teſtamentum in tres partes diuiſum & demonſtratum, ex qualibet earum reſultare fideicommiſſum ad fauorem Do. Equitis Cæſaris, tamen eò magis dilucidior fit iſta veritas, ſi totum teſtamentum inſimul conſideretur, ex quo clariſſime, & ad oculum demonſtratur quod nihil aliud Teſtator dixit, expreſſit, ac deſiderauit, niſi quod Primogenitura a beo ordinata hunc caſum comprehendat & bona ſua deueniãt ad d. D. Equitem Ceſarem Agnatum proximiorem Teſtatoris & primogenitum familiæ de Raspondis, prout ita deciſum fuit.

Laus Deo, ac Deiparæ Virgini Mariæ.

Octauianus Zuccarus Rotæ Auditor.

IN CAVSA VENERANDAE D. Sulpitiæ Fortiguerræ, cum Spect. Octauio Andreotio.

ARGVMENTVM.

Teſtes vbi deponunt de maiori, & alij de minori ſumma, quibus ſit ſtandum?

SVMMARIVM.

Duo teſtes plenè probant, num. 1.

Conductor qui non ſoluit penſionem poteſt expelli à locatore, num. 2.

Frater eſt idoneus teſtis pro fratre, quando cum eo alius concurrit, & agitur de re modici valoris, numero 3.

Obſeruantia ſubſequuta affert interpretationem illius, quod alias dubium erat, num. 4.

Matris votum eſt bona pro filijs quærere, numero 5.

Teſtes quando deponunt de duobus, vel tribus ſcutis, & aliqui de duobus tunc eligitur minor pars, numero 6.

Ab expenſis abſoluitur, quando ſententia reformatur, nu. 7. & 8.

DECISIO LXXVII.

Dominus Illuminatio mea.

CONFIRMAVIMVS ſentẽtiam D. Iudicis à quo, in ea parte, in qua cõdemnauit Venerãdam D. Sulpitiam Fortiguerram ad dimittẽdũ, & relaxandũ Cubiculũ, de quo agitur, ſpect. Octauio Andreotio, quia cũ ex depoſitione Spect. Vincentii fratris dicti Spect. Octauii, iunctis depoſitionibus Spectabilis Auguſtini Vanni, nec nõ Eliſabeth viduæ relictæ Ioannis Ianuenſis, non poſſit dubitari, quin dictum cubiculum fuerit à Spectabilibus de Andreotiis ex præcipuè à dicto Spect. Vincentio in voce pro ſolita penſione locatum Spectabili olim Horatio Fortiguerra viro d. Venerandæ D. Sulpiciæ, nec nõ d. D. Sulpitiæ, cum
1 duo teſtes plenè probent, *c. in omni negotio, & c. d. nobis, de teſtibus,* & per decem annos, & vltra dictus Spect. Octauius nullam de eo receperit penſionẽ, nec à dicto Spect. Horatio, quandiu vixit nec à d. Do. Sulpitia, poſtquam ſola continuauit in dicta locatione, prout & ad præſens in illa continuat, meritò fuit condemnata ad dimittendum, & rela-
2 xandum illud dicto Spect. Octauio ad tradita *per Doctores in l. quæro, §. inter locatorem, vbi Bart. & alij ff. locati.*

Nec dicatur, quod cum Spect. Vincentius ſit frater dicti Spect. Octauii nõ ſit idoneus teſtis, quamuis deponat per ipſum fuiſſe dictum cubiculum locatum ſupradictis Spect. Horatio, & D. Sulpitiæ, & ſic deponat de facto proprio, quia reſpondetur, quod cum vltrà eius atteſtationem concurrant de-
3 poſit. Spect. Auguſtini Vanni, nec non D. Eliſabeth & agatur de re modica, non dubitauimus quin dictus Spect. Vincentius eſſet pro eius fratre admittendus ad tradita *per Baldum conſ. 10. col. 2. l. 4.*

Nec quidquam facere exiſtimauimus, quod pro parte D. Sulpitiæ dicebatur, quod tam Spect. Horatius eius vir, quam ipſa poſſederint dictum cubiculum tanquam de pertinentiis primi ſolarii Domus Spect. Ioannis Andreotii, à quo fuit ſibi legata habitatio dicti primi Solarii, cum omnibus ſuis iuribus & pertinentiis, prout & hodie d. D. Sulpitia illud ex dicta cauſa aſſerit poſſidere, quia hoc non iuſtificauit in proceſſu, immo manifeſtiſſimè apparet illud eſſe de pertinentiis ſecundi Solarii eiuſdem Domus, cuius eſt Dominus dictus Spect. Octauius, tum ex prohibitione dictæ locationis de eo factæ, d. q. Spectabili Horatio, nec non d. D. Sulpitiæ eius vxori, à dd. Spectabilibus de Andreotiis. Tum etiam ex eo, quia Spectabilis q. Hieronymus Pighinucci viuẽte Vener. D. Hortenſia, eius uxore, cui à d. Spect. Ioanne Andreotio fuerat relicta habitatio ſecundi ſolarii dictæ Domus cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentiis ſemper illud tenuit, tanquam de pertinentiis dicti ſecundi ſolarii, & etiam locauit d. ſpect. Horatio, ac D. Sulpitiæ, ab eis penſionem recipiendo, ut deponunt teſtes pro parte dicti ſpect. Octauii examinati. Obſeruantia etiam ſubſequuta affert interpretationem illius,
4 quod alias dubiũ eſſet, & dicitur Regina omnium inte-

Digitized by Google